

1258
Soc. 29981 e. 64/3-4



NOVA

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.


NOVA

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

PARS TERTIA.



TRAJECTI AD RHENUM,
APUD JOHANNEM ALTHEER,
Societatis Trajectinae Typographum,
MDCCCXXVIII.

INDEX.

Codicis HOMERI *Meermanniani, nuper Hagae Comitis inexſpectato venditi pretio, et in Angliam avecti, deſcriptio,*

AUCTORE

Ev. WASSENBERGHIO.

Anno praecedentis ſeculi LXXVIII, menſe Auguſto, ſingulari Viri illuſtris ac doctisſimi, JOANNIS MEERMANNI, benevolentia ac favore haec mihi data eſt facultas, ut HOMERI Codicem MS. membranaceum, fama nobilem, quem non levi praedicatione mihi commendaverant ſummi Viri, *Lud. Caſp. Valckenaerius* et *Dav. Ruhnkenius*, data fide, e Bibliotheca depromtum ditisſima per breve tempus in ipſa Urbe *Haga* mihi ſumerem examinandum.

Favoris hujus cum debita grati animi ſignificatione mentionem feci in *Prolegomenis* Libris Iliadis I et II, anno 1783 a me editis, praemisſis p. X, his verbis:

„ In

(1) Mill. ſcil. trecentorum quadraginta Florenorum.

„ In praestantissimo *Homeri Codice Meer-*
„ *manniano*, cujus spectandi potestas singula-
„ ri Possessoris illustrissimi, paternarum lau-
„ dum heredis, gratia ac favore mihi aliquando
„ facta est; in eo igitur Codice antiquissimo ad
„ latus contextus Homerici *Paraphrasis* exstat
„ continua, ad omnes libros Iliadis, nusquam in-
„ terrupta nisi ubi *Scholia* Venetis Bongiovan-
„ nianis simillima, in ejus locum intraverunt."
Haec ego tunc breviter, pro instituti ratione, addito simul specimine *Paraphraseos* ex illo Codice descriptae, cujus etiam in sequentibus rationem habendam credidi.

Nunc autem, postquam Libri hujus manuscripti, inusitato nuper venditi pretio, fama apud nos non mediocriter aucta est, ipse autem in Angliam ablatus sui ingens apud multos desiderium reliquit, non abs re facturum me putavi, si descriptionem illius, qualem ex annotationibus olim factis parare in promtu erat, cum erudito orbe communicarem.

Codex hic priusquam emtionis jure ad Joannis Meermanni Patrem perveniret Gerardum, in Bibliotheca asservabatur *Collegii Claromontani*. Itaque in Catalogo MSS. hujus Codicum pag. 121. sic descriptus est:

„ CCCLXVI. Codex Membranaceus in 4°,
„ (foliorum 386.) seculo XII exaratus; quo
„ continetur Homeri Ilias cum Scholiis continuis
„ ad marginem."

Eadem fere de illo memorantur in *Catalogo Bibliothecae Meermannianae* nuper distractae.

Sed quod multis passim Codicibus accidit MSS., ut a Bibliothecarum Praefectis, vel indoc-

doctis illis, vel saltem supine negligentibus, nulla cura, nulla fide, notarentur in Catalogis, id, si alii cuiquam, *Meermanniano* nostro usu venisse ex illis, quae jam in medium proferam, omnes intelligent.

Nimirum duobus iste constat voluminibus in 4°., ut vocant sive Folio minori neque *Iliadem* tantum complectitur, verum etiam *Odysseam*, non autem *Hymnos*, aut *Batrachomyomachiam*.

Membrana ipsa, etiamsi Liber revera hac, qua compactus est, forma, etiam scriptus videatur, ad oras tamen extimas hic illic dissectas ostendit annotatiunculas, quae videntur esse *Scholia* ad latiores olim margines deposita.

Sciendum autem omnino hoc, non omnia omnino ab una eademque manu esse exarata.

Manus vetustior, eaque satis concinna, rem persequuta est ad v. Iliadis Α 282. Ἀτρείδη, *σὺ δὲ παῦε τεὸν μένος* — Haec literam π vulgari, atque hac ipsa pinxit forma. Inde, nova pagina, manus agnoscitur altera, quae eamdem literam sic fere repraesentavit N, ac si esset majuscula; literam *α* sic a, a, a; literam *ι* sic saepius I; literam *τ* frequenter ita T, ut in *τέλεΤαι*; literam *β* (quod inprimis memorabile est) ita *u*, ut *ἔμη*. (*ἔβη*): *υάΤην* (*βάτην*). *υάλλεο* (*βάλλεο*). Ex hac autem ejus literae figura de Codicis antiquitate judicandum. (1)

Va-

(1) Vid. *Montfaucon* Palaeogr. Gr. p. 335; 336. *Plumatini* in ejusdem argumenti libro, Cap. VII. etc.

Variat denuo aliquantum scribae manus a v. Iliados A. 349 Δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο. Inde ad finem Iliadis idem Librarius absolvisse videtur reliqua

Sciendum porro, totam *Boeotiam* a Librario illo antiquiore fuisse praetermissam; unde factum est, ut statim post v. Iliad. B. 493.

Ἀρχοὺς αὖ νηῶν ἐρέω, νῆάς τε προπάσας,

sequatur rhapsodia Γ. Postea recentior longe manus *Boeotiam*, nitide satis scriptam, interjecit sic. ut v. 485

Ὑμεῖς γὰρ θεαί ἐστε, πάρεστέ τε. ἴστέ τε πάντα,

cum *octo* sequentibus bis in hoc legantur Codice. Boeotia autem, ita uti diximus adjecta, nec *Glossas* habet *interlineares*, nec *Paraphrasin*, nec *Scholia*.

Odyssea manu adhuc recentiori, ut videtur, scripta est: atque adeo *Tomo secundo* Codicis, qui dicitur, nil nisi *Textus Homericus*, neque ille tamen eodem exaratus tempore, conspicitur.

In margine Textus Iliadis Homericae deposita est *Paraphrasis* continua Poëmatis, quae subinde, rarius tamen, interrumpitur, appositis ejus loco *Scholiis* quibusdam. Sic Rhapsodiae A. *Paraphrasis* continuatur ad narrationem de Thetide Jovi supplicante, sive vs. 501 Inde sequuntur *Scholia* quatuor paginis. Finis Libri denuo textui ad latus adjectam habet *Paraphrasin*.

Ad Rhapsodiae B initium legitur Ἀπορία, sic incipiens Ἐναντιολογεῖσθαι δοκεῖ καὶ τοῦτο. Est illa *Porphyrii* eique similis, quae a nobis edita e *Codice Leid. Vossiano*. Excipit hanc

Pa-

Paraphrasis nullo Scholio interrupta, ad Boeotiam usque, sive verius Iliad. Γ.

Plerisque Libris, ut Γ, Δ, Ζ, Η, Θ, Ι, Κ, Λ, Μ, sola in margine adest *Paraphrasis*.

Libro Ε. unicum modo, sed diversa manu, adjectum legitur *Scholion*.

Libro Χ. Paraphrasi subjecta paucula videntur *Scholia*.

Libro Ω. itidem non multa, sed Paraphrasi intermixta.

Quibusdam Rhapsodiis, e postremis Iliadis, ad calcem subjecta conspiciuntur quoque Ζητήματα quaedam, sive Ἀπορίαι.

Varietas Lectionis Codicis Meermanniani in Iliados A. collati ad Editionem Fr. Aug. Wolfii, anni CIↃIↃCCLXXXXV.

	Wolf.	Cod. Meerm.
vs. 11	ἠτίμησ' ἀρητ.	ἠτίμασεν ἀρητ.
20	λῦσαί τε φ.	λύσατε.
57	ὁμηγερέες.	ὁμηγυρέες.
59	παλιμπλαγθέντας.	παλιμπλαχθέντας.
73	ἐϋφρονέων.	εὖφρονεων.
83	στήθεσσιν.	στήθεσιν. et sic alibi.
93	ηὖδα.	ἦυδα.
100	ἐς Χρύσην.	ἐς Χρύσαν.
108	οὔτ' ἐτέλεσσας.	οὔδ' ἐτέλεσας.

Wolf.

	Wolf.	Cod. Meerm.
120	λεύσσετε.	λεύσετε.
130	Ἀχιλλεῦ.	Ἀχιλεῦ.
137	δώωσι.	δώσωσι.
163	ποτε ἶσ.	ποτ' ἶσ.
171	ἄφενος.	ἄφενον.
vs. 192	ἐρητύσεις.	ἐρυτήσεις.
198	οὔτις ὁρᾶτο.	οὔτις ἑώρα.
199	θάμβησεν δ' Ἀχιλεύς.	θάμβησε δ' Ἀχιλλεὺς
205	ὀλέσσῃ	ὀλέσῃ.
211	ἔπεσιν.	ἔπεσι.
	ὡς ἔσεται.	ὥστ' ἔσεται.
213	τρὶς τόσσα.	τρὶς τόσα.
226	θωρηχθῆναι.	θωριχθῆναι.
235	ἐν ὄρεσσι.	ἐν ὄρεσι.
240	Ἀχιλλῆος.	Ἀχιλῆος.
245	βάλε.	βάλλε.
247	Ἀτρείδ. δ' ἑτέρ.	Ἀτρείδ. ἑτέρ.
253	ἐΰφρονέων.	εὖ φρονέων.
269	μεθομίλεον.	μεθωμίλεον.
270	καλέσαντο.	καλέσσαντο.
283	μεθέμεν.	μεθέμεναι.
291	προθέουσιν.	προθέουσι.
295	ἄλλοισιν.	ἄλλοισι.
308	προέρυσσεν.	προέρυσεν.
317	ἶκεν.	ἧκεν.
319	Ἀχιλῆϊ.	Ἀχιλλῆι.
328	ἐπί τε κλισ.	ἐπὶ κλισ.
337	Διογενὲς.	διογενὴς.
340	βασιλῆος.	βασιλέως.
343	πρόσσω.	πρόσω.

Wolf.

	Wolf.	Cod. Meerm.
358	βένθεσσιν.	βένθεσι.
	παρὰ π. γ.	περὶ π. γ.
370	αὖθ'.	αὖ.
372	λυσόμενος.	λυσσόμενος.
388	ὃ δὴ	ὃς δή.
396	μεγάροισιν.	μεγάροισι.
398	ἀθανάτοισιν.	ἀθανάτοισι.
VS 399	ὁππότε.	ὁπότε.
403	καλέουσι.	καλοῦσι.
413	Hic et duo ſqq. verſus minio picti ſunt in Codice Meermanniano.	
421	σὺ μὲν νῦν νηυσί.	σὺ μὲν νηυσί.
434	προτόνοισιν.	προτόνοισι.
436	ἔβαλον	ἔβαλλον.
440	ἐπὶ βωμὸν ἄγων.	ἄγων ἐπὶ βωμόν.
444	ἱλασόμεσθα.	ἱλασσόμεθα.
451	Χρύσην.	Χρύσαν.
455	νῦν μοι τόδ'.	νῦν τόδ'.
459	αὐέρυσαν μὲν πρ.	αὖ ἔρυσαν πρ.
460	κνίσσῃ	κνίσῃ.
465	ὀβελοῖσιν.	ὀβελοῖσι.
483	ἡ δ' ἔθεεν κ. κ.	ἡ δὲ θέε κ. κ.
	διατρήσσουσα.	διαπρήσουσα.
485	ἔρυσσαν.	ἔρυσαν.
486	ψαμάθοις.	ψαμάθοιο.
492	εἰς ἀγορὴν.	ἐς ἀγορήν.
496	ἀνεδύσατο.	ἀνεδύσσατο.
498	εὗρεν.	εὗρε.
499	Verſiculum hunc, in textu per incuriam forte omiſſum, recentior Scriba, idem qui Boeotiam addidit, in calce ſubjecit.	

Wolf.

	Wolf.	Cod. Meerm.
506	ἀτὰρ.	αὐτὰρ.
514	νημερτὲς μὲν δή.	νημερτὲς δή
518	ἦ δὴ λοίγια ἔργ᾽.	ἦ δὴ λοίγι᾽ ἔργ᾽.
519	ὀνειδείοις ἐπέεσσι.	ἐπέεσσι ὀνειδείοισι. posterior tamen vox a manu diverſa est adjecta.
547	ὃν μέν κ᾽ ἐπιεικὲς.	ὃν μέν κεν ἐπιεικές.
550	διείρεο.	διήρεο.
vs. 562	δυνήσεαι.	δυνήσαιε.
563	ἐμοὶ ἔσεαι.	ἐμοὶ ἔσσεαι.
569	ἐπιγνάμψασα.	ἐπιγνάψασα.
604	Μουσάων θ᾽, αἳ ἄ.	μοῦσαι θ᾽, αἳ ἄ.
608	ἰδυίῃσι.	εἰδύῃσι.

Exempla Scholiorum *e Codice Meermanniano.*

Iliadis A. v. 503.

Πεφεισμένως ὠφέλειαν εἶπε τὴν τῆς ἀρχῆς σωτηρίαν· ὑπέμνησε μέντοι τῆς χάριτος, ἀλλ᾽ οὐκ ὠνείδισε.

Pertinet ad ὄνησα. Habent *Venetus*, *Leidenſis*, *Villoiſonus*.

Ἔνιοί φασι, ὅτι καὶ λόγῳ ὤνησε τὸν Δία, καὶ ἔργῳ· λόγῳ μὲν, βοηθὸν ἐλθεῖν πείσασα τὸν Βριάρεων·

ρέων· ἔργῳ δὲ, διὰ τὸ μηκέτι δεθῆναι. Ἄμεινον δὲ φάσκειν, ὅτι προσέθηκε· τῷ λόγῳ, καὶ μὴ γενόμενον, ἵνα μὴ δοκῇ φανερῶς ὀνειδίζειν τὸ ἔργον.

Pertinet ad verba: ἢ ἔπει, ἢ ἔργῳ vs. 504. Habent *Ven. Leid. Villois.*

Εἰ ἐγὼ ἀλλότριος οὖσα ὠφέλησα, πῶς οὐ δίκαιον, ἐμὲ παρακαλεῖν ὑπὲρ τοῦ παιδός. Οἰκτισαμένη καὶ δεικνύουσα, ὅτι βίου πολυχρονίου προκρίνας τιμὴν καὶ ταύτης συναποστέρηται. Ἐν βραχεῖ δὲ τέφρασται Καλῶς δὲ οὐκ εἶπε· τίμησον Ἀχιλλέα· ἀγωγὸν γὰρ πειθοῦς μᾶλλον τὸ τῆς φύσεως ὄνομα καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς υἱὸν ἐμὸν τίσωσι. Εἰς ἔλον (sic. leg. ἔλεον) ἐπάγει τὴν ἀωρίαν τοῦ παιδὸς οἰκτισαμένη καὶ δεικνύουσα, ὡς εἴρηται.

Confusa haec; rectius autem atque ordine leguntur in *Ven. Leid. Villois.* ad v. 504, 505.

Ἠθικὸν τὸ Σύ· ὃν ἐκεῖνος ὕβρισε, σὺ μὴ ὑπερόψει.

Habent *Ven.* et *Villois.* ad v. 508.

Ἐλάχιστον ὁρίζει καιρὸν πρὸς πειθώ. Κακῶς δὲ τὸ ἀναφορικόν· ἀλλαχοῦ δὲ· Ὄφρα μὲν ἠέλιος, τόφρα μάλ'.

Est in *Ven.* et apud *Villois.* v. 509.

Αὐξήσουσιν αὐτὸν τῇ τιμῇ. Εἰκότως δὲ τὸ τῆς τι-

τιμῆς ὄνομα· πολλάκις ἀνακυκλοῖ· τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς ἀνδράσι τιμὴ φίλον, ἀτιμία δὲ ἐχθρόν.

Est in *Ven.* et apud *Vill.* ad v. 510.

Ὅτι μετ' ἐπισκέψεως ποιῆσαι δεῖ τὴν ἀπόκρισιν. ὅπου καὶ ὁ Ζεὺς σκέπτεται Ἅμα δὲ, ὅτι περὶ πάσης ἐνθυμεῖται τῆς Ἰλιακῆς περιπετείας, τὸ δὲ Τί περιττόν.

Est in *Ven.* et apud *Villois.* ad v. 511.

Ὥςπερ Ἀναφορικόν. Διδάσκει δὲ ἡμᾶς ὁ Ποιητὴς μὴ ἀποκάμνειν ἐν ταῖς ἱκεσίαις.

Habent *Leid. Ven.* et ex eo *Villois.* ad v. 512. ad voc. ὡς.

Οὕτως· Ἀνταποδοτικῶς. Ἐμφαντικὴ δὲ ἡ μεταφορὰ, ὥςπερ ἡνωμένης. Διάστημα δὲ δίδωσιν ἐπικλῶσα αὐτὸν εἰς ἔλεον τῷ σχήματι καὶ τῷ λόγῳ.

Est in *Ven.* et apud *Villois.* ad v. 513.

Ἔλεγεν· Εἴροντο δέ ἑ κήδε' ἑκάστη.

Pertinet ad ἤρετο. v 513. Habent *Ven.* et *Vill.* *Homeri* quae citantur verba, leguntur Odysf. Λ, 541.

Ἐπεὶ σύνδεσμος. Ἔπι πρόθεσις ἀναςραφεῖσα. Οὐδένα, φησὶ, φοβῇ ἀρνήσασθαι καὶ συγκαταθέσθαι. Τοῦτο δὲ δυςωπητικὸν, εἰ τηλικαύτην ὀφειλήσας χάριν οὐδὲ τὴν τυχοῦσαν χαριεῖται.

Per-

Pertinet ad Homerica: Ἐπεὶ οὔτι ἔτι δέος. α. 515. Habent *Ven. Villois.* partim quoque *Amst.*

Ἀρίσταρχος τοῦτο Ἥρη κατ' εὐθείαν φησι, ἵν' ᾖ, ὅταν ἐρέθησιν ἡ Ἥρα, τότε με ἐχθοδοπήσαι ἐφήσεις.

Habent *Ven. Lipſ. Vill.* ad v. 519.

Τὸ λογιστικὸν περὶ κεφαλήν· τὸ θυμικὸν περὶ καρδίαν· Κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει. τὸ ἐπιθυμητικὸν περὶ ἧταρ· Ἧπαρ ἔκειρον.

Habent *Ven Leid. Amſt. Vill.* Citantur autem Od. υ, 13. Od. λ, 577.

Ταῦτα παιδευτικά πρὸς πίστιν· τὰς δὲ αἰτίας εἶπε δι' ἃς οὐ τελοῦμεν τὰς ὑποσχέσεις, ἢ μετανοήσαντες, ὅπερ δηλοῖ τὸ παλινάγρετον, ἤτοι τὸ εὐμετάτρεπτον ἢ παραλογιζόμενοι τοὺς δεηθέντας, ὅπερ ἐν τῷ Ἀπατηλῷ νοεῖται· ἢ οὐ δυνηθέντες ἐκτελεῖν τὰς ὑποσχέσεις, ὅπερ εἶχε τὸ ἀτελεύτητον.

Huic Scholio in *Leid. Voſſiano* nomen inſcribitur PORPHYRII. Est et in *Ven.* et ap. *Vill.* ad v. 526.

Ἐπένευσε ταῖς ὀφρύσι· μέρος γὰρ καὶ ταῦτα τῆς κεφαλῆς. Κυάνεαι δὲ, αἱ μέλαιναι, καὶ αἱ καταπληκτικαί.

Est in *Ven.* et apud *Villois.* ad v. 528.

Κατὰ συλλογισμὸν ὁ ἔπαινος· οἷος γάρ ἐστιν

ἐδήλωσε· καὶ, ὅτι νεύματι τὸν Ὄλυμπον κινεῖ. Περὶ δὲ τῆς Ἥρας μετριώτερον Εἵσατο δ' ἐνὶ θρόνῳ· ἐλέλιξε δὲ μακρόν Ὄλυμπον. Τὸ μέντοι Μακρὸν (sic) οὐκ ἀργόν· ἀλλ', ὅτι καὶ τοσοῦτος ὢν τῷ νεύματι ἐσείσθη.

Habent *Leid. Ven. Villois* ad v. 530. *Homeri* locus, qui citatur, est Il. θ, 199. ubi recte editur εἰνὶ. Notanda autem Codicum lectio Εἵσατο pro Σείσατο, quae et est Strabonis, monente Clarkio. Pro Μέγαν male librarius in *Meerm.* Μακρόν· aberrans scil. ad citatum Homeri versiculum.

Πρὸς τὸν Παῖδα γὰρ ἀπιοῦσα ὑπόνοιαν ἂν ἔδωκε τῇ Ἥρᾳ. Τὸ δὲ Ἄλτο ψιλῶς· τὸ γὰρ α καταλῆγον εἰς λ, Ἑνὸς τῶν τῆς τρίτης συζυγίας ἐπαγομένου. ψιλοῦται.
Habent *Ven. Vill.* ad v. 532.

Ad v 534. uti in *Ven.*, monemur fuisse, qui legerant ἐξ ἑδρέων addito sequente Scholio: Τὸ δὲ Σοφοῦ (l. Σφοῦ) συγκοπῇ τοῦ Σφετέρου. Ἔνθεν καὶ Λυκοῦργος ἐθέσπισεν· Ἐπανίστασθαι τοῖς γεραιτέροις. Τοιοῦτος καὶ Τηλέμαχος.

Etiam hoc Scholion edidimus e *Ven.* minus recte repraesentatum in edit. *Villois.* De Lycurgi Lege vid. *Plutarchus* in Vita p. 48. C. D. p. 52. fin Opp. T. II. p 817. A Quod de *Telemacho* dicitur, spectat Od. Π, 42. seqq.

Ἀντὶ τοῦ· Ἐπερχομένου. Ἄμεινον δὲ καὶ

Ἠλ-

Ἦλθον γράφειν (videlicet pro Ἔσταν) τοῦτο γὰρ ἐνάντιον τῷ Μεῖναι, καὶ πλείονος τιμῆς ἐχόμενον. Pertinet ad v. 535. Habent *Ven. Villois.*

Ex hoc ſpecimine judicare poterunt periti, cujusnam generis ſint *Scholia*, quae numero perpauca textui Homerico in hoc Codice ſunt adjecta, quorumque nullum, niſi valde fallor, deprehendetur ineditum; contra omnia illis, quae in Libro *Veneto* copioſius longe exſtant ſimillima. At diligentior multo Librarii fuit induſtria in deſcribenda *Paraphraſi*, cujus exemplum, quamquam antea jam editum, et hic repraeſentandum judicavimus.

Exemplum Paraphrasios *Iliadis Homericae e Codice Meermanniano.*

(Iliad. A. v. 101 ſeqq.)

Ἀνέστη δὲ ἐν τούτοις ὁ ἡμίθεος λυπούμενος υἱὸς τοῦ Ἀτρέως, ὁ μεγάλως βασιλεύων λίαν δὲ αἱ διάνοιαι αἱ ἀμφοτέρωθεν σκοτειναὶ, ἐπληροῦντο ὀργῆς· οἱ ὀφθαλμοὶ δὲ αὐτοῦ ὡμοιοῦντο τῷ λάμποντι πυρί. Κατὰ τὴν ἀρχὴν τὸν μάντιν περιβλεψάμενος κακῶς πρὸς αὐτὸν εἶπεν Ὦ τῶν ἐναντίων μοι λόγων μάντι! Οὔποτε εἶπες ἐμοὶ τὸ θυμῆρες· παντοτέ σοι τὰ ἐνάντια ἐν ταῖς διανοίαις ὑπάρχουσι προσφιλῆ εἰς τὸ μαντικῶς λέγεσθαι· οὐδαμῶς τε ἀγαθὸν λόγον εἶπας, οὐδὲ

ἀλη-

ἀληθῆ τοῦτον ἐτέλεσας. Καὶ ἀρτίως ἐν τοῖς Ἕλλησιν εἰς μέσον λέγεις μαντευμάτων ἐκ θεοῦ φερομένων, sic: ac si apud Homerum esset θεοπροπίων. male ὡς χάριν τοῦδε τοῦ πράγματος ἡμῖν παρέξει λύπας ὁ μακρότοξος. χάριν ἐγὼ τῆς θυγατρος τοῦ Χρύσου δῶρα τὰ λαμπρὰ οὐκ ἐβουλήθην ἀπολαβεῖν, ἐπείπερ κατὰ πολὺ αὐτὴν θέλω ἔχειν εἰς τοὺς οἴκους· καὶ γὰρ δὴ προκρίνω τῆς ἐμῆς ὁμοζύγου Κλυταιμνήστρας, τῆς ἐκ παρθενείας αὐ. ἧς ὁμοκοίτου γενομένης ἐμοὶ, ἐπείπερ αὐτῆς οὐδαμῶς ὑπάρχει χείρων οὐ κατὰ τὸ σῶμα. οὐ κατὰ τὴν χάριν αὐτοῦ, οὐ κατὰ τὰς φρένας. οὐ κατὰ τὰ ἔργα. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ἔχουσαν ταύτην ἐν τούτοις ἀφομοιοῦσθαι τῇ Κλυταιμνήστρᾳ θέλω εἰς τοὐπίσω ἀποδοῦναι, ἐὰν κρεῖττον τοῦτο ὑπάρχει. Ἐγὼ θέλω φυλάττεσθαι τὸν λαὸν πληρέστατα παρὰ διαφθαρῆναι. Μεταταῦτα δὲ ἐμοὶ, τῷ βασιλεῖ, εὐτρεπίσατε γυναῖκα, ὅπως μὴ ὑπάρχω μόνος ἀπὸ τῶν Ἑλλήνων [οὐκ] ἔχων τιμὴν, ἐπείπερ οὐδὲ πρέπον ὑπάρχει. Ὅτι τοῦτο πάντες ἐν ὀφθαλμοῖς ἴδετε, [ὅτι] ὅπερ μοι γέρας. ἤγουν ὁμόκοιτος, ἀλλαχόθεν πρός με μέλλει ἐλθεῖν.

In hac *Paraphraseos Meermannianae* particula interpres de suo addidit verba, ἔχουσαν ταύτην ἐν τούτοις ἀφομοιοῦσθαι τῇ Κλυταιμνήστρᾳ. Post vocem Ἑλλήνων exciderat οὐκ: post ἴδετε vox ὅτι In postremis Homeri mentem haud assequebatur. Caeterum in Prolegomenis citatis, p XII. cum hac *Meermanniana* comparandam diximus videri *Paraphrasin Florentinam* in Bibliotheca Medicea, cujus initium, a *Seb. Feschio* sibi descriptum, exhibuit *J. R Wetstenius*, de scriptis Homeri p. 157, et ex eo *L.*

Kusterus, in Histor Crit. Hom. p. 111. Est autem hujusmodi: Θεὰ Καλλιόπη, εἰπὲ ἀκριβῶς ἐν ἐμμελείᾳ ποιητικῇ τὰ κατὰ τὴν μῆνιν τοῦ Ἀχιλλέως, τοῦ υἱοῦ τοῦ Πηλέως, τὴν ἀπωλείαν αἰτίαν, ἣ πλεῖστον ἄλγος ἐπήνεγκε.

Coronidis loco subjicere tandem juvat ἀπορίαν illam *Porphyrianam*, cujus et ante mentionem injiciebam, ad Iliad. B. initium, tum, quod minus integra legatur apud *Villoisonum*; tum etiam, quod non uno in loco corrigi inde possit *Leidensis Liber Vossianus*.

Ἀπορία. Ἐναντιολογεῖσθαι δοκεῖ καὶ τοῦτο·

Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
Εὗδον παννύχιοι· Δία δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος.

Ἐναντίον γὰρ τοῦτο τῷ·

Ἔνθα κάθευδ' ἀναβὰς, παρὰ δὲ χρυσόθρονος Ἥρη·

Λύοιτο δ' ἂν κατὰ λέξιν· καὶ γὰρ τὸ Καθεύδειν ἐνίοτε δηλοῖ τὴν ψιλὴν κατάκλισιν ἐπὶ τῆς εὐνῆς ἤπερ καὶ τὸ κοιμηθῆναι καὶ τὸ ἰαύειν, Οὐ γὰρ ἂν ἔλεγεν;

Ὡς καὶ ἐγὼ πολλὰς μὲν ἀΰπνους νύκτας ἴαυον·

καὶ πάλιν·

Εὐρυνόμη δ' ἄρ' ἐπὶ χλαῖναν βάλε κοιμηθέντι,
Ἔνθ' Ὀδυσεὺς μνηστῆρσι κακὰ φρονέων ἐνὶ θυμῷ,
Κεῖτ' ἐγρηγορόων.

Τὸ δὲ παννύχιοι δι' ὅλης μὲν ἐστὶ νύκτος, ὥστε ἐννοεῖν, τὸν μὲν Δία μέρος [leg τὸν μὲν Δία διὰ μέρους] ὑπνοῦν· τοὺς δὲ δι' ὅλης. Τό τε νήδυμος ἐστὶ

ἐστὶ βαθὺς. ὥστε δύναιτ' ἂν ὑπνῶσαι μὲν, μὴ ὕπνῳ δὲ βαθεῖ.

Citantur Homeri loca ex Iliad. ι, 325. Od. υ. 4.

Talem ego deprehendi *Homeri Codicem MS. Meermannianum*, de cujus pretio ex hac descriptione nostra, hisque, prolatis inde, Speciminibus judicari satis posse existimo. Scripsi Franequerae mense Decembri 1824.

JOANNIS LENTING

ANIMADVERSIONES CRITICAE

IN

HERODOTUM.

AD *LIBRUM* I.

CAP. 4, 10.

Σφέας μὲν δὴ, τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης etc. Haec mihi videntur corrupta. Nam primo σφέας, τοὺς ἐκ τῆς Ἀσίης si legas, *Persae* erunt, *qui ex Asia:* quasi vero etiam Persae essent, qui ex Africa, vel qui ex Europa In VII. 93, recte legitur, Δωριέες δὲ, οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης qui scilicet sic oppositi Doriensibus Europaeis: in VII. 185 οἱ ἀπὸ Θρηΐκης Ἕλληνες in III. 94, Αἰθίοπες, οἱ ἐκ τῆς Ἀσίης. Deinde ex opposito, Ἕλληνας Λακεδαιμονίης εἵνεκα γυναικὸς,

patere videtur, verba ἐκ τῆς Ἀσίης conjungenda esse intellectu cum τῶν ἁρπαζομενέων γυναικῶν· ut, quemadmodum Graeci id dicuntur fecisse, quod fecerunt, Λακεδαιμονίης εἵνεκα γυναικός, sic Persae idem dicantur non fecisse εἵνεκα τῶν ἐξ Ἀσίης ἁρπαζομενέων γυναικῶν. Porro vide hunc locum in VII. 169, οἱ μὲν (Graeci) οὐ συνεξεπρήξαντο αὐτῷ (Minoi) τὸν ἐν Καμικῷ θάνατον γενόμενον· ὑμεῖς δὲ (Cretenses) κείνοισι τὴν ἐκ Σπάρτης ἁρπαχθεῖσαν ὑπὸ ἀνδρὸς βαρβάρου γυναῖκα. Quid vero sic facias vocula τούς; Herodotum ego facile credam scripsisse τέως, *usque, ad illud usque tempus.* Suidas: τέως πρὸ τοῦ, πρίν (Ovid Ep XVI. 341, ad Helenam Paris. *tot prius* (τέως. πρὸ τοῦ) *abductis, ecquae repetita per arma est?*): ubi plura habet, quae legas hic velim. In Herodoteis τέως sic in I. 171, τέως (πρὸ τοῦ in V. 87, 18) ἄνευ ὀχάνων ἐφόρεον τὰς ἀσπίδας πάντες· II. 36, τέως ἐξυρημένοι IV. 10, δύο γὰρ δὴ τόξα φορέειν τέως Ἡρακλέα· V. 75, τέως γὰρ ἀμφότεροι εἵποντο· (quod τέως ipse paulo post explicat πρὸ τοῦ:) VI. 12, τέως δὲ ἦν τοῖσι Ἕλλησι καὶ τὸ οὔνομα τὸ Μήδων φόβος ἀκοῦσαι·

CAP. II, II.

Οὕτω. Schweighaeusero haec adnotanti: οὕτω. *sic* videtur digito monstrasse satellites, ad obtruncandum, si conditionem recusaret, paratos: non accedo. Quo sensu mihi videatur et hic οὕτω intelligendum esse, et in VII 170, ἀπικόμενοι ἀπέθανον τρισχίλιοι οὕτω· et in Appiani T II. p 188. Βύβλος ἀπεγύμνου τὴν σφαγὴν (*nudatum praebebat jugulum*) καὶ ἐκάλει

λει τοὺς Καίσαρος φίλους ἐπὶ τὸ ἔργον· εἰ γὰρ μὴ δύναμαι πεῖσαι τὰ δίκαια ποιεῖν, ἔφη, Καίσαρα, τό γε ἄγος αὐτῷ καὶ μύσος οὕτως ἀποθανὼν ἐπιβαλῶ optime patebit e l. IX. 17; κρέσσον γὰρ ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους τελευτῆσαι τὸν αἰῶνα, ἤπερ παρέχοντας διαφθαρῆναι αἰσχίστῳ μόρῳ. (ubi quod est ποιεῦντάς τι καὶ ἀμυνομένους, id τῷ οὕτω opponitur. Quam ob causam ille φόνος dicitur Ἑλληνικὸς μέγιστος γενόμενος· qui *victori objicerentur hosti*, *nec illud proelium fuit:* ut Livii Curiatius in I 25. Herodoti verbis haec adsimilia Appiani T II. p 825, ὡς δέον τι δρῶντας παθεῖν μᾶλλον, ἢ ἑστῶτας ἀμαχεὶ τοῖς ἐπιχειροῦσι προκεῖσθαι) nec minus patebit e collatis poëticis locutionibus, Homeri, ὥς τις κατέκτανε βοῦν ἐνὶ φάτνῃ, Odyss. Λ 535, Sophoclis, ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι, Elect. 98 Probe intellexit et imitatur Pausanias p 40. Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν γυναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆς στρατιᾶς οὕτως ἀπόλλυσι· καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους — ἥλωσαν. Appianus hoc fere dixit μετὰ ἀργίας, in T I p 703, ἐκτείνοντο μετὰ ἀργίας οὐδὲν ἀντιδρᾶσαι φθάνοντες· δι᾽ ἀργίας in p 808, Μιθριδάτην — βούλεσθαί τι δρῶντα καὶ βασανιζόμενον μᾶλλον, ἢ δι᾽ ἀργίας, ἀποθανεῖν· T II. p 824. καὶ διεφθείροντο μετὰ ἀργίας. Saepius sic οὕτω adhibetur significatione pro loci sententia paululum variata: ut in Sophoclis Oed. Col 1488. οὕτω γελᾶσθαι, id est, *ita derideri se pati, ut ne coneris vindictam sumere.* In Thuc. V 50, καὶ ἡ ἑορτὴ αὐτοῖς οὕτω διῆλθεν. illud οὕτω est *nullo turbante, absque turba.* Et sic fortasse explicandum in Herod. I. 5, οὐκ ὁμο-

ὁμολογέουσι Πέρσῃσι οὕτω Φοίνικες, ut οὕτω sit, *ita ut nihil contradicant.* In Aristoph. Ran. 638, οὕτω βασάνιζε, οὕτω non intellexerunt, qui apud Schol. legunt τοῦτον β. Plato Symp. p. 178. ἀλλ' οὕτως ἠμέληται τοσοῦτος θεός. Homericum, στῆθ' οὕτω ἀπόπροθεν, in Odysf. Z. 218, conferri posfit cum Virgilii his: *jam istinc comprime gresfus*, Aen. VI. 389. Interdum additur ad determinandam fignificationem vocula, ut a Thuc. VIII. 71, οὐκ εὐθὺς οὕτω τὸν δῆμον τὴν παλαιὰν ἐλευθερίαν παραδώσειν. Herod. I. 11, τότε μὲν δὴ οὕτω, οὐδὲν δηλώσασα, ἡσυχίην εἶχε, ubi οὐδὲν δηλώσασα explicat οὕτω. Lucian T. I. p. 148, ἄφνω καταλιπὼν οὕτως ἀπίστως. ubi οὕτως est, nullo refpectu fidei, fidem nihil refpiciens: explicaturque ἀπίστως. T. II. p 594, μὴ οὕτω (*nullis cruciatibus*) ῥαδίως ἀποθνησκέτω, coll. T. I. p. 18, 72. T. I. p. 456, λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς, ut et in Platon. Symp. p. 179, ἁπλῶς οὕτως παρηγγέλθαι, Gorg. p. 311, χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἁπλῶς οὕτως, etiam p 335, 20, p 372, 24, p. 380, 21, p. 391, 42: οὕτως ἁπλῶς Min. p. 508, 1: qui II. Rep. p 389, ἆρ' οὖν ῥᾳδίως οὕτω παρήσομεν; — ᾤμην δεῖν ῥᾳδίως οὕτω λέγεσθαι, in Xenophont Mem. III 6, 9, οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι οὕτω γε ἀπὸ στόματος εἰπεῖν, (quod et Plato in Theaet. p 69, 16, τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκ οὖν οὕτω γε ἀπὸ στόματος, qui tamen nude οὕτως in Phaedro p. 198, νῦν μὲν οὕτω οὐκ ἔχω εἰπεῖν) et III 11, 7, οὐχ οὕτω γε ἀτεχνῶς οἴεσθαι χρὴ φίλους θηράσειν Platon. Symp p. 177, οὕτω πίνειν πρὸς ἡδονήν. Appian. T. I. p. 440, Σκιπίωνος — — σῖτον οὕτως ἐπὶ

τῶν

τῶν ἔργων αἱρουμένου. Jam ut ad nostrum locum revertar: quod quis ita patitur facitve, ut nil moveatur, nil resistat, seu nequeat, seu nolit, id dicitur pati, facere οὕτως. In Stobaei περὶ Φρονησ. p. 14. Socrates dicitur Anytum videns praeter untem dixisse, ἀλλ' ὁ μὲν ἀνὴρ ὅδε γε κυδρὸς, ὡς μέγα τι καὶ καλὸν διαπεπραγμένος, εἰ ἀπέκτονέ με οὕτως. Quo sensu οὕτω accipi volumus, eodem fere Dionys. Halic. T. I p. 426, 27, προβάτων δίκην κατέσφαξαν. Οὕτως ἐᾶν est in Plutarchi T. II p. 419, C. μὴ καθαρὸν οὕτως ἀπωθεῖσθαι p. 700, A. οὐχ οὕτως ἁπλῶς p. 986, A. Sic et intelligendum videtur in Dionysii Halic. T. I. p 67, 31, ὁ μὲν οὖν Ῥῶμος ἐπὶ τοῖς πολεμίοις γενόμενος οὕτως, εἶθ' ὡς ὁ Φάβιος παραδέδωκε, δέσμιος εἰς τὴν Ἄλβαν ἀπήγετο. Qui p 109, 30, οὕτως ἀγχωμάλως ἀγωνισάμενοι p. 303, 29, οὐκ ἔκαυσεν, ἀλλ' ἀφῆκεν οὕτω μένειν. Julianus Or. VI p. 354, 18, ἀποτειχίζειν ἁπλῶς οὑτωσί Platonicum οὕτω γε ἀπὸ στόματος Eustathius citat ad Il. p. 489, 13.

CAP. 11, 18.

Ἀλλ' ὅρα. Est qui legat, ἀλλ' ἐπεὶ ὅρα· alter, ἀλλ' ὡς ὅρα. Mihi in mentem venit, ἀλλ' ὅρα γὰρ etc.

CAP. 30, 13.

Εἴ τινα ἤδη πάντων etc. Non male quis conjiciat, lectum hic olim: ἐπῆλθέ με, τίνα ἤδη π. absque εἰ. Nam primo cum hac rogatione melius responsum convenit: Τέλλον Ἀθ. Deinde haec

haec leguntur in Suidae Κροῖσος· καὶ ἠρώτησεν αὐτόν· τίνα εὐδαίμονα πάντων ἀνθρώπων νενόμικας. Porro vide haec L. III. c 35, νῦν δέ μοι εἰπὲ, τίνα εἶδες ἤδη (c od. ἤδη εἶδες πάντων ἀνθρώπων οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα; quae Cambysis verba sunt ad Prexaspen. Denique sic videntur hic legisse Appianus et Lucianus: quorum ille in libro de R. Syr. c. 10. T I. p. 548, ubi hunc locum imitatur, Scipionem narrat ex Hannibale quaesisse: τίς δοκοίη οἱ στρατηγὸς ἄριστος γενέσθαι. qui ubi dixit Alexandrum Macedonem, rursum rogasse: τίς εἴη δεύτερος μετ' Ἀλέξανδρον; Ad quae cum Hannibal Pyrrhum dixisset sibi videri Epirotam, Scipionem δακνόμενον ἤδη ὅμως ἐπανέρεσθαι ἔτι, τίνι διδοίη τὰ τρίτα· πάγχυ γοῦν ἐλπίζοντα ἕξειν τὰ τρίτα. Lucianus autem ubi eadem, quae hic Herodotus, narrat et hunc imitatur T. I p 502, Croesum et ipse inducit, e Solone quaerentem: εἰπέ μοι, τίνα ἡγῇ τῶν πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι. E Plutar. hi Solone, nec e Diogenis Laertii scias, a qua illi stent parte. Illius Croesus sic Solonem rogat: εἴ τινα εἶδεν ἀνθρώπων αὐτοῦ μακαριώτερον Unde, ut dixi, non certi r abeas Nam nec est eadem rogatio: et altera quoque Croesi rogatio (quae in omnibus Herodoti libris sic effertur: τίνα δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ἴδοι; sic in Plutarchei habetur πάλιν ἠρώτησεν αὐτὸν, εἰ μετὰ Τέλλον ἄλλον ἔγνωκεν ἀνθρώπων εὐδαιμονέστερον. Diogenis vero Solon πρὸς Κροῖσον ἦλθεν· ὅτε καὶ ἐρωτηθεὶς ὑπ' αὐτοῦ· τίς σοι δοκεῖ εὐδαίμων. Nec tamen facile quidquam audeam contra libros MSS. Hi si conjecturam confirment, duplicem statuam lectionem.

CAP.

C A P. 32, 37.

Quod hic nunc in editionibus legitur, ἄπειρος δέ ἐστι, ἄνουσος, pro ἄπειρος, quod longè major codicum pars uetur; id velim ſcire, quisnam unquam dixerit ſcriptor, quae doceat experientia, reddere prosperas res divitem membro aliquo truncum. Nonne ſaepe pauperes, coacti, quo vitam ſustentent, artem facere, quae periculum intentet membrorum integritati, aliquo membro truncantur? (Platonis vide VI. Rep. p. 429, 26 ὑπὸ τῶν τεχνῶν καὶ δημιουργιῶν τὰ σώματα λελώβηνται.) Mihi in mentem pridem venit, quod nunc in Gronovii notis video et aliis venisse, ſcripſisse Herodotum, ἄπειρος δέ ἐστι νούσων. cui ſic ſupraſcriptam gloſſam, ἄπειρος — νούσων, in textum inrepſiſſe. Qualem errorem vide ſcribae cod. Med in II. 141, 24. Sic certe cuncta apte cohaerebunt: ἄπειρος et ἀπαθὴς, νούσων et κακῶν, εὔπαις et εὐειδής. Vid Xenophon Mem. II. 1. §. 23. τῶν μὲν τερπνῶν οὐδενὸς ἄγευστος ἔσει, τῶν δὲ χαλεπῶν ἄπειρος διαβιώσει. Herod. I. 207, Μασσαγέται εἰσὶ ἀγαθῶν τε Περσικῶν ἄπειροι, καὶ καλῶν μεγάλων ἀπαθέες Lucian. T. III. p. 409, ὑμεῖς δὲ (pauperes) ἰχθύων μὲν ἄγευστοι, ποδάγρας δὲ ἢ περιπνευμονίας οὐχ ὁρᾶτε, ὅτι ἄπειροί ἐστε; Habes νόσων ἀπείρους βίους in Aeschyli ſenariis apud Plat. II. Rep p 391, 27 Adde Bacchylidis, ἀδμῆτες νούσων εἰσί, apud Clem. Alex. V. Strom. p 602, A. ἄπειρος νόσου Euripides apud Stob. p. 468. κάλλιστος ἦν, ὧν εἶδον ἀνθρώπων, ὀφθῆναι, νόσου δὲ πάσης ἀπαθὴς διετέλει, apud Plutarch. T. II. p. 481, B. Xenophont. Gr Hiſt. V. 3, 9, μάλα εὐ-

 ει-

ειδεῖς τε καὶ τῶν ἐν τῇ πόλει καλῶν οὐκ ἄπειροι. Plutarch T. II. p. 1075, A. ἄνοσοι καὶ ἀγήρᾳοι πόνων δ' ἄπειροι, βαρυβόαν πορθμὸν πεφευγότες Ἀχέροντος.

C A P. 42, 9.

Τοῦ φυλάσσοντος εἵνεκε, *si bonum custodem quaeras, custodis respectu, quantum dependet a custode.* Conf L. III. c 1. 2, 22. Aristoph. Nub. 419. Eurip. Iphig. Aul. 866, 1367. Cycl. 651 Heliodor Aeth p 282, p. 488. In Nostri I. 120, θάρσει τούτου εἵνεκε, verti debuit, *bono animo esto ad hunc* (puerum.) *quod attinet.* Convenit quodammodo, τοὐκείνου μέρος in Eurip. Hec 989. Sic Plato Crat. p. 64, 1, τούτου ἕνεκα θαῤῥῶν λέγε. Lucian. T. I. p 265, θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα, *si hoc unum times:* ut ipse Herod. III. 15. (qui ἥδεσθε τοῦδε εἵνεκα, in IX 42.) Xenophon Cyrop. III 1, 9 Plato Theaet p. 71, προθυμίας ἕνεκα φανεῖται. Polit. p 135, πειρατέον. — πείρας μὲν ἕνεκα φανερὸς ἔσται ut in Phaedro p. 212, 14, ἕνεκα πείρας ἔχοιμ' ἄν, in Gorg p. 320, μήτε τι φροντίζοι, ἀλλ' ἕνεκα τούτων ἡσυχίαν ἄγοι. Rep. I. p. 375, ἀλλ' ἕνεκά γε ἀργυρίου λέγε. Pausan. p. 684 pr. p. 735, c. 13 pr.

C A P. 45, 14.

Κροῖσος μέν νυν etc. Non ipsa sepultura significari his verbis videtur, sed sepulturae magnificentia. Unde vera mihi lectio, ἔθαψε, ὡς οἰκὸς ἦν θάψαι τὸν ε. π. *talem sepulturam fecit, qualem par est patrem facere, qui suum filium ef-*

uffert. Vid. Herod. VI. 30, 13. Paufanias p. 167. ἀφικόμενον τά τε ἄλλα ἐθεράπευσεν, ὡς πατρὸς θεραπεύειν πατέρα εἰκὸς ἦν.

CAP. 59, 18 fq.

Καταφρονήσας τὴν τυραννίδα. Locus est difficilis, non corruptus Ubi in Appiani T. II. p. 168, Romanis dicitur bellum adverfus Spartacum πόλεμος γελώμενος ἐν ἀρχῇ καὶ καταφρονούμενος, hoc καταφρονούμενος ita dictum, ut Romani crediderint in isto bello facile fe fore fuperiores. In Atticis Paufanias p. 81, Rhamnunte narrat Nemefi fanum esfe; cui Deae et Barbaros poenas dedisfe: οὗτοι γὰρ, inquit, καταφρονήσαντες σφίσιν ἐμποδὼν εἶναι τὰς Ἀθήνας, εἷλον λίθον Πάρειον, ὃν ὡς ἐπ' ἐξειργασμένοις ἦγον ἐς τροπαίου ποίησιν, id est, *rem putantes haud magni laboris.* Et in Xenophontis Cyri exped III. 4, 2, Graecis ἐπιφαίνεται ὁ Μιθριδάτης πάλιν ἔχων ἱππέας χιλίους. τοσούτους γὰρ ᾔτησε Τισσαφέρνην καὶ ἔλαβεν, ὑποσχόμενος, ἢν τούτους λάβῃ, παραδώσειν αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας, καταφρονήσας, ὅτι ἐν τῇ πρόσθεν προσβολῇ ὀλίγους ἔχων, ἔπαθε μὲν οὐδὲν, πολλὰ δὲ κακὰ ἐνόμισε ποιῆσαι· ubi ex his, ὅτι — ποιῆσαι, vide καταφρονήσας esfe, *cum putaret facile id esfe.* Jam fic et hoc loco verba, καταφρονήσας τὴν τυραννίδα, accipiam: cum putaret non ita difficile fibi fore regnum adipisci; cum parvi penderet (non tyrannidem ipfam, fed) occupandae tyrannidis labores; cum putaret non rem esfe multi laboris et periculi. Luciani Phalaris T. II p. 189, τούτοις συναγωνισταῖς χρησάμενος, ῥᾳδίως ἐκράτησα τῆς ἐπι-

ἐπιχειρήσεως. Et ſic mox c 66, *καταφρονήσαντες Ἀρκάδων κρέσσονες εἶναι*, *cum putarent facile ſe Arcadas ſuperaturos.* Apud Thucyd II. 62, Pericles Athenienſes jubet *ἰέναι τοῖς ἐχθροῖς ὁμόσε μὴ φρονήματι μόνον, ἀλλὰ καὶ καταφρονήματι*, *non ſolum bono animo: ſed etiam perſuaſisſimum habentes, non multum fore certaminis.* Ubi et docet, quid ſit *καταφρόνησις* ſic: *αὔχημα μὲν γὰρ καὶ ἀπὸ ἀμαθίας εὐτυχοῦς καὶ δειλῷ τινὶ ἐγγίγνεται· καταφρόνησις δὲ ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν.* Quo ſenſu nihil est, quin hic *καταφρονεῖν* accipiamus, praeſertim ab Herodoto conſtructum non cum genitivo, uti contemnendi haberet ſpernendique ſignificatum, ſed quo aliam notionem indicaret, cum accuſativo. Dixit Achilles Tatius: *ὥσπερ στρατιώτης ἤδη νενικηκὼς καὶ τοῦ πολέμου καταπεφρονηκώς*, in L. II. p. 83. *Facile et contemtim* Livius conjunxit L. II. c. 56. *Κατεφρόνεε· κατενόει. φρονεῖν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ νοεῖν*, Brunck. Lex. Soph. Et forſitan ſic fere verbum *περιφρονεῖν* in Juliani Or II. p 104, 11 ſqq *μέθῃ καὶ κραιπάλῃ τὴν δυναστείαν περιφρονήσαντι καὶ ἀνελομένῳ.*

CAP. 78, 13.

Πολέμιον. At cui? An Croeſo? at hoc ineptum. Telmesſenſes memento ex hoc monſtro ratiocinatos venturum *στρατὸν ἀλλόθροον*, quorum ut huic bene respondet *ἔπηλυς*, ita voci *στρατὸς* respondere, credo, debuit *πολεμικὸς*, non *πολέμιος*. Permutata *ἐλεύθερος* et *ἐλευθέριος* I. 116, *πολεμικὸς* et *πολέμιος* in III. 4. (de quo loco Hemſterh. ad Lucian. T. I. p. 380) *Σκυθίη* et

Σκυ-

Σκυθικὴ saepe: ut IV. 8, 11. c. 17, 5. c. 99, Λύδια et Λυδικὰ in V. 12, 14. Καρικῆς et Καρίης in VII. 97, βάρβαρος et βαρβαρικὸς in I. 60, 12, VIII. 19, Ἰλλυρίους et Ἰλλυρικοὺς in VIII 137. Ἑλλήνων et Ἑλληνικῶν cap. 136, Ἴωνες et Ἰωνικὸς in IX. 92. Magis etiam placebit πολεμικός, observato, πολεμικὸν sic equum εἰρηνικοῖς oppositum iri bobus, ovibus. Ab Isocrate apud Valckenar. ad VIII. 142, εἰρηνικοῖς Atheniensibus πολεμικοὶ opponuntur Spartiatae; qui πολεμικοὶ καὶ εὔβουλοι Thucyd. I. 84 Clem. Alex II Paed. p. 157 D. πολεμικὰ ταῦτα γένη. ἡμεῖς δὲ τὸ εἰρηνικὸν γένος qui εἰρηνικὸν ὄργανον — ὄργανα πολεμικὰ II. Paed. p. 164 C. πολεμικαὶ γυναῖκες Amazones Appiano T. I. p. 798 πολεμικὴ θεὸς Minerva Luciano T. III. p. 205. πολεμικὸς θεὸς Mars Plato in Crat. p. 58. Signum hic res admonet memorare, Carthaginiensibus olim

quod regia Iuno
monstravit, caput acris equi; sic nam fore bello egregiam:

apud Virgil. Aen. I. 448. coll. Justin. XVIII. 5. *bonis est in equis patrum virtus*, Horat IV. 4, 30. *bellator equus*, Silio II. 412. Ut Telmessenses hic, pater etiam Anchises in Virgil. III. Aen. 589, visis equis,

bellum, o terra hospita portas.
bello armantur equi: bellum haec armenta minantur.

Ad Virgilii priorem locum sic Servius: *hoc animal* (equus) *licet subjugetur, bellicosum tamen est* (πολεμικόν, non πολέμιον). Xenophon Cyropaed. VII. 5, 62, οἱ ὑβρισταὶ ἵπποι ἐκτεμ-

νό-

νόμενοι τοῦ μὲν δάκνειν καὶ ὑβρίζειν ἀποπαύονται, πολεμικοὶ δὲ οὐδὲν ἧττον γίγνονται Plato Phaedro p 207, ἵππον λέγων, ὡς παντὸς ἄξιον τὸ θρέμμα ἐπὶ στρατιᾶς ἀποπολεμεῖν· qui in V Rep. p. 420, mentionem equorum facit, θυμοειδῶν καὶ μαχητικῶν. Sed et Lucianus T. II. p. 500, ἵππον ἐπαινέσαι θέλων φύσει κοῦφον καὶ δρομικόν, adjectivum adhibuit in κὸς, δρομικός. Adde Clementis haec Alex. V. Strom. p. 567, A. ὥσπερ γεωργίας καὶ τροφῆς ὁ βοῦς, ἀνδρείας δὲ καὶ παῤῥησίας ὁ ἵππος (σύμβολόν ἐστι). Narrat et Plutarchus T. II. p. 250, Porsenam Cloeliam ἀξιῶσαι δωρεᾶς ἀνδρὶ πολεμιστῇ πρεπούσης, nempe equi. Qui in Quaest. Rom. p. 284 B ὅτι θυμοειδὲς καὶ πολεμικὸν καὶ Ἀρήϊον ὁ ἵππος ἐστι. et in l. de If. et Osir. p. 358, B. ἔρεσθαι τί χρησιμώτερον ζῶον εἰς μάχην τοῦ δὲ ἵππον εἰπόντος etc. p 639, E. τῶν ζώων μόνῳ τῷ ἵππῳ μετουσία στεφάνου καὶ ἀγῶνός ἐστιν, ὅτι μόνος καὶ πέφυκε καὶ ἤσκηται μαχομένοις παρεῖναι καὶ συμπολεμεῖν. Cic. de off. I. 16. *neque ulla re longius absumus a natura ferarum, in quibus inesse fortitudinem saepe dicimus, ut in equis* etc. Eustath. ad Il. p. 643, 37, καὶ δίσκον, καὶ ἵππον· ἐκεῖνον μὲν, ὡς γυμναστικὸς, τοῦτον δὲ, ὡς πολεμικός.

CAP. 86, 27 sqq.

Pro ὡς cum plerique habeant MSS. ὥστε, legas haud male, ὥς τε — καὶ θεηγ. Porro pro ἦλθε ὁ Σόλων, conjicio ἦλθέ οἱ Σόλων. — Quod in vs. 29, παρὰ σφίσι δοκέοντας, est paulo rarior, proba tamen constructio verbi δοκεῖν. Vid.

Eu-

Euripid. Med. 763, παρ' ἐμοὶ δεδόκηται, Sophocl. Trach. 598, δοκεῖς παρ' ἡμῖν.

CAP. 91, 22.

Ὡι καὶ τὸ τελ. — ἡμιόνου· οὐδὲ etc. Accipiam τὸ dictum ionice pro ὃ, et sic ponam comma ante οὐδὲ τ. σ. *cui etiam quod Phoebus dixit, neque hoc ille intellexit.*

CAP. 91, 10 seq.

Παραγαγεῖν μοίρας. Primo legam Μοίρας, *Parcas*. Deinde παραγαγεῖν ita intelligam, ut Phoebus dicat, se id, quod voluit, non potuisse Parcis persuadere, ut facerent, quidquid adhibuerit blanditiarum loquentiaeque machinarum. (πολλὰ — — εἰπὼν παρήγαγεν αὐτοὺς παραθεῖναι τὸ ξιφίδιον de Catone Appian. T. II p 311. Suidas: παράγεσθαι, μεταπείθεσθαι, Θουκυδίδης. ubi locum citat l. 91, non tam bene, quam vulgo legitur: ubi Schol παράγεσθαι, ἀπατᾶσθαι). Quod in Croeso precious Apollo non potuit, in Admeto id conservando potuit dolo; unde dicitur Μοίρας δολώσας in Eurip. Alc. 12. Nam tum Deas ille οἴνῳ τῶν λογισμῶν ἀπαγαγὼν ἐξῃτήσατο Ἄδμητον (bene legitur οἴνῳ παρηπάτησας Aeschyl. Eum. 725) nunc modestiori conamine studuit eas παράγειν. Elegantissima est Musgravii conjectura in Eurip. Androm. 27,

ἐλπίς μ' ἀεὶ παρῆγε·

(coll. Sophocl Oed. Reg 993, τῷ φόβῳ παρηγόμην) cujus est Tragici pulchrae sententiae in

in Iphig. Taur. 475 sqq. qua divina consilia homines latere docetur, hic ul imus versus:

ἡ γὰρ τύχη παρήγαγ' ἐς τὸ δυσμαθές·

cogitationem, contemplationem solet obstruere, impedire, a ratione solet abducere, ut ea non perspiciant. Thucyd. I. 34, ὥστε ἀπατῇ τε μὴ παράγεσθαι ὑπ' αὐτῶν. II. 64, μὴ ὑπὸ τῶν τοιῶνδε πολιτῶν παράγεσθε. III. 38, δῆλον ὅτι κέρδει ἐπαιρόμενος, τὸ εὐπρεπὲς τοῦ λόγου ἐκπονήσας, παράγειν πειράσεται. Plato Phaedro p. 208, ἐν λόγοις παράγοι τοὺς ἀκούοντας. Alcib. β. p 232, οὐ γὰρ τοιοῦτον τὸ τῶν θεῶν, ὥστε ὑπὸ δώρων παράγεσθαι Gorg. p 320, παράγων τῷ ὀνόματι etc. Rep. II p 384, Dii possunt θυσίαις — παράγεσθαι ἀναπειθόμενοι, p. 391. ψεύδεσι παράγειν L. VI. p. 426, ὑπὸ τοῦ λόγου παρ' ἕκαστον τὸ ἐρώτημα σμικρὸν παραγόμενος. Pausanias p. 218, καὶ αὐτὸν οἱ ἔφοροι καὶ ἄλλοις γέρασι ψυχαγωγοῦντες — παρῆγον μήποτε πολέμιον γενέσθαι τῇ Σπάρτῃ. p. 554, τοὺς μὲν δὴ παρῆγεν ὁ Δίαιος — — Λακεδαιμονίους δὲ ὁ Μεναλκίδας ἠπάτα etc. Et sic intelligam Appiani T. I. p 243, θεοῦ παραγαγόντος αὐτόν, lecti etiam p 278 T. II. p 261, 274. Lucian T. II p. 188 ψευδεῖ λόγῳ παραγαγεῖν. Hinc Herod. VI. 62, τῆς ἀπάτης ἡ παραγωγή. Plato II Rep. p 384, τῆς τῶν θεῶν ὑπ' ἀνθρώπων παραγωγῆς. Sophoclis παρηγμένος Antig. 293 (300) Scholiastes reddit ἠπατημένος. Clem. Alex. I. Strom. p. 292. B. παράγεται τῷ κατ' ἀμφιβολίαν ἀπατώμενος τρόπῳ. Auctor Apologiae Socratis inter Xenophontea §. 4. πολλάκις οὐδὲν ἀδικοῦντας λόγῳ παραχθέντες ἀπέκτειναν. Dionysius Halic. T. I. p. 450, 7, μήτε βίᾳ εἴξαντες, μήτε ἀπάτῃ πα-

παραχθέντες, Julianus Or. VIII. p. 458, 23, ἐμαυτὸν θέλγω καὶ παράγω λόγοις. Cicero in Catil III 8, *nisi Dii immortales prope fata ipsa flexissent*. Ut hic Croeso Apollo precibus impetravit, ita Φαλάριδι Λοξίας καὶ Ζεὺς ὁ πατὴρ ἀναβολὴν θανάτου ἐψηφίσαντο ἔτη δύο, ἀνθ' ὧν etc. apud Aelian. in Suidae ἀναβολή.

CAP. 106, 4.

Χωρὶς μὲν γὰρ φόρων — χωρὶς δὲ τοῦ φόρου etc. Sic non loquitur Herodotus, nisi in repetitione vocum post parenthesin: ut I. 146, οἱ δὲ αὐτέων — οὗτοι δὲ etc. cap. 163, προσφιλέες ἐγένοντο τῷ βασιλέϊ — τούτῳ δὲ τῷ ἀνδρὶ etc. ut recte pro τούτῳ δὴ unus MS cap. 182, ἐπεὰν γένηται (οὐ γὰρ etc.) ἐπεὰν δὲ γένηται. III. 34. λέγεται γὰρ εἰπεῖν — εἰπεῖν δὲ λέγεται τάδε. IV. 145, ἐξελαθέντες ὑπὸ Πελασγῶν — ὑπὸ τουτέων δὲ ἐξελαθέντες, ubi equidem legi nolim δή. Plura omitto Itaque et hic parenthesi haec includam, χ. μ. γ. φόρων (ἐτρ. παρ' ἐκ. τὸ ἐκ. ἐπ') χωρὶς δὲ τ. φ. sive exciderit, parenthesos ratione obliterata, particula δὲ post ἐπρησσον, sive parenthesis sit ἀσύνδετος. Xenoph. Anab I. 8. 9 VI 3(5), 11. Pausan. VII. 26 pr. Sic haec lecta significabunt φόρους non fuisse moderatos, sed tales, quales ab insolenti victore exspectes.

CAP. 107, 7.

Αὐτὰ ἕκαστα, *nudam veritatem*, *ipsam rem*, οὐδὲν ἔκρυψαν, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἐχρήσαντο, ut est in

in L. I. c. 30. Non dissimulabant Magi somnium Regi mala portendere; maluerunt, quam non aperte dicere, quae sentiebant, αὐτὰ ἕκαστα λέγειν. Etsi sciebant neminem ἄγγελον φιλεῖν κακῶν ἐπῶν· tamen regem noluerunt celare ab infante ei impendens periculum; nihil circuitione sunt usi. Id αὐτὰ ἕκαστα hic est, quod πᾶν et praepositio πρὸ in cap. 120, εἰ φοβερόν τι ἑωρῶμεν, πᾶν ἄν σοι προεφράζομεν. De αὐθέκαστα Valckenar. ad Phoen. 497 αὐθέκαστος oppositus τῷ εἴρων in Philemonis fragmento, ab aliis Euripidis credito, in Eurip. Beck p. 496. illud explicat Grammaticus San. German. apud Wessel. in add. ad V. 13: τοὺς αὐτὰ ἕκαστα θεωμένους Plato dixit V. Rep. p. 424, 46: αὐστηρὸν, αὐθέκαστον, ἄφοβον dicit τὸ ἀγαθὸν esse Clementis Cleanthes Alex. protr. p. 47 B. Aristoph. Lys. 1102, Λάκωνες, αὔθ' ἕκαστα χρὴ λέγειν. Eodem sensu Laconum laudat ἁπλότητα Polydamas in Xenoph. Gr. Hist. V. 1, 6.

CAP. 108, 21.

Φυλασσόμεθα δὲ etc. Ut in cap. 99, μήτε ἐσιέναι — ὁρᾶσθαί τε, nemo e codd si offerant, recipiat, ὁρᾶσθαι δέ· nec in II 37. σπείρουσι οὔτε κυάμους — τούς τε (nam sic praecedens οὔτε sequi semper debet τε, ut II. 15, ἀλλ' οὔτε — ἀεί τε. in III 50. 14. c. 144, 2. c. 146, 15. IV. 125. 21. c 94. 1. c 180, 23. VI 16 8. quae alia sunt, omitto) sic in hoc loco ex uno codice, si sit, qui offerat, recipiatur, credo, οὔτε παρεῖδες — φυλασσόμεθά τε Vid codd ad I 190 In II. 124, bene credo lectum iri, ταύτης τε δὴ — καὶ τ. ἐπὶ τ. λ.

λ. et in c. 126, τά τε ὑπὸ τοῦ π. — ἰδίῃ τε etc. Sed saepius sic a librariis peccatum. In VI. 9, 19, legam οὔτε βιαιότερον, non οὐδὲ, quod respondeat praecedenti, πείσονταί τε. In III. vero c. 155, 6, οὔτε τις, bene MS. οὐδέ τις· ubi bene haberet οὔτε τις, si praecederet οὔτε ἔστι. In L. IV. 9, 15, ἵππους μὲν — σῶστρά τε, legam e MSS. σῶστρα δέ· in V. 90, 9, ἔτι δὲ πρ. nam ἔτι τε vix reperias. In I. 124, recipi, credo, debuit e MSS. ταῦτά τε — καὶ ὁ Κῦρος. Xenophontis Anab. V. 8, 21, οὔτε τούτοις ἐπεκουρεῖτε, οὔτε σὺν ἐμοὶ τὸν ἀτακτοῦντα ἐπαίετε, legam, οἵ τε σὺν ἐμοὶ τ. ἀ. ἐπ.

CAP. 110, 17.

Διαφθαρείη. Reponam, quam lingua postulet, Ionicam subjunctivi formam, διαφθαρέῃ. In IV. 196, pro πρὶν ἂν ἀπισωθείη bene editum e MSS. ἀπισωθῇ· posset etiam, et nescio an melius, ἀπισωθέῃ, ionice: cui quidem formae deberi videtur vulgatum ἀπισωθείη. Vide codd. lect. ad VIII. 7, 4. cap. 13, 9. In L. VII. 103, 15, pro εἴη· ὅρα μὴ μάτην κόμπος εἴη, legam ἔῃ. Vid. var. lect. Schweigh. ad IV. 196, 12. Nam in IV. 154, 15, ὅτι ἂν δεηθῇ, quod Suidas habet, δεηθείη, ortum id credo ex Ionica forma, quam ille hic legerit, δεηθέῃ.

CAP. 123, 21.

Ἀπὸ γλώσσης. Est locutio, quam quivis intelligat; quae tamen raro habetur. Thucydides adhibuit in VII. 10, ὅσα ἀπὸ γλώσσης εἴρητο αὐτοῖς. Est *ore* Livio I. 54. Alio ſenſu οὐκ ἀπὸ γλώσσης in Aeſchyli est Agam. 822, in Juliani Or. II. p. 170 ult. οὔτι πλαστῶς, οὐδὲ ἀπὸ γλώσσης. Sed uti hic Dionyſ. Halic. T. I. p. 143, 23, ἀναγνωσθεισῶν τῶν ἐπιστολῶν, καὶ τοῦ ἀνδρὸς ἐξηγησαμένου ὅσα παρὰ τῶν συνθεμένων αὐτὰς (αὐτὰ) ἀπὸ στόματος ἤκουσεν.

CAP. 124, 6 ſq.

Ἀστυάγεα τὸν σεαυτοῦ φονέα. Sic ſaepe loquuntur veteres, ut interfector audiat, qui interficere voluerit; veluti Euripidis Creuſa in Jon. 1286,

κἄπειτ' ἔκτεινας φαρμάκοις τὸν τοῦ θεοῦ;

Qui in hac re in ambiguo ludit, Sophoclem videtur, ubi haec habet Ai. 1145,

M. δίκαια γὰρ τόνδ' εὐτυχεῖν, κτείναντά με;
T. κτείναντα; δεινόν γ' εἶπας, εἰ καὶ ζῇς θανών.
M. θεὸς γὰρ ἐκσώζει με, τῷδε δ' οἴχομαι.

Herodotus recordatus et imitatus ſuo ſermone πεζῷ expreſsiſſe. Poëtae est τῷδε οἴχομαι, quod Historico est, κατὰ τὴν τούτου προθυμίαν τέθνηκας. et illius θεὸς ἐκσώζει με ex hujus ſtilo ſic venit ex Harpagi, Cyri ſervatoris, perſona, τὸ δὲ κατὰ θεούς τε καὶ ἐμὲ περίεις. Est autem hujus locutionis ea ratio, qua qui interficere conatus est, interfector audiat, ut eo ma-

gis

gis fiat conamen invidiosum; ita quidem, ut ille, qui tentati parricidii reum velit defendere, ea non sit usurus. Hèrodoto qui dicitur pejerare voluisse Glaucus in VI. 86, Pausanias hunc dicit ἐπίορκα ὀμόσαι p. 149.

CAP. 126, 16.

Πολλὸν εἶναι αὐτέων τὸ μέσον. Vid. Wessel. ad IX. 82. Qui in Lucianeis T. III. p. 629 legitur scripsisse, ὡς γὰρ ἐλάβετο τῆς ἡλικίας ἡ παῖς, καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐ πολλῷ τῷ μέσῳ προενεγκοῦσαν ἑώρα, sic certe non scripsit; quid vero scripserit, conjectanti incertum. Vel corrigam, ὁ πατὴρ πολλῷ ejecto οὐ· vel, ὁ πατὴρ οὐκ ὀλίγῳ, οὐ μικρῷ. Vid. T. II. p. 184, ὡς πολὺ τοὐν μέσῳ. Plato Phil. p. 167, πολὺ τὸ διάφορον ὁρῶ. Herod. IV. 42, οὐ σμικρὰ τὰ διαφέροντα αὐτέων ἐστί. Plato Phil. p. 164, 45, μὴ σμικρὸν διαφέρειν. Thucyd. VII. 75, μέγιστον δὴ τὸ διάφορον τοῦτο. Xenoph. Mem. II. 3, 5, εἰ μὲν μὴ μέγα εἴη τὸ διάφορον, etc. ὁπότε μέντοι πᾶν τὸ ἐναντιώτατον εἴη, etc. (cum quibus postremis confer Thuc. I. 70, ὅσον ὑμῶν καὶ ὡς πᾶν διαφέροντας.) Heliodor. Aeth. V. p. 219, οὐ γὰρ μικρὸν εἶναι τὸ διάφορον, ἀλλ' ὅσον ἂν γένοιτο θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον. Est hic πολὺ τὸ μέσον, quod in Xenoph. est Mem. III. 10, 5, πολὺ, νὴ Δία, διαφέρει· in Platon. Phil. p. 174, πολύ γε διαφέρει. plus τὸ πᾶν διαφέρει, in Cyrop. I. 6, 13. IV. 3, 8. Plato p. 118. 15: plus etiam, ὅλῳ καὶ παντὶ διαφέρει Platonis p. 66, 16. p. 420. 49. διαφέρει ὅλον τε καὶ πᾶν Phaedro p. 217, 18: quod fere est, πᾶν τοὐναντίον ἐστι, in Parmen.

p.

p. 150, 47. Eodem ſenſu *πάμμηκες διαφέρει* Maximus Tyr. diſſ. XXXVII. p. 371. *ἀλλ' οὐδὲν ὅμοιόν ἐστι* Xenophon Mem. II. 4, 3.

C A P. 129, 8.

Αὐτὸς γὰρ γράψαι. Est *γράψαι τι πρῆγμα*, per literas certiorem facere de re: quod hinc alienum. Scriptum credo Herodotum voluisſe, *αὐτὸς γὰρ ῥάψαι·* quam ſuam metaphoram ipſe explicet in VI. 1, ubi Histiaeo Artaphernes, *τοῦτο τὸ ὑπόδημα*, inquit, *ἔῤῥαψας μὲν σὺ, ὑπεδήσατο δὲ ὁ Ἀρισταγόρης.* (quae vulgari ſermone Appianus T. II. p. 99, *ᾔσθοντο δὴ Μαρίου μὲν εἶναι τὰ ἔργα τάδε πάντα, Κίνναν δ' αὐτοῖς ἐπιγράφεσθαι.* *dicunt Milonis manu caedem esſe factam, conſilio vero majoris alicujus*, Cicero p. Mil. 18) Heſychii est gloſſa: *ῥάψαι· συνθεῖναι·* quam magis credes lectionem hic *ῥάψαι* confirmare, Thucydidis haec ſi legas e L. VIII. c. 68, *ὁ ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς — Ἀντιφῶν ἦν.* Quod Herodoto est, cujus ſtilus poëſin olet, *ῥάψαι τὸ πρῆγμα*, Thucydidi id est vulgaria verba amanti, *τὸ πρᾶγμα ξυνθεῖναι.* Quod est *χιτῶνας ῥάπτειν*, (*συῤῥάπτειν* Herod. IV. 64.) *χιτῶνας* id *συνθεῖναι* Xenophon dixit Cyrop. VIII. 2, 5, *ῥαφῇ χρωμένην σύνθεσιν* Plato dicit Polit. p. 125, 27. *ἐσθῆτες συγκεκαττυμέναι* ex emendatione Solani legitur in Lucian. T. III. p. 409, 18. Quod Sophocles dixit Oed. Reg. 409, *ὁ συνθεὶς τάδε·* potuit et ſic, *ὁ ῥάψας τάδε.* Vid. ad Terent. Phorm. III. 2, 6. Idem Heſychius: *ῥάπτειν· μηχανᾶσθαι, κατασκευάζειν.* Qui hic, ut videtur, *τὸ πρῆγμα ῥάψαι* dicitur, Harpagus in c. 162 Herodo-

doto est ὁ τῷ Κύρῳ τὴν βασιλήϊην συγκατεργασάμενος. Notae sunt locutiones, φόνον, μορον, θάνατον, κακὰ ῥάψαι, Homero adhibitae, et Euripidi; cujus est etiam ῥάψαι τι in Androm. 912,

μῶν ἐς γυναῖκ' ἔῤῥαψας, οἷα δὴ γυνή;

Ad Homeri κακὰ ῥάπτειν Eustath. ad Od. p. 612, 29, τὸ ῥάπτειν φίλη τροπή ἐστι τῷ ποιητῇ ἐπὶ τῶν κατὰ δόλον· qui quod pag. 610, 10, observat, τὸ ῥάπτειν φόνον ποιητῇ μὲν χρήσιμον, κακόζηλον δὲ ἐν λόγῳ πεζῷ, videri haec possint nostrae conjecturae adversari. Sed et tu observa, et permulta alia esse in Herodoteis poëtice dicta; et Homerum esse Euripidemque, qui ex omnibus verbo ῥάπτειν sic maxime usi sint, quosque ex omnibus maxime Herodotus sit imitatus. Quid? quod ipsum illud φόνον ῥάπτειν, quod ille κακόζηλον esse narrat ἐν λογῷ πεζῷ, in Herodoti legitur IX. 17. Facile potuerunt librariorum vel oculi auresque ita labi, ut pro ῥάψαι scriberent γράψαι, vel mentes, ut sic magis scriberent, quod in iis, quae Harpagus ἔῤῥαψε, scriptarum fit literarum mentio. Conjecturam etiam Astyagis verba confirmant ad Harpagum in vs. 12, εἰ δὴ δι' ἑωυτοῦ γε ἐπρήχθη τὰ παρεόντα· id est, εἰ δὴ ἀληθῶς αὐτὸς ἔῤῥαψε τὸ πρῆγμα. Simili metaphora, aliunde licet petita, Aristoph. Lys. 631,

ἀλλὰ ταῦτ' ὕφηναν ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ τυραννίδι.

Certe Eustath. ad Il. p. 493, 22, τὸ δόλον ὑφαίνειν, ᾧ συγγενὲς τὰ κακὰ ῥάπτειν. Sed δόλον ῥάψαι Halic. quoque Dionysius, (minime poëtica probans in Historicis et oratoribus) T. I. p. 143, 8.

8. ſqq. δόλος ἄφυκτος ἔῤῥαπται κατ' ἀμφοτέρων. p. 205 39, δόλον ἐπ' αὐτῷ ῥάπτουσι τοιόνδε. pro quo in p. 254, 8, δόλον συντιθέντος, et p. 638, 41, οὗτος ὁ δόλος ὑφαίνετο. Julianus Imp. ad S. P. Q. Ath. p. 522, 25, ἐπιβουλήν μοι ῥάπτουσιν αὐτίκα· unde in p. 503, 3, fortasſe ſic legendus mendoſus locus, τοῖς ἐκεῖ πρᾶγμα συνέῤῥαψε.

C A P. 155, 16 ſq.

Ἐμῇ κεφαλῇ ἀναμάξας. Metaphorae ratio in eo eſse videtur, quod eorum capiti, qui morte poenas luébant, ſolebat vindicis gladius abſtergi, ut occiſi ſanguis occiſo ipſi adhaereret, nec in interfectoris perniciem in gladio haereret. Eſse igitur et in hoc loco ἐμῇ κεφαλῇ, et in Homeri,

ὃ σῇ κεφαλῇ ἀναμάξεις·

non tertius ille caſus videtur, (etſi illum esſe dicunt Homeri Schol. et Euſtath. p. 684, 38, ἑαυτῇ προστρίψεις) nec accipiendum ἀναλήψῃ, ſed ablativus esſe caſus, *meo*, *tuo capite*, καὶ ἐγὼ φέρω ἀναμάξας [τὸ τῆς Δίκης ξίφος] τῇ ἐμῇ κεφαλῇ. Et Homerei loci hic esſe videtur ſenſus: quod peccatum tu ita lues, ut ſis vindicis gladio adhaerentem ſanguinem tuo capite abſterſurus. Quod apud Euſtathium legitur: καὶ ἔστιν εὑρεῖν τοιαύτην ἔννοιαν καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, ἔνθα φαίνεται ταῖς πεφονευμένων κεφαλαῖς ἐναπομάσσεσθαι τὸ ἐν τοῖς ξίφεσιν αἷμα· Electram ille dicit, ad cujus haec vs. 447,

Κά-

κἀπὶ λούτροισιν κάρᾳ
κηλῖδας ἐξέμαξεν·

sic Schol. τὸ ξίφος, δι' οὗ ἡ σφαγὴ ἐγίνετο, ἀπέματτον πρὸς τὴν τοῦ σφαγέντος κεφαλήν· — εἰώθεσαν εἰς τὰς κεφαλὰς τῶν ἀναιρουμένων ἀπομάσσειν τὰ ξίφη, ὥσπερ ἀποτροπιαζόμενοι τὸ μύσος τὸ ἐν τῷ φόνῳ. Nam Clytaemnestra, quo videretur Agamemno jure cecidisse, filiae interfector; qui gladio adhaerebat cruor, eum ipsius capite absterfit, ut ne ipsa parricidii rea esset, mariti impia interfectrix, sed pie filiae necem videretur ulta. Pausanias p. 882, καὶ Λεδοντίοις Φιλόμηλος ἀσέβειαν τὴν ἑαυτοῦ δημοσίᾳ παρέσχε σφίσιν ἀναμάξασθαι. Qui eo utitur media verbi forma, quod non addidit κάρᾳ vel κεφαλῇ. Ut et Clemens Alex. I. Paed. p. 134, A. καὶ τὸν σωτήριον ὄντως ἀναμαξώμεθα τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν βίον· qui in protr. p. 62. C. κηλῖδα τοῖς ἑπομένοις αὐτῇ ἐναπεμάξατο θανάτου. Aelian. apud Suidam in ἀνεμάξατο· πάντα ὅσα ἔδρασεν ἀνεμάξατο.

CAP. 156, 2.

Quod tanquam e Cod. Med. Gronovius recepit τε in his, ταῦτά τε οἱ, pene, credo, clar. viri errorem esse, copulamque τε in egregio codice non in istis haberi, sed in capitis fine: ταῦτά τε οἱ ἐνετείλατο — καὶ πρός. Similiter errasse Gronov. videtur Schweighaeusero in VII. 193, 11: cui et accedo in c. 224, 8. Adde quae idem ad IV. 16, 7-9. et Wesselingii ejusmodi errorem ad IV. 163, 12. Porson. ad Eurip. Med. 1104. Valde delectatur sic copula

He-

Herodoti ſtilus. In VI. 49, 7, vera videtur codicis lectio, δοκέοντές τε — καὶ ἄσμενοι etc.

C A P. 164, 12 ſq.

Ἐν ᾧ ἀπήγαγε . . . οἱ Φωκ. ἐν τούτῳ. Solet Herodotus ἐν ᾧ cum imperfecto conſtruere. Vide I. 186, ἐν τῷ ἐπίμπλατο τοῦτο, ἐν τούτῳ etc. III. 74, ἐν ᾧ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο· cap. 136, ἐν ᾧ οὗτοι ταῦτα ἔπασχον· IV. 95, ἐν ᾧ ἐποίεε καὶ ἔλεγε· cap. 124, ἐν ᾧ ἐτράπετο· VI. 89, ἐν ᾧ ἐδέοντο· cap. 96, ἐν ᾧ οὗτοι ταῦτα ἐποίευν· VII. 26, ἐν ᾧ οὗτοι ἐργάζοντο· VIII. 8, ἐν ᾧ οὗτοι ἀριθμὸν ἐποιεῦντο· cap. 114, ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐν τῷ Μαρδόνιος τὴν στρατιὴν διέκρινε. IX. 23, ἐν ᾧ ὁ πεζὸς ἐβώθεε. Thucydides quoque in II. 86, ἐν ᾧ οἱ Ἀθηναῖοι περὶ Κρήτην κατείχοντο. Xenoph. Cyrop. II. 1, 20, ἐν ᾧ οἱ πολέμιοι ἐλέγοντο προσιέναι· III. 2, 3. IV. 2, 18. VI. 1, 1. Anabaſ. I. 10, 10. II. 2, 15. IV. 2, 19. VII. 1, 15. Gr. Hist. IV. 8, 1. V. 6, 56. Pauſan. p. 302. ἐν ὅσῳ οὗτος ἀνεδίδασκε — ἐν τόσῳ etc. Vulgatam hic lectionem ſic credo ortam. Cum in aliis MSS. legeretur ἄπαγε, omiſſo ionice augmento: in aliis ἀπῆγε· hinc lectionis varietatem ſic ſupraſcriptam

ηγ   αγ
ἄπαγε ἀπῆγε

(ſive cum legeretur ἄπαγε, a magiſtro fuerit ad explicandum ſupraſcriptum ἠγ, omiſſum augmentum monente) in textum ſic fuiſſe receptam, ἀπήγαγε. Quod et facile fieri potuiſſe ab indocto librario, et ſaepe factum eſſe fateberis. Huic quidem rei deberi videtur lectio ἐνεμφύεται in III. 80, καταρευξάμενοι in IV. 103, εὐεπε-

πετέα in V. 50, πρότερον πρὶν ἢ V. 118, ἐλαστρευομένας in VII. 24, δυσανάλγητος in Suidae ἀνάλγητος e Sophocl. Oed. Reg. 12, ut jam Porson. adv. p. 142. Vide Schweighaeus. ad I. 193, 11. ad IV. 16, 2. VII. 10, 38, 41. ad VII. 83, 5. Valck. ad IV. 103, 4. Wessel. ad V. 119. Porson. ad Eurip. Med. 751. In hoc libro cap. 160, 1, quod in cod. MS. est F. ἀπενειvεχθέντα id et ipsum videtur duplex lectio, e neglecta dialecto orta sic, ἀπενεχθέντα (νει). Nec quod in I. 193, 11, in aliis legitur codd. οἰκώκητο vel οἰώκητο· in aliis οἱ ὤκητο, vel οἷ ὤκ. aliunde id ortum, quam e simili duplici lectione οἴκητο (ὠ)· ὤκητο (οἱ).

CAP. 167, 1 sqq.

Excidisse hinc quaedam, non unius est viri docti probabilis suspicio: ea forsitan hujusmodi fuerint sententiae: τῶν δὲ διαφθαρ. ν. τ. ἁ. οἵ τε K. κ. οἱ T. [ἔλαβόν τε καὶ διεκληρώσαντο· ὧν οἱ (vel καὶ οἱ, οἱ δὲ) Ἀγύλλην οἰκοῦντες Τυρσηνοὶ] ἔλαχόν τε αὐτέων etc. ut caussa fuerit, cur verba exciderent, haec, quod scribarum oculi a verbis, Τυρσηνοὶ ἔλαβόν τε καὶ etc., ad haec transiluerint, Τυρσηνοὶ ἔλαχόν τε καὶ etc.

CAP. 169, 4.

Κατάπερ οἱ ἐκλιπόντες. Quinam hi sunt? Ii enim, quos modo dixit Ionum solos τὰς πατρίδας ἐκλιπεῖν. Horum autem nullam scio pugnam adversus Harpagum factam. Nam nec quorum urbs

urbs capitur (c. 168), dici possunt *διὰ μάχης ἀφικέσθαι*, (vid. c. 176): nec certe Persarum custodum caedes (c. 165) pugna audiat. Suspicor Herodotum posuisse *καὶ* post *Ἁρπάγῳ*, non post *ἐκλιπόντες*· — *Ἁρπάγῳ, καὶ, κατάπερ οἱ ἐκλιπόντες, ἄνδρες* etc. (Conf. Valck. ad IX. 25, 6). Utrique fuerunt, judice Herodoto, *ἄνδρες ἀγαθοί.* sed ita, ut diversam sequerentur rationem; Phocaeenses et Teii, qui manus conserere eum Persis nolentes, quibus essent longe viribus inferiores, maluissent patria relicta exsulare, quam Persis subditi manere: ceteri, qui cum vitam cernentes fortiter se gessissent, satis putarent patriae datum esse, in patriaque manerent, Persis subditi. Vide quaeso l. IV. c. 11. et l.V. c. 119.

CAP. 191, 22.

Οὐκ ἂν etc. Legendum videtur, *ἥκου ἂν* etc. *profecto.*

CAP. 205, 3.

Ὁ Κῦρος ἐμνᾶτο τῷ λόγῳ, θέλων etc. Sic haec legam, *ὁ Κ. ἐμνᾶτο, τῷ λόγῳ θέλων* etc. Sic. I. 59, *τῷ λόγῳ τῶν Ὑπερακρίων προστάς*· III. 17, *δῶρα τῷ λόγῳ φέροντας*· V. 20, *γυναῖκα τῷ λόγῳ*· c. 37, *λόγῳ μετεὶς τὴν τυραννίδα*· VI. 38, *αὐτομόλου τῷ λόγῳ*· cap. 70, *τῷ λόγῳ φάς*· Thuc. I. 128, *τῷ λόγῳ ἀπέδρασαν αὐτόν*· Eurip. Alc. 340, *λόγῳ ἦσαν φίλοι*· Lucian. T. I. p. 213, *οἰνοχόουν τῷ λόγῳ*· Pausan. p. 308. *λόγῳ αὐτομόλους.*

CAP.

CAP. 207, 6 sq.

Τὰ δέ μοι παθήματα-μαθήματα ἐγεγόνει. Observanda παρονομασία, παθήματα-μαθήματα· quam Belgice imitari vel melius etiam, vel sic possis: mijn leed (deer) is mij ten leer geworden; vel sic: mij leerde, wat mij deerde: Latine vel sic: dolores mihi facti sunt doctores: vel sic: docuerunt me, quae nocuerunt. Thucydides adeo hoc usus I. 78, βουλεύεσθε βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραχέων· Clem. Alex. protr. p. 9. B. τῆς ἄλλης μαντικῆς, μᾶλλον δὲ μανικῆς. Livius I. 58, *hostis pro hospite* (Ovid. Ep XVII. 10, *hospes an hostis eras*). Herodoti locum Appianus imitatus T. I. p. 772. (de B. Mithr. c. 87) ubi Tigranes et Mithridates exercitum comparant, οὗ τὴν στρατηγίαν ἐπετέτραπτο Μιθριδάτης· ἡγουμένου Τιγράνους αὐτῷ γεγονέναι τὰ παθήματα διδάγματα, neglecta παρονομασίᾳ, forte illis temporibus Historico indigna visa. Aeschylus Agam. 259 sq. δίκα δὲ τοῖς μὲν παθοῦσι μαθεῖν ἐπιῤῥέπει τὸ μέλλον. Orationis figurarum osor Dionysius Halic. T. I. p. 507, 3, καὶ τἀμὰ παθήματα παιδεύματα γενήσεται τοῖς πολλοῖς. Terentii παρωνομασίαν, *inceptio est amentium, haud amantium*, Andr. I. 3, 13, Livius imitatur III. 47, *tanta vis amentiae verius, quam amoris mentem turbarevat*.

AD *LIBRUM* II.

CAP. 3, 14.

Ἴσον. Videtur ſenſus eſſe, *aeque parum, aut nihil.* Xenophanes apud Plutarch. T. II. p. 17 D. E.

καὶ τὸ μὲν οὖν σαφὲς οὔτις ἀνὴρ γένετ', οὐδέ τις ἔσται
εἰδὼς ἀμφὶ θεῶν.

CAP. 20, 1.

Ἐπίσημοι βουλόμενοι γενέσθαι. Fuit qui conjiceret, *ἐπ. β. λέγεσθαι·* non memor tunc hujus verbi *βούλομαι* ſignificationis, qua *θέλειν* adhibet quater minimum Pauſanias: p. 12, *Ἀρκάδες ἐθέλουσιν εἶναι τῶν ὁμοῦ Τηλέφῳ διαβάντων ἐς τὴν Ἀσίαν.* p. 47, *τάδε μὲν τοῖς ἐπίστασθαι τὰ Μιτριδάτου θέλουσι μελέτω·* p. 385, *ἐθέλουσι μὲν δὴ οἱ Λεπρεᾶται μοῖρα εἶναι τῶν Ἀρκάδων·* p. 774, *οὗτοι — τὰ θαλάσσια θέλουσιν εἶναι σοφοί.* Xenoph. Gr. Hiſt. I. 6, 5, *εἰ ἄλλος τις ἐμπειρότερος περὶ τὰ ναυτικὰ βούλεται εἶναι.* Julianus Or. VI. p. 379, 5, *σὺ ἐκείνων εἶναι σεμνότερος ἐθέλων.*

CAP. 29, 2 ſq.

Quantum colligere potui e Gronovii Latinis et e Schweighaeuſeri, non ita bene hunc locum in-

intellexerunt. Videntur voces τοσόνδε ἄλλο tenebras offudisse clarorum menti virorum; quas quidem voces ut ab Homero Herodotus habet, ita ex illius locis hujus erit hic locus explicandus. Homerea sunt Il. X. 322, ubi Achilles Hectorem ferire conatur,

εἰσορόων χρόα καλὸν, ὅπῃ εἴξειε μάλιστα.
τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα χαλ-
[κέα τεύχη·
φαίνετο δ', ᾗ κληΐδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσι
λευκανίης·

ubi Schol. τοῦ Ἕκτορος τὸ μὲν λοιπὸν σῶμα ὑπὸ τῶν ὅπλων κατεκεκάλυπτο. et in Σ. 378,

οἱ δ' ἤτοι τόσσον μὲν ἔχον τέλος, οὔατα δ' οὔπω
δαιδάλεα προσέκειτο·

nempe lebetes τὸ λοιπὸν παντελῶς ἔσχον, ὅ ἐστιν ἐτετελείωντο, ut Schol. ubi vides solum τόσον esse, quod illic, ἄλλο τόσον. Jam sic etiam Herodoti videtur locus explicandus, ut huic τοσόνδε ἄλλο sit, quod Homero τόσον ἄλλο, τόσσον, adeoque *cetera Aegyptus*; et sic fere vertendus: verum ceteram quidem Aegyptum (cetera de Aegypto) ego, quam potui longissime, ipse indagavi: ita quidem, ut ad El. urbem pervenerim: quae vero ulterius sunt, haec satis habui ab aliis audivisse. — Homeri tria loca inter se contulit Eustath. p. 1373, 40 sqq. ubi monet, ὅτι τὸ τόσον εἴωθε πολλάκις τιθέναι Ὅμηρος ἐπὶ τοῖς παρ' ὀλίγον τι ὁλότητος.

CAP.

C A P. 36, 22.

* Legam e MSS. ἐπιδέξια-ἐπαρίστερα, quae erit acuta Aegyptiorum παρονομασία. Qualis etiam in Appiani est T. II. p. 560, ubi duorum fratrum proscriptorum, cum ab interfectoribus essent deprehensi, alter qui nesciebat se proscriptum esse, suumque putaret fratrem solum esse proscriptum, interfectoribus, ἐμὲ, inquit, πρὸ τούτου κτείνατε· dicens, πρὸ τούτου, *pro hoc*· ὁ δὲ λοχαγὸς ἔχων τὸ ἀκριβὲς ἀνάγραπτον, εἰκότα ἀξιοῖς, ἔφη· σὺ γὰρ πρὸ τούτου (*ante hunc*) γέγραψαι. Quem crudelissimum verborum lusum editor Schweighaeserus non cepit.

C A P. 44, 7.

Μέγαθος. Quaedam hinc suspicor excidisse, quae significaverint smaragdi magnitudinem. Cujus rei causa fuerit haec, quod scribarum oculi a priori ἐς ad posteriorem transsilirent. Nam sic fere haec scripta ab Herodoto auguror, ἡ δὲ σμαράγδου, λίθου λάμποντος τὰς νύκτας, μέγαθος ἐς [hinc exciderit expressa lapidis magnitudo:, ἐς λόγους etc.

C A P. 44, 12. sqq.

Εἶδον δὲ — εἶναι. Haec sic vulgo legunt, quasi Herculis Thasii templum, quod hic memoratur, Herodotus dixerit se vidisse Tyri. Unde Schweighaeuserus, τὸ εἶναι hic dicit abundare. Cui nec accedam de abundanti εἶναι· et quis credat, Herculis Thasii templum Tyri fuisse, non Thasi? Cur,

Cur, si Tyri templum Thasii Herculis vidit, Thasum se venisse narrat, ibique Herculis templum vidisse? Immo haec ita videntur intelligenda, ut Herodotus dixerit, Tyri se cognovisse, etiam aliud esse Herculis templum Thasii: quo cognito, ipsum intelligentem, templum illud nullibi esse posse, nisi in ea ipsa urbe, unde cognomen Deus accepisset, ut ante ob eandem causam ex Aegypto Tyrum, sic nunc Tyro esse Thasum profectum. Itaque non abundare credam *τὸ εἶναι*, sed sic haec esse interpungenda: *ἰ. δὲ ἐ. τ. Τ. καὶ ἀ. ἱ. Ἡρακλῆος, ἐπ. ἐ. Θασίου, εἶναι.* cum praesertim sic soleat Herodotus *τὸ εἶναι* in ultima sententia ponere, ut I. 131, II. 26 etc. Nec tamen non sentio, quid te offendat. Non potest *εἶδον* esse *cognovi*. Lubens hic legam *εἶπον* pro *εἶδον· dixerunt, narratum est mihi Tyri.* — Pausanias p. 445, *ἤκουσα ἐν Θάσῳ, τὸν αὐτὸν σφᾶς Ἡρακλέα, ὃν καὶ Τύριοι, σέβεσθαι.* Cui loco adde p. 477, cap. 11 pr. Vid. libr. de Dea Syria in Lucian. T. III. p. 456, 14, *ἀνέβην δὲ καὶ ἐς τὸν Λίβανον ἐκ Βύβλου, πυθόμενος αὐτόθι ἀρχαῖον ἱρὸν Ἀφροδίτης ἔμμεναι.* In quo libello plura insunt, quae nostram sententiam super hoc loco confirmant.

CAP. 51, 7.

Ἐς Ἕλληνας τελέουσι. Sic VI. 53, *ἤδη ἐς Ἕλληνας ἐτέλεον.* Sophocl. Oed. Reg. 222, *ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ.* Persaepe posterioris aevi scriptores, ut Pausanias, qui *τελοῦντας ἐς Ἕλληνας*, p. 445: qui etiam *συντελεῖν*, ut p. 101, 6, *συνετέλουν ἐς Ἀθηναίους Μεγαρεῖς·* et saepius.

CAP. 71, 5.

Φαῖνον. Sic. II. 132, τὸν αὐχένα δὲ καὶ κεφαλὴν φαίνει κεχρυσωμένα· nempe Mycerini bos, quae tamen est de ligno facta. Sed φαίνω sic Pausanias p. 455, κύων διατετμημένος, καὶ φαίνων τὸ ἧπαρ· et p. 868, τοὺς ὀδόντας φαίνει. Lucian. T. I. p. 477, γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων· T II. p. 94, τοὺς ὀδόντας ἐκφαῖνον. Ex II. 132, τὰ ἄλλα κατακέκρυπται, τὸν αὐχένα δὲ φαίνει· patet qui sit sensus verbi φαίνειν, oppositi quippe τῷ κεκρύφθαι. Sic et Homerus apud Dionys. Halic. T. I. p. 476, 12, φαῖνε δὲ μηρούς. Aelian. V. H. II. 23, de Amne Cephiso, κέρατα ὑποφαίνοντα. l. XII. 1, ὑπέφαινε τὰ χείλη ἐρυθρὰ (Aspasia).

CAP. 86, 10.

Οἱ μὲν δὴ ἐκποδὼν μισθῷ ὁμ. Jure mihi videtur dubitari de hujus loci integritate. Nam nec usquam legitur, credo, μισθῷ pro ἐπὶ μισθῷ (quod habetur I. 160, 11. IV. 9, 10. V. 65, 10. VIII. 4, 11. 137, 7. IX. 33, 20) nec ἐκποδὼν hisce congruum, ubi placide abeunt. (vide, quaeso, VIII. 75, 21.) Sint fortasse codices MSS. in quibus haec sic legantur, οἱ μὲν ἐκποδὼν δὴ μ. Quod si ita est, equidem scripsisse auctorem contendam, οἱ μὲν ἐπ' ὁτέῳ δὴ μισθῷ. De qua conjectura quidquid dicas, hoc certe fatebere, Herodoti esse stilo congruam: qui sic in II. 126, πρήσσεσθαι ἀργύριον ὁκόσον δή τι· III. 52, ὃς ἂν — ἱρὴν ζημίαν τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἴπας· cap. 121, πέμψαι κήρυκα, ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον. cap.

cap. 145, οὕτως ὅ τι δὴ ἐξαμαρτών· cap. 159, ὅσας δὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων IV. 151, ὅσων δὴ μηνῶν· VI. 134, ὅ τι δὴ ποιήσαντα ἐντός. Qui multa imitatur Herodoti, Pausanias dixit p. 377, Ἡρακλῆς οὖν εἴτε ἐπὶ μοίρᾳ τῆς Ἠλείας, εἴτε ἐφ' ὅτῳ δὴ καὶ ἄλλῳ μισθῷ· p. 687, Ὀνατᾶν πείθουσιν ἐφ' ὅτῳ δὴ μισθῷ ποιῆσαί σφισιν ἄγαλμα Δήμητρος. Quin ipse Herodotus I. 160, παρεσκευάζοντο ἐπὶ μισθῷ ὅσῳ δή.

CAP. 86, 30.

Κατακληΐσαντες οὕτω, θησ. etc. sic melius, credo, interpungas: κατακληΐσαντες, οὕτω θησ. Vide ad IX. 101.

CAP. 92, 5. sq.

Πρὸς εὐτελείην, *contra inopiam*, ne sibi calamitatem inferat inopia. Sic πρὸς in Xenophontis Cyrop. VIII. 6, 17, μηχάνημα πρὸς τὸ μέγεθος τῆς ἀρχῆς. Herod. VIII. 7, πρὸς ταῦτα ὦν τάδε ἐμηχανέοντο· qui quae in III. 40, ποίησον πρὸς τὰς εὐτυχίας τάδε, possunt ea cum Xenophontis loco bene conferri: adde IV. 161, οἱ Κυρηναῖοι πρὸς τὴν καταλαβοῦσαν συμφορὴν ἔπεμπον ἐς Δελφούς. et II. 95, 1.

CAP. 95, 12. sq.

Videtur piscium odor, retibus haerens, culices abstinuisse.

C A P. 104, 8. sq.

Καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἀνήκει. Primo solet in talibus verbum adhibere simplex ἥκειν. Deinde verbum ἀνήκειν praepositionis vi potestate gaudet escendendi, crescendi, altiorem gradum occupandi; quod quam parum quadret ad ἐς οὐδὲν cuivis patet. Denique deest his ejusmodi sensus, qui Latine continetur voce *fortasse*. Legam igitur, καὶ τοῦτο μὲν ἐς οὐδὲν ἂν ἥκοι, *quod tamen fortasse nihil probet. Nam etc.*

C A P. 121, 86.

Παρὰ τὴν πόσιν. Coenam quae sequebatur compotatio, ἡ πόσις hic dicitur, quae ab aliis alio nomine dicitur. Quod hic Herodotus παρὰ τὴν πόσιν (*super mero* Horatio I. Od. XVI. 8.) dixit id, ὡς ἀπὸ δείπνου ἐγένοντο, in V. 18. VI. 129. coll. II. 78: παρ' οἴνῳ Sophocles Oed. Reg. 799. ἡ ἐν τοῖς οἴνοις κοινὴ διατριβή, in Plat. I. Leg. p. 517: παρὰ πότον Lucianus T. I. p. 30, T. II. p. 424. παρὰ τὸν πότον Appianus T. II. p. 705. qui ἐπὶ τῷ πότῳ T. II. p 333: ἐπεὶ τοῖς κρατῆρσιν αἱ τράπεζαι παρεχώρουν Heliodorus V. Aeth. p. 226. Quod semel dixit Lucianus, et perraro habetur, ἐπὶ τῇ κύλικι, in T. I. p. 171, in Platonis id legerat Symp. p. 191, οὔτε τι λέγομεν ἐπὶ τῇ κύλικι. In qua compotatione ubi pergebatur, dictum hoc legimus, προϊόντος τοῦ συμποσίου, in Xenoph. Cyri disc. VIII. 4, 13: ἐπεὶ προὐχώρει ὁ πότος, in Cyri exp. VII. 3, 26: προϊόντος τοῦ πότου in Appiani T. II. p. 68: ἤδη προχωροῦντος τοῦ πότου, in Luciani T. III. p, 323: quod in Hero-

rodoti est V. 129, προϊούσης τῆς πόσιος. Ut videas respondere invicem πότος et πόσις Quod Plato dixit, τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον, in Sympos. p. 177, Thucydidi id est, πρὸς πόσιν τρέπεσθαι, in VII. 73. Qui παρὰ πότον dixit in protr. p. 39, C. Clementi est Alex. ante hunc tempus, πρὸ πόσεως in II. Paedag. p. 157, B. Cui rei qui indulgebant, qui cyathos sorbilantes paulo plus adhibebant, διαπίνειν hi dicebantur, ut in Herod. IX. 16: πότῳ δοῦναι in Luciani T. II. 570. qui perseverabant, λιπαρέειν τῇ πόσει in Herodot. V. 19: cui oppositum, παρασκευάζεσθαι ῥαστώνην τινὰ τῆς πόσεως in Platonis Symp. p. 77. Quod Barnesii confirmat opinionem in Euripidis Electrae vs. 641,

παρέσται δ' ἐν πόσει θοίνην ἔπι·

(ubi alii aliud conjiciunt) accipientis ἐν πόσει, *in compotatione*, ut Plato ἐν τῷ πότῳ συνεῖναι Protag. p. 297. Erit tamen sic ἐν πόσει τῶν ἅπαξ λεγομένων; etsi πόσις sic Aesechylus in Choep. 672. Παρὰ ταῖς κυλιξὶ Clem. Alex. III. Paed. p. 230, B. ἐν οἴνῳ Plutarch. T. II. p. 68, C. παρὰ κρητῆρα Euripides Stobaei p. 444, παρὰ τῇ κύλικι Plutarch. T. II. p. 124, B, qui ἐπεὶ ἐπήρθησαν αἱ τράπεζαι, p. 150, D. ὡς ἀφῃρέθησαν αἱ τράπεζαι, p. 635, B. (quod in Xenophontis legerat conviv. c. 2, p. 2.) κρατῆρος ἐν μέσῳ προκειμένου (truncus senarius) p. 615, A. Qui narrat p. 277, F. καὶ γύναια παρῆν ἅμα τῷ πότῳ.

CAP. 121, 118.

Ἔχειν κομίζουσαν etc. Stili haec Herodotei non sunt,

ſunt, nec omnino boni ſcriptoris. Vix dubito, in hoc quoque loco, quod toties, factum, ut exciderint quaedam inter ſimiles voces, eque Herodoti ſtilo venisſe aliquid huic ſimile: ἔχειν νομίζουσαν αὐτοῦ ἐκείνου [τὴν χεῖρα τοῦ νεκροῦ] τῆς χειρὸς ἀντέχεσθαι.

CAP 122, 14.

Τοῦτον καταδεδεμένον etc. Si in iis, quae antecedunt, nondum narratum fuisſet, ſacerdotem iſtum fuisſe καταδεδεμένον τοὺς ὀφθαλμούς, bene hic id narraretur, et legeretur hic locus, ut legitur. Cum vero jam antea ſcriptum ſit, οἱ ἱρέες κατ' ὤν ἔδησαν ἑνὸς αὐτῶν μίτρῃ τοὺς ὀφθαλμούς, hic ſcriptum oportuit, τὸν δὲ ἱρέα τοῦτον τὸν καταδεδεμένον. Quod τὸν videtur, ab Herodoto ſcriptum, a praecedenti τοῦτον abſorptum, (*quae crebra omisſionum cauſa*, ut Wesſeling. ad III. 98. Vide var, lect. ad IV. 99, 6. VI. 125, 8. VII. 102. IX. 51, 21, alia.) Sic in cap. 129, narrato filiam esſe mortuam, poſt haec legitur, ταύτην δὴ τὴν ἀποθανοῦσαν θυγατέρα· et in III. 16, cognito nonneminis esſe flagellatum corpus, poſt illa legimus, τὸν ἄνθρωπον τοῦτον τὸν μαστιγωθέντα. Adde III. 77, 140. IV. 44, aliaque multa, quae omitto: quae citata ei non perſuadebunt, vitium his inesſe, cui non perſuaſerit linguae ratio.

CAP. 162, 2 ſq.

Haec ſic interpungam: ἐπεί τε ἀπικόμενος κατελάμβανε τοὺς Αἰγυπτίους ταῦτα μὴ ποιέειν, λέγοντος αὐτοῦ τῶν τις etc. cum Aegyptios ille re-

reprehenderet, ut haec ne facerent, dum etiam loquebatur, de Aegyptiis unus etc. Ut hic Amasis Aegyptios *καταλαμβάνει ταῦτα μὴ ποιεῖν*, sic in Xenophont. Anab. I. 5, 14, Proxenus *ἐδεῖτο τοῦ Κλεάρχου μὴ ποιεῖν ταῦτα* Ad conjecturam etiam haec faciunt Appiani T. I. p. 413, *οἱ δὲ, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ, τὰς χεῖρας ἀνέσχον*· p. 720, *ὁ δὲ, ἔτι λέγοντος αὐτοῦ, τὴν πεῖραν ἀπεσείετο.*

CAP. 162, 25.

Οὐδένα αὐτῷ λόγον δόντα, nulla ei verba concedens, facultatem non faciens loquendi suique defendendi. Sic Laconas Athenienses, *ἀκρίτους καὶ βουλομένους ἐστὶν ἃ εἰπεῖν αὐθήμερον ἀπέκτειναν*, in Thucyd. II. 67. et Athenienses dicuntur, *ὡς πληγαῖς τε πάντα ζημιοῦσι, καὶ ἀντειπεῖν ἐστὶν οὐδὲν πρὸς τοὺς ἔχοντας τὴν πολιτείαν*, in VIII. 74. Herodotei *λόγον διδόναι* idem esse sensus videtur, qui Lucianei, *ἀποδιδόναι λόγον* (*ἑκατέρῳ τῶν κρινομένων*) T. II. p. 899, 78: ut etiam intelligendum, quod in T. II. p. 166, 98.; cui opponatur ibidem, *πρὸς ὀργὴν κρίνειν*· coll. T. I. p. 577, 42. T. II p. 192, 17. Nam eodem judice, *οὐδὲν ἀδικώτερον ἢ ἀκρίτους τινὰς καὶ ἀμοίρους λόγων καταδεδικάσθαι*, ut est in T. III. p. 137. Xenophon I. Gr. Hist. c. 1. §. 28, *εἴ τις ἐπικαλοίη τι αὐτοῖς, λόγον ἔφασαν χρῆναι διδόναι.* Dionys. Halic. T. I. p. 170, 46, *οὐδένα ἀποστερήσομεν κρίσεως καὶ λόγου.* p. 249, 39, *τὸν Τύρνον οὐκ ἔτι λόγου τυχεῖν ἐάσαντες*· p. 317, 33 sq. p. 524, 25, *οὐδὲ λόγου μεταδούς.*

AD

AD *LIBRUM* III.

CAP. 6, 6.

Ὡς λόγῳ εἰπεῖν. Hic infinitivo ὡς Herodotus addidit, quod omisit in IV. 50, ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν· in IV. vero 99, II. 10, illa, *si magnis componere parva licebit*, sic dixit Graece, ὡς εἶναι σμικρὰ μεγάλοισι συμβαλέειν. Pro lubitu additur, omittitur. Herodoteum h. l. ὡς λόγῳ εἰπεῖν Appianus adhibuit T. II. p. 384. Quod frequens ὡς ἔπος εἰπεῖν, Euripidi id est εἰπεῖν ἔπος in Orest. 1, ut Scholiastae videtur et Euripidis et Aeschyli ad Pers. 714. Qui saepius, ut hic, ὡς λόγῳ εἰπεῖν dixit, Herodoti est in II. 21, λόγῳ εἰπεῖν. Appianus συνελόντι εἰπεῖν dixit T. II. p. 886, aliique, quod ὡς συνελόντι εἰπεῖν Xenophon. Mem. IV. 8, 7, ὡς βραχεῖ λόγῳ περιβαλεῖν Lucian. T. III. p. 362. Qui saepe ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ut T. II. p. 649, Appianus idem T. II. p. 599 dixit, ὡς ἐν κεφ. φράσαι· ut ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν Plato symp. p. 181, 24. Herod. II, 24, ὡς ἐν ἐλαχίστῳ δηλῶσαι· (cui contrarium, ὡς ἐν πλέονι λόγῳ δηλῶσαι ib. c. 25.) qui in III. 82, πάντα συλλαβόντα εἰπεῖν. Quod Scylaci est Peripl. p. III, ὡς εἰπεῖν εἰκάζοντι, Appiano id est, εἰκάζοντι φάναι, T. II. p. 525. Euripid. Med. 125, πρῶτα μὲν εἰπεῖν. Appianus T. II. p. 382, σχεδὸν εἰπεῖν. p. 447, σὺν θεοῖς εἰπεῖν. (Utrumque legerat in Platone, illud Soph. p. 104,

104, 2, hoc, σὺν θεῷ εἰπεῖν, in Theaet. p. 72, 28. Protag. p. 277, 10 sq.) Lucianus T. I. p. 114, οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν. Nec tamen est, cur viro docto accedamus, qui in veteris editionis margine adscripsit: γρ. λόγῳ εἰπεῖν ἄνευ τοῦ ὡς.

CAP. 7, 7.

Πίστις. Codices suspicor esse, in quibus πίστιν. Nam et potest hic πίστις ortum esse e c. 8 pr. σέβονται δὲ πίστις, et in c. 9 pr. legitur, ἐπεὶ ὧν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγγέλοισι etc. In c. 71 legitur ἐδίδοσαν πίστις, quia ibi septem: ut mox πίστις, sic et IV. 172, 21.

CAP. 21, 16.

Οὕτω. Hoc dicens arcum tetendit, quem laxat c. 22 pr. Vid. IV. 9, 23, coll. c. 10, 1. Sic et in IV. 201, 13, αὕτη ita videtur intelligendum, ut digito terram monstarint, sub qua fossa esset. Vid. V. 49, 25 sqq.

CAP. 31, 11 sq.

Ἐς οὗ ἂν θάνωσι. Vel sic legendum videtur, pro ἐς οὗ ἀποθάνωσι, vel ἐς οὗ ἂν ἀποθάνωσι. Nam ἐς οὗ non verbum regit in subjunctivo, sed ἐς οὗ ἄν. Vide IV. 30, ἐς οὗ ἂν σχῶσι, cap. 43, ἐς ὃ ἂν ἀπίκηται, c. 196, ἐς οὗ ἂν πείθωσι. Vulgatum tueri possit Xenophontis Cyr. disc. VII. 5, 39, ἕως τὸν ὄχλον διωσώμεθα, Platonis Theaet. p. 94 ult. ἕως δὲ ἀφεστήκῃ, similiaque quaedam. Sed quam recte non dixerim.

CAP.

CAP. 31, 13.

Τοῖσι Πέρσῃσι δίκας δικ. Longe major codicum pars non agnoscit illud Πέρσῃσι. Sic δικάζουσι erit dativus pluralis participii δικάζων. dicenturque isti βασιλήϊοι δικασταὶ vulgaribus judicibus (τοῖσι δίκας δικάζουσι) legum esse patriarum interpretes.

CAP. 33, 1.

Οἰκηΐους. Recipiam e duobus MSS. οἰκηϊωτάτους. Nam qui hic dicuntur, uxor et frater, sunt οἱ οἰκηϊώτατοι, Prexaspes etiam οἰκήϊος. Sunt hic οἱ οἰκηϊώτατοι, qui aliis τὰ φίλτατα. Lectionem οἰκηϊωτάτους confirmat c. 65, τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηϊωτάτων. V. 5, σφάζεται ὑπὸ τοῦ οἰκηϊωτάτου ἑωυτῆς. Plato Lach. pag. 255, 7, αἰτίαν ἔχειν ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων.

CAP. 36, 22.

Ἐπεί τε τοξεῦσαι οὐκ εἶχε. Schweighaeuser. vertit: *quum ferire illum non potuisset.* Minus curate. Nam haec qui legat, Cambysen credat sagittam misisse: quod ipsum tamen non factum significare auctor voluit. Ut in multis aliis locis, sic et hic melius, quam Schweighaeuserus, Valla: *ubi non potuit sagittare.* Citius se foribus Croesus proripuit, quam ut rex posset τοξεῦσαι. Illius versio bona esset, si legeretur, ἐπεί τε κατατοξεῦσαι οὐκ εἶχε Nunc patet e verbo τοξεῦσαι, sagittam non fuisse missam. Qui arcu utuntur duo sunt, ut ne, quem pe-

petant, feriant: si, ut hic Croesus, e conspectu cursu abierunt, quod et apud Xenophontem Cyr. inst. III. 3, 60: vel si nimis instant, quod Magum impedivit, ne sagittam mitteret, in III. 78, Herculem in Eurip. Herc. F. 991, Romanos in Gallia apud Caesar. B. G. I. 52: ne jacularentur, Numidos apud Appian. T. I. p. 133. Ceterum Schweighaeuseri versio fecit ut in mentem mihi veniret conjecturae, quam olim feci: *ἱππέι τε τοξεύσας οὐκ εἶλε·* quam tamen majoris feci juvenis, quam vir factus.

CAP. 48, 15.

Ὅσον χρόνον. Cum mox sequatur: *ἐς τοῦτο δὴ τόδε ἐγένετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι οἴχοντο*, non mirabor, si quis, ne sit *δὶς ταὐτό*, legendum credat, *ἐς ὃν χῶρον.* Certe *χρόνος* et *χῶρος* confusa I. 62, 4. II. 154, 10. IV. 8, 15, et IV. 162, 9. Et esse sic praepositionem *ἐς* dictam, non ex indole solum Graecae linguae, sed ex Herodoteo stilo, fateatur, qui haec recordetur, V. 5, 7, *σφάζεται ἐς τὸν τάφον·* c. 30, 29, *ὅταν ἐπιφανέωσι ἐς τὴν Νάξον*, alia.

CAP. 49, 5.

Εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωυτοῖσι. Omnium hanc et MSS. et veterum edd. lectionem, viris doctis corruptam visam, quam Valckenar. correctum ivit sic: *ἐόντες συγγενέες ἑωυτοῖσι·* alii sic, ut vocem *διάφοροι* ejicerent; quae utraque, ut verum fatear, vim auctori infert: hanc, inquam, sic credo posse defendi, ut Herodotus hoc censeatur dixisse: *εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι*, in-

inter se oderunt, *ἐόντες ἑωυτοῖσι*, *cum oderint sese*, id est, inimici sunt inter se, sibi ipsi inimici cum sint. Ut in bello civili cives utriusque partis, dum perdentes pereunt, dici possunt, *ἀλλήλοισι διάφοροι εἶναι*, *ἐόντες ἑωυτοῖσι*· ut parentes liberique, ut fratres, si sint discordes, inimicitias exercentes, *διάφοροί εἰσι ἀλλήλοισι*, *ἐόντες ἑωυτοῖσι*, sic etiam Corinthii, Corcyracique, quasi patres et filii, si sint inter se discordes, dum alter alteri est inimicus, sibi quasi ipsi sunt inimici. Tales enim dum alteros odisse videntur, ipsi se quasi oderunt.

C A P. 52, 8.

Est hic *συμπεπτωκότα*, quod saepius *συντετηκότα*. Vid. Foës. Lex. Hipp. V. *σύμπτωσις*. Quarto die continua *ἀλουσίῃ καὶ ἀσιτίῃ*, id est Graece, *ἀλουσίῃσι καὶ ἀσιτίῃσι*, jam erat *συμπεπτωκὼς*, id est, *συντετηκὼς*, quod est *διὰ μακρᾶς ἀλουσίας καὶ ἀσιτίας*. Sic Euripidis Iphis est *ἀσιτίαις δέμας συντακεὶς* in Suppl. 1105. Orestes *ἠγρίωται διὰ μακρᾶς ἀλουσίας*, in Orest. 226: *λύπαις συντετηκὸς* Electrae corpus in El. 240. Agamemnona, mactata filia, *συντήξουσι νύκτες ἡμέραι τε δακρύοις*, in Iphig. Aul. 398: Medeae *ὄμμα χρώς τε συντέτηκε* .in Med. 689. Suidas *σύντηξις*, *ἡ τοῦ σώματος φθορὰ καὶ ἰσχνότης*. Pausanias p. 869, *Τιτυὸς* -- *ὑπὸ τοῦ συνεχοῦς τῆς τιμωρίας ἐς ἅπαν ἐξανηλωμένος*. Lucianus T. I. p. 128, *τῆς σαρκὸς ἐκτετηκώς*. Aristoph. Plut. 1035, *ὑπὸ ἄλγους κατατέτηκα*. Dionysius Halic. T. I. p. 586, 32, *ὑπό τε ἀθυμίας καὶ σίτων ἀποχῆς μαρανθεὶς*. Maximus Tyr. diss. XVIII. p. 189, *ψυχῆς καμούσης λύπῃ συγκάμ-*

κάμνει τὸ σῶμα καὶ ὑποτήκεται. Ad Homeri Il. Γ. κλαίουσα τέτηκα· Eustathius p. 303, 36, ἤγουν ἐτάκην· οὗ χρῆσις καὶ παρὰ τῷ Κωμικῷ (Aristoph. l. l.) Plutarch. T. II. p. 107, A. εἰ ἐξετήκοντό τινες ταῖς λύπαις. p. 611, F. πρὸς τὸ σῶμα συντακῆναι, καθάπερ ὑπὸ Φαρμάκων. p. 913, F. αἱ γυναῖκες δοκοῦσι συντήκειν τὴν πολυσαρκίαν. Eustath. ad Il. p. 595, 28, ὡς δέον ὂν τοὺς τοιούτους μὴ συντήκεσθαι ὀλιγοσιτοῦντας. Ut hic συμπίπτειν, sic Latine Ovidius dixit: *concidimus macie.*

CAP. 53, 16.

Μὴ τῷ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ. Codices dissentiunt in verborum ordine. Nam pauci τὸ κακὸν τῷ κακῷ. Superstitibus qui multo antiquioribus usus codd. MSS. est, Appianus eum ordinem confirmat, qui plurium codd. est: qui sic T. I. p. 35, ἀνιάτῳ κακῷ τὸ κακὸν ἰῶ· T. II. p. 4, κακῷ τὸ κακὸν ἰώμενος· p 583, ἀτυχήματι τὸ ἀτύχημα ἰωμένη. Meliorum codd. constructionem Clemens quoque confirmat Alex. II. Strom. p. 377, B. κακῷ τὸ κακὸν ἀπαλλάττει. Sophocles apud Stob. p. 32,

ἐνταῦθα μέντοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ,
κακοῖς ὅτ' ἂν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Qui apud eundem p. 492 in Ajace,

μὴ κακὸν κακῷ διδοὺς
ἄκος, πλέον τὸ πῆμα τῆς ἄτης τίθει.

Plutarchus tamen (si modo vera lectio), κακὸν κακῷ ἰάσασθαι, T. II. p. 797, B. Dionysius vero Halic. T. I. p. 377, 20, ἢ τῷ μείζονι κακῷ τοὔλαττον ἰᾶσθαι. p. 696, 28 sq. ἀξιῶ σε μὴ

μὴ τοῖς κακοῖς ἰᾶσθαι τὰ κακά. Sed Maximus Tyr. diss. XLI. p. 414, *ἀλαττόμενος κακὸν κακοῦ.* Et Aelianus apud Suidam in *παλαμναῖος· κακὸν κακῷ μείζονι σβέσαι.* Eustathius vero ad Homeri Il. Γ. p. 292, 41, *καίριον ἐνταῦθα καὶ τοῦ Ἡροδότου τὸ, ὀλίγῳ κακῷ ἔοικε μέγα νεῖκος ἀναιρεῖν.* Saepius sic e recentioribus scriptoribus vera lectio in antiquiori patefit. Veluti in Euripidis Medeae vs. 341 qui ordo vulgo,

μίαν με μεῖναι τήνδ' ἔασον ἡμέραν·

eum defendas ex his Luciani T. I. p. 629, ubi tyrannus mortuus reviviscere cupiens, Megapenthes, *οὐ πολὺν χρόνον, ὦ Μοῖρα, αἰτῶ:* „ *μίαν με ἔασον μεῖναι τήνδε ἡμέραν.*" Quae illinc mutuata esse, non observatum.

CAP. 61, 6.

Καὶ ὡς ὀλίγοι ἦσαν. Sic e duobus scriptis, nec iis optimis: qui multo plures, melioresque *ὀλίγοι τε ἦσαν.* Vix dubito in nonnullis, qui sic *ὀλίγοι τε ἦσαν*, sequentia sic legi, *οἵ τε πολλοί.* Est enim stili hoc Herodotei, ut sic loquatur, *ὀλίγοι τε ἦσαν οἱ ἐπιστάμενοι, οἵ τε πολλοὶ-εἰδείησαν*, pro *ὀλίγοι μὲν ἦσαν οἱ ἐπ. οἱ δὲ πολλοὶ-εἰδ.* Sic. V. 11. *οἷά τε οὐ τύραννος, δημότης τε ἐών.* V. 42. *ἦν τε οὐ φρενήρης, ἀκρομανής τε.*

CAP. 65, 27.

Ὑπὸ τῶν ἑωυτοῦ οἰκηιωτάτων Gronov. *a proximis suis;* immo *a me proximo suo.* Hic quoque Herodotus, ut in multis Tragicum sermo-

monem imitatur; qui sic pluralem adhibent nominis numerum, maxime Euripides; etiam Lucian. T. I. p. 630, τοῖς πολεμιωτάτοις, qui unus est Megacles quod et in Stobaei est Serm. XV. p. 134, ὁ Διογένης καθαρὸν λαβὼν ἄρτον, ἐξέβαλε τῆς πήρας τὸν αὐτόπυρον, εἰπών·

ὦ ξένε, τυράννοις ἐκποδὼν μεθίστασο.

Hinc equidem in Sophocl. Oed. Reg. 1273 (Johns.), ἐξ ἀνδρὸς ἄνδρας, retineam prae altero ἄνδρα. — In vs. 21, τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξέργασταί μοι, melius credo, sic legas, ἐξεργάσθαι μοι.

CAP. 69, 22 sq.

Pro αὐτῇ J. D. Lennepius αὐτή, ad Phalar. Epp. p. 202. cui non accedo. Μέρος. Euripid. Androm. 214, ἵν' ἐν μέρει λέχος δίδωσι πολλαῖς εἷς ἀνήρ. Plutarch. T. I. p. 959, B. παρὰ νύκτα ἐν μέρει συναναπαυομένων. Aelian. V. H. XIII. 10, παρ' ἑκατέρᾳ ἀνεπαύετο ἐν τῷ μέρει.

CAP. 71, 4.

Αὐτὸς μοῦνος. Suspiceris vocem esse μοῦνος e glossa ortam, quae fuerit olim ad αὐτὸς adscripta, ut in Lucian. T. I. p. 230, 3. Sic mox, ἐπ' ὑμέων αὐτέων βαλόμενοι· et in I. 5, τὸν δὲ οἶδα αὐτός· (quod, etiam in IV. 34, 26, lectum, bis Pausanias p. 314, Μεσσηνίους δὲ οἶδα αὐτός etc. et p. 537, οἶδα δὲ καὶ ἄνδρα αὐτὸς Λυδόν) IV. 9, χώρης τῆσδε ἔχω τὸ κράτος αὐτή· in V. 29, ἔφασαν αὐτέων βούλεσθαι διεξελθεῖν τὴν χώρην, vera videtur cod. MS. lectio, ἔφ. αὐτοὶ β. δ. coll. Xenophont. Anab. V.

V. 10, 14, ὅπως μηδεὶς μετάσχοι, ἀλλ' αὐτοὶ ἐκπλεύσειαν· (add. Cyri disc. V. 3, 9) in VI. 134, ἐς μὲν δὴ τοσοῦτο τοῦ λόγου οἱ πάντες Ἕλληνες λέγουσι, τὸ ἐνθεῦτεν δὲ αὐτοὶ Πάριοι γενέσθαι ὧδε λέγουσι· in VII. 130, οὐκ ἐστὶ ἄλλη ἐξήλυσις ἐς θάλασσαν κατήκουσα, ἀλλὰ ἥδε αὕτη, legendum jam alii viderunt, ἀλλ' ἥδε αὐτή. Addi fortasse his possit VII. 139, 239. Pindari II. Ol. ἀντ. 3, 1 sqq. Ὀλυμπίᾳ μὲν αὐτὸς - - Πυθῶνι δὲ ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν etc. αὐτοὶ λελείμμεθα Plato Hipp. min. pag. 355. Valckenar. ad Phoen. 1235. Hemsterh. ad. Lucian. l. l. cujus αὐτοὶ ἡμεῖς ἐσμὲν, conferas cum T. I. p. 748, μόνω γάρ ἐσμεν· et cum Terentii Phorm. IV. 3, 28, *soli sumus nunc hic*. Suum Plato, αὐτοὶ γὰρ ἔσμεν, Parm. p. 142, 28, ipse explicat ἐσμὲν μόνω ἐν ἐρημίᾳ. p. 199, 2, ὡς μόνω ἤστην. p. 212, 30, ἐπειδὴ μόνω ἐσμέν. p. 220, 44. et p. 365, 46. Appiani quoque T. II. p. 532, de Octaviano Antonioque, ἐχώρουν σὺν τριακοσίοις ἑκάτεροι. Λέπιδος δὲ αὐτὸς προελθὼν etc. Conf. Lucian. T. I. p. 643, ἐγὼ αὐτὴ ἀποπλευσοῦμαι· ubi αὐτὴ est, *de tot modo comitibus una*. Vera forsitan sit lectio αὐτοὶ in Herod. IX. 12, 9. coll. praesertim IX. 21, 8. Luciani T. I. p. 448, 43 sqq. αὐτὸς μάχεσθαι (μονομαχία) Xenoph. Cyrop. V. 3, 5. ὁπότε αὐτοὶ εἶεν, Cyrop. VIII. 4, 2, opponitur his, ὁπότε συνδειπνοῖέν τινες. Et sic accipio Luciani T. III. p. 22, 35, ἐγκεκαλυμμένον αὐτόν. Ego tamen non moveam hic μοῦνος· sed observo majorem multo vim duarum vocum conjunctarum, quam alterius utrius, sive αὐτὸς ea sit, seu μόνος, esse: eandem quippe, quae in εἷς μόνος, et in μονώτατος. Ipsum αὐτὸς μόνος legitur in Aris-

Aristoph. Ran. 78, ἀπολαβὼν αὐτὸν μόνον Ἰοφῶντα. Thucyd. IV. 66, αὐτοὶ μόνοι ἐφρούρουν. Saepius Plato, veluti p. 134, ἀκήρατον χρυσὸν αὐτὸν μόνον ἐφ' ἑαυτοῦ. p. 136, αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς μόνοι. p. 241, ἐπιστάσθην αὐτὼ μόνω τὴν ἐπιβουλήν. p. 264, τί ὑμεῖς αὐτὼ μόνω ἑστιᾶσθον; p. 281, αὐτὼ πρὸς ἀλλήλω μόνω διαλέγεσθον· p. 410, αὐτὰ μὲν μόνα αὐτῶν μόνων ἐστι. In hoc quoque Herodotum Pausanias imitatus p. 397, ἀλλὰ Ἴφιτος τὸν ἀγῶνα ἔθηκεν αὐτὸς μόνος. De vero Deo Clem. Alex. I. Paed. p. 86, C. καὶ πρὸς αὐτὸν μόνον τὸν πατέρα. Sed et Xenophon sic, semel tamen, Cyr. disc. III. 3, 38, ὁ δὲ τὴν τούτων ὑπόμνησιν αὐτὸς μόνος ἔχων. Retinendum αὐτὸν μόνον in Luciani T. III. p. 386, 17. reponendum, ni fallor, in T. I. p. 665, βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ αὐτὸν μόνον συνεῖναι, ut T. II. p. 231, 5. in p. 767 fortasse, αὐτὴ μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν, ubi vulgo αὕτη μόνη In Theophrasti Char. c. 8, δεῖ δὲ αὐτὸ σὲ μόνον εἰδέναι, recipere Pavius e MSS. debuit, δεῖ δὲ αὐτόν σε μόνον εἰδέναι. Inversa constructione μόνος αὐτὸς Xenoph. Mem. III. 2, 2. Plato Rep. III. p. 403, 2. Phaed. p. 210, 25. Lucianus T. III. p. 333, πάντα μόνος αὐτὸς ὤν· T. I. p. 147, μόνος αὐτὸς εὐδαιμονῶν· p. 401, ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος, καὶ τὸ μὴ μόνον αὐτὸν πεπονθέναι. Habetur αὐτὸ μόνον in Plat. Gorg. p. 323, 13, in Clem. Alex. I. Paed. p. 118, C. in Luciani I. p. 13, αὐτὸ μόνον ἐργάτης. T. III. p. 69, ἓν αὐτὸ μόνον ἐπιστάμενος· p. 295, καλοὶ αὐτὸ μόνον, καλοὶ θέλουσιν εἶναι. p. 300, αὐτὸ μόνον συνεκάθευδέ μοι ἐνιότε. Quod est Θεὸς αὐτὸς μόνος Clementi Alex. IV. Strom. p. 529, C. id ipse ex-

πλέον τοῦ χρόνου, τὸ δέ τι καὶ πολέμοις οἰκείοις ἐξειργόμενοι.

CAP. 99, 10.

Τὸν γὰρ etc. Quid hic sibi sic velit γὰρ, non exputo. Suspicor et hinc quaedam excidisse, vel haec, vel his similia: - - ἀνδράσι ποιεῦσι·[ὣς δ' αὔτως καὶ τὸν γεγηρακότα (τοὺς γεγηρακότας) ποιεῦσι] τὸν γὰρ δὴ etc. ut omissionis caussa fuerit verbum ποιεῦσι. cujusmodi omissionis exempla in codicibus de multo pluribus vide sis haec pauca: l. IV. 33, 12. c. 71, 11. V. 39, 3. c. 44, 7. In VII. 8, 47, ἡμεῖς μὲν τοσαῦτα ἀγαθὰ ἕξομεν· ὑμεῖς δὲ etc. illa ἡμεῖς — ἕξομεν in codd. plerisque omissa, credo, ob ἡμεῖς — ὑμεῖς, olim, ut spero, auctori ex uno MS. reddentur. Quem Strabonis locum Wesseling. citat ad V. 117, καὶ ὅτι πάλαι Περκώτη μετωνομάσθη ὁ τόπος· is sic fortasse legendus: καὶ ὅτι πάλαι [Περκώπη ὀνομαζόμενος ὕστερον] Περκώτη μετωνομάσθη.

CAP. 108, 8.

Λαγός. Excidisse videtur, a λαγὸς absorptum, ὃς etc. Nam et est ἀσύνδετος oratio, et haec sequuntur: ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον. Ubi per participium ἐὸν significaverit, quod hic per ὃς (θηρεύεται). Sic ὃς excidit in Med. cod. e. IV. 53, post ποταμός· cujus rei sexcenta sunt exempla.

CAP.

CAP. 114, 4.

Δένδρεα πάντα ἄγρια. Laudat Herodotus Aethiopiae fertilitatem. Jam id mireris ejusmodi regionem *πάντα δένδρεα* proferre *ἄγρια.* Codices velim diligenter excutiantur MSS. sintne, qui hanc meam conjecturam confirment; *δένδρεα πάντα ἁδρά.*

CAP. 116, 10.

Ἔχειν αὖται. Legendumne, *ἐχ. αὐταί;* Xenoph. Cyrop. II. 3, 12, *ὁρῶ αὐτὸν, ὅ τι ἂν ἔχῃ, ἥδιον διδόντα μᾶλλον, ἢ αὐτὸν ἔχοντα.* Vide et Herod. III. 122, 21. In Aristoph. Plut. 589, Jupiter *λήροις ἀναδῶν τοὺς νικῶντας, τὸν πλοῦτον ἐᾷ παρ' ἑαυτῷ.* — In c. 119, 23, miror nec quemquam conjecisse legendum *ἀλλοτριώτερος·* nec ullum habere codicem MS.

CAP. 124, 11.

Πλέω χρόνον. Scio *βούλεσθαι*, *malo*, sine *μᾶλλον*, semel haberi in Herodoteis; sed et hoc scio vicies minimum haberi addito *μᾶλλον.* Videtur igitur hic *πλέω χρόνον* accipiendum esse *βούλεσθαι παρθενεύεσθαι πολλὸν χρόνον μᾶλλον, ἢ τοῦ π. ἐστ.* Saepius sic in altero nomine significatio inest, quae proprie in altero esse debebat. Vide haec Pausaniae p. 869, *ἐπὶ οὐδενὶ ὄνησιν φέροντι*, id est, *ἐπί τινι οὐδεμίαν ὄνησιν φέροντι.*

CAP.

CAP. 127, 7.

Μεγάλην τὴν ἰσχύν. Non habent μεγάλην MSS. quatuor. *Sed habent alii omnes*, inquit Schweighaeuserus. Id vero quidem dubium est, habeant hi, nec ne. Nam nec omnes ipse excussit V. Clar. et saepe de eorum diligentia dubitat, qui Parisinos illi codices excusserunt. Scire velim, sitne aliquid in iis MSS. qui μεγάλην omittunt, quod conjecturam confirmet hanc, scripsisse Herodotum, καὶ τὸν Ὀροίτεα τοιήνδε ἰσχὺν π. ἑ. Erit certe haec lectio ab Historici stilo haud aliena. Sic in I. 31, Cleobi et Bitoni ῥώμη σώματος ἦν τοιήδε· ἀεθλοφόροι τε ἀμφότεροι ἔσαν, καὶ δὴ καὶ λέγεται ὅδε ὁ λόγος etc. sic fere τοιοῦτος Pausan. p. 774. Adde Herod. IV. 28, 2 sqq. IX. 68, 6 sqq. Sophoclis Ajac. 433, τοιούτοις γὰρ κακοῖς ἐντυγχάνω. ὅτου πατὴρ μὲν etc. ἐγὼ δὲ etc.

CAP. 140, 12 sq.

Ἤ τις ἢ οὐδείς. Xenophon Cyri inst. VII. 5, 45, τούτων τῶν περιεστηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα. Plato p. 9, ἀνθρώπων εἰδότων ἢ ὀλίγα, ἢ οὐδέν· p. 312, ἕνα τινὰ παρέχηται ἢ μηδένα. Dionysius Halic. T. I. p. 353, 9, ὡς οὐδεμίαν ἢ μικράν τινα τῆς προθυμίας χάριν οἰσόμενοι. Julianus Or. VI. p. 377, 22, καὶ τοῦτο τυχὸν ἅπαξ, ἢ οὐδὲ ἅπαξ ἐγένετο. Or. VII. p. 400, 14 sq. οὐδενὸς ἢ σμικρῶν πάνυ δεόμενος. Ovidius Ep. XVII. 85,

saepe vel exiguo, vel nullo murmure dixi.

CAP. 142, 25 sq.

Ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως etc. id est ποίεε, ὅρα, ὅκως· ut plenius in I. 209, καὶ ποίεε, ὅκως μοι καταστήσεις etc. παρασκευάζου ὅπως Plato Theaet. p. 85, 9. Sed, ut hic, elliptice in III. 135, ὅκως δὲ (sic l. pro τε) μὴ διαδρήσεται. Heliodorus, ἀλλ' ὅπως τὸ παρὸν θεάσῃ σωφρόνως, l. V. Aeth. p. 255. Thucydides: ταῦτα ἐν ἔθει τῇδε τῇ πόλει πρότερόν τε ἦν, νῦν τε μὴ ἐν ὑμῖν κωλυθῇ, in l. II. 64. Xenoph. ὅπως οὖν μὴ ἀπολεῖ μαστιγούμενος, K. Π. l. I. 3, 18. Aristophanes: ὅπως αἴρῃς τὴν Σώτειραν γενναίως, Ran. 381. Plato sic Charm. p. 244, ὅκως, ἔφη, τῷ φαρμάκῳ τούτῳ μηδείς σε πείσει· Gorg. p. 318, καὶ ὅπως μὴ ἁλώσῃ.

CAP. 143, 11 sq.

Οὐ γὰρ δὴ etc. Causam non video, cur de hujus veritate lectionis dubitatum sit. Ex his verbis cum pateat Lycaretum, qui eo interfecerit principes civitatis, quod illi nollent ἰσονομίην esse (οὐ γὰρ δὴ, ὡς οἴκασι, ἐβουλέατο εἶναι ἐλεύθεροι), fratris favisse consilio, et Democratiam constitui voluisse: verba haec: ἵνα εὐπετεστέρως κατάσχῃ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα· sic videntur accipienda: quo facilius res Sami in sua haberet potestate: non, quo tyrannidem occuparet, sed quo Democratiam constitueret, neque ab istis, οἳ οὐκ ἐβουλέατο ἐλεύθεροι εἶναι, impediretur, quin quae vellet, perficeret.

CAP.

CAP. 146, 9.

Προσεμπικραινέεσθαι. Vera haec lectio esse nequit. Nam nihil antea accidit, quo tunc possent Persae Samiis ἐμπρικραίνεσθαι, ut tunc bene dicerentur, προσεμπικραίνεσθαι. Vera videtur codicum lectio MSS. duorum πάρος ἐμπικραινέεσθαι. Fecit Maeandrius, quae fecit, φθονήσας Συλοσῶντι, εἰ ἀπονητὶ ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι ἀκέραιον τὴν πόλιν. Itaque id voluit, civitatem Sylosonti non tradi ἀκέραιον, ἄνευ τε φόνου καὶ ἐξανδραποδίσιος. Qua in re voto potiturus erat, si Persae ante, quam id fieret, in Samios exasperarentur, probe sciens (εὖ ἐξεπιστάμενος), Persas injuria affectos, male mulcatos (ὡς οἱ Πέρσαι παθόντες κακῶς), antequam urbs salva integraque traderetur, (πάρος), exasperatum iri (ἐμπικραινέεσθαι ἔμελλον.)

CAP. 155, 39.

Τάδε ποιέειν. Jure haec habent, sic lecta, de vitio suspecta. E Valckenarii conjectura receptum, τὰ δεῖ ποιέειν. Quae etsi est optima, tamen mirari nonnihil subit, qui factum sit, ut verbum δεῖ, quod tantum non in quavis pagina habetur, adeo ab omnibus sit librariis corruptum. Paene credo, incidendam esse orationem post μελήσει· et τάδε ποιέειν infinitivum esse pro imperativo: ut VIII. 100, 21. cum praesertim in hisce sic infinitivo sit usus vs. 27, vs. 31, vs. 33. Sic tamen pro τάδε melius legatur e MSS. ταῦτα (etsi habeo, quae vel sic meam interpunctionem confirment.) Saepe ejusmodi est infinitivus corruptus. In l. V. c. 20,

λου-

λουσαμένας δὲ ὀπίσω προσδέκεσθαι, recipiam e MS. pro προσδέκεσθε· ut IV, 163, σὺ ἥσυχος εἶναι· V. 23, ποιέειν, ὅκως μηκέτι ἀπίξεται. In VII. 159, σὺ δὲ μὴ βοηθέειν, male plures codd. βοήθει· male etiam pauci ἄγγειλον pro ἀγγέλλειν in VII. 228. Vid. codd. lect. ad VIII. 22, 8. IX. 42, 18. IX. 60, 16. In ἐπισκυθίζω mihi placet ἐπισκυθίσαι prae ἐπισκύθισον. vid. Valckenaer. ad VI, 84. Quod Herodotus in III. 35, ἢν ἁμάρτω, φάναι με μὴ σωφρονέειν, conferri poterit cum Platon. VI. Rep. pag. 433, 49, φάναι με λέγειν· et cum Sophoclis his: ἢν λάβῃς μ' ἐψευσμένον, φάσκειν ἔμ' ἤδη μαντικῇ μηδὲν φρονεῖν, in Oed. Reg. 470, ut φάσκειν etiam Electr. 9. Quod autem dixi, posse et τάδε ποιέειν legi, etsi melius e MS. ταῦτα: eo id pertinet, quod quamvis plurimum ὅδε de iis adhibeatur, quae mox dicentur, de jam dictis οὗτος· veteres tamen ipsi, certe ut nunc supersunt, saepe hanc legem migrent. Vid. praeter multa alia V. 93, 1.



AD *LIBRUM* IV.

CAP. 10, 10.

Τῶν παίδων, τόν τε Ἀγ. Post παίδων MS. Arch. inserit τούτων· *quem*, Schweighaeuserus, *secutus est Schaeferus*, inquit. *Mihi rectius abesse* τούτων *videbatur*. Schweighaeusero acce-

cedendum videtur, si τούτων jungas voci παίδων sic: τῶν παίδων τούτων τόν τε Ἀγ. Sed lectionem τούτων non male sic defendas, ut abundantiae sit stili Herodotei sic: καὶ δὴ δύο μέν οἱ τῶν παίδων, τούτων τόν τε Ἀγ. Sic fere c. 35, τῶν μηρίων καταγιζομένων ἐπὶ τῷ βωμῷ τὴν σποδὸν, ταύτην ἐπὶ etc. et in c. 47, ἥ τε γὰρ γῆ, ἐοῦσα πεδιὰς, αὕτη - - ἐστι.

CAP. 15, 18.

Ἀγάλματι. Videtur hic ἄγαλμα esse ipsa *ara*, ut acinaces Martis in c. 62. ἀμέλει ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀρτέμιδος τὸ ἄγαλμα ξύλον ἦν οὐκ εἰργασμένον· καὶ τῆς Κιθαιρωνίας Ἥρας ἐν Θεσπίᾳ πρέμνον ἐκκεκομμένον· καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀέθλιος, πρότερον ἦν σανίς, ut Clem. Alex. adm. p. 30, A. Vide et Maximi Tyr. diss. 38, p. 384, ult. p. 385, ult.

CAP. 16, 6.

Ἐν αὐτοῖσι τοῖσι ἔπεσι. Semper haec mihi suspecta fuerunt de vitio. Nam quid, quaeso, sic αὐτοῖσι; Praeterea sequentia, ἔλεγε ἀκοῇ, e collatis multis locis suspicionem moverunt, legendum esse αὐτὸς, non αὐτοῖσι. Hanc jam conjecturam scio a codicibus confirmari MSS. quorum procul dubio vera lectio: οὐδὲ οὗτος προσωτέρω Ἰσσηδόνων αὐτὸς ἐν τοῖσι ἔπεσι ποιέων ἔφησε ἀπικέσθαι· ἀλλὰ τὰ κατύπερθε ἔλεγε ἀκοῇ. Ubi vides bene sibi respondentia inter se opposita: αὐτὸς — ἔφησε ἀπικέσθαι - - ἔλεγε ἀκοῇ. Erant autem illa loca, quorum mihi collatio conjecturam suggessit de vera lectione

ne, haec pauca de multis: Platonis Alcib. β. p. 229, ταῦτα γὰρ οὐκ ἄλλων ἀκηκόαμεν, ἀλλ' αὐτοὶ παρόντες οἴδαμεν. Euripidis Haracl. 848 sq. τἀπὸ τοῦδ' ἤδη κλύων λέγοιμ' ἂν ἄλλου, δεῦρο δ' αὐτὸς εἰσιδών. Herod. II. 29, pr. τοσόνδε μὲν ἄλλο ἐπυθόμην αὐτόπτης ἐλθὼν, τὸ δὲ ἀπὸ τούτου ἀκοῇ ἤδη ἱστορέων. II. 148, τὰ μέν νυν μετέωρα αὐτοί τε ὁρέομεν, τὰ δὲ λόγοισι ἐπυνθανόμεθα. et paulo post, τῶν μὲν πέρι ἀκοῇ παραλαβόντες λέγομεν· τὰ δὲ αὐτοὶ ὁρέομεν.

CAP. 28, 19.

Ἡμίονοι δὲ καὶ ὄνοι. Retineri, credo, debuit lectio, ἡμίονοι δὲ, οὐδὲ ὄνοι. Eleganter sic omittiter οὐ ante οὐδέ. Herodot. V. 92, ἐκ δέ οἱ ταύτης τῆς γυναικὸς, οὐδὲ ἐξ ἄλλης παῖδες ἐγίνοντο. Vid. I. 215. II. 52. Thucyd. VI. 55, Θεσσαλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου οὐδεὶς παῖς γέγραπται. l. VIII. 99, καὶ αἱ Φοίνισσαι νῆες, οὐδὲ ὁ Τισσαφέρνης ἧκων. Aristoph. Av. 695, γῆ δ', οὐδὲ ἀὴρ, οὐδ' οὐρανὸς ἦν.

CAP. 44, 2.

Δεύτερος οὗτος. In Vet. ed. marg. γρ. δεύτερος αὐτός· vid. IV. 113, 14. Sed vide I. 25, 3 sq. quem Pausanias imitatus p. 76, 10. p. 861, 18.

CAP. 45, 15.

Παρεχομένη. Figurate sic dictum πρὸς τὸ σημαινόμενον· τῆς Ἀσίνης τὰ ἄλλα - - παρεχομένη, judicabitur, ut spero, ejusmodi locutio ab

ab Herodoti ſtilo non aliena. Vid. Herod. VI. 111, τὸ στρατόπεδον ἐξισούμενον τῷ Μηδικῷ στρατοπέδῳ, τὸ μὲν αὐτοῦ μέσον ἐγίνετο etc. Pauſanias l. X. pr. γῆς τῆς Φωκίδος ὅσον περὶ Τ. καὶ Δ. ἔστιν αὐτῆς, φανερὰ τὸ ὄνομα τοῦτο εἰληφυῖά ἐστι. Sophocles Antig. 1014 ſq. ἀγνῶτ' ἀκούω φθόγγον ὀρνίθων, κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ. ,ubi Schol. δέον εἰπεῖν κλαζόντων πρὸς τὸ ὀρνίθων, κλάζοντας εἶπε πρὸς τὸ σημαινόμενον. Quod in Appiani T. II. p. 301 legitur: ἑτέρα ἐπ' αὐτὸν (τὸν Καίσαρα) ἀνίστατο στάσις τοῦ στρατοῦ, ὡς οὔτε -- λαβόντες - οὔτε βραδύνοντες· equidem non moveam. Nam illa λαβόντες - βραδύνοντες praecedentibus ita ſubjecta videntur, quaſi non ſcriptum esset, ἑτέρα τοῦ σρατοῦ στάσις, ſed στρατὸς αὖτε στασιάζων, στρατιῶται αὖτε στασιάζοντες. Huc adde Euripid. Iphig. Taur. 349,

ἐξ ὀνείρων, οἷσιν ἠγριώμεθα,
δοκοῦσ' Ὀρέστην μηκέθ' ἥλιον βλέπειν·

illud δοκοῦσα ita dictum, quaſi legeretur ἠγρίωμαι. Nam quod Marklandus putat posse accipi δοκοῦσαι, nec αι ſic elidi potest, et femina ſic loquens de ſe in plurali numero masculinum adhibet, non femininum nominum genus. Ut in hoc loco ἠγριώμεθα δοκοῦσα, ſic in Herc. Fur. 858, μαρτυρόμεσθα δρῶσα· Jon. 548, ἀφικόμεσθα -- ἐλθών· vs. 1250 ſq. διωκόμεσθα -- κρατηθεῖσα. Rarum est Phalaridis hoc epp. auctoris p. 84, 30, ἡμᾶς ὁρῶν, ὃς etc.

CAP. 45, 11.

Ἤδη γάρ. Schweighaeuſerus ſic edens, ἡ δὴ γάρ

γάρ, loca debuit citare, ubi ἢ δὴ γὰρ pro ἢ γὰρ δή. Sed nullum reperit, nec reperiet.

CAP. 62, 13.

Καὶ δὴ καὶ τοῖσδε. Videtur τοῖσδε intelligendum non acinacibus, sed *hac re*; ut sic dicantur Scythae Martis ἀγάλματι et pecora equosque sacrificare, et sane sacrificium, huic Deo oblatum, etiam *hac re* auctum facere: ὅσους ἂν τῶν π. etc. (nam recte abest δὲ a duobus MSS. post ὅσους). Ut quod Martis sacra praecipuum haberent prae aliis, hoc fuisse dicatur, ut hominem ei mactarent. Quod eo confirmatur, quod τοῖσδε dixit, non τούτοισι. Nam plurimum ὅδε ad dicenda refertur, οὗτος ad jam dicta. Si vera nostra conjectura, eo credo dixisse Herodotum τοῖσδε, non τῷδε, (saepe in talibus τάδε de una re, pro τόδε) ne intelligeretur τῷδε Ἄρεϊ vel ἀκινάκεϊ. — In vs. 19 quod legitur ἀνενείκαντες ἄνω ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν Φρυγάνων, intelligunt ἐπὶ τὸν ὄγκον τῶν Φρυγάνων, *in tumulum sarmentorum*; et sic αἷμα huc e seqq. trahunt. Possit etiam τῶν Φρυγάνων referri ad ἀνενείκαντες· ut sit ἀνενείκαντες τῶν Φρυγάνων (*aliquot de sarmentis*) ἄνω ἐ. τ. ὄ. Sic. III. 130, ὑποτύπτουσα τοῦ χρυσοῦ. c. 157, ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων· IV. 64, τοῦ αἵματος ἐμπίνει· c. 71, τοῦ ὠτὸς ἀποτάμνονται· c. 130, τῶν προβάτων καταλίποιεν· et in multis aliis locis.

CAP. 62, 25.

Κέεται. Ipse hoc, si edam, retineam. Quod ta-

tamen in duobus est MSS. κεάται, id ita posset defendi, ut Herodotus censeatur figura orationis usus, qua et Homerus Aeschylusque usi, quamque imitatus Pausanias p. 401, 13, Ἀπόλλων κατατοξεύουσι καὶ Ἄρτεμις· et p. 546. p. 618. p. 754. p. 843. Clem. Alex. p. 329, B. ἐν Βαβυλῶνι προφητεύουσιν Ἰεζεκιὴλ, μεθ' ὃν Ναοὺμ ὁ προφήτης.

CAP. 72, 3.

Οἱ δέ εἰσι. E lectione cod. F. οἱ δέοι εἰσι hanc petas haud pravam οἱ δέ οἱ εἰσί. — Paulo ante τοὺς ἐπιτηδεωτάτους vertunt *maxime idoneos*. Equidem vertam: *quos maxime dilexerit: quibus maxime usus sit*. Stobaei Nicolaus p. p. 522, Ταῦροι, Σκυθικὸν ἔθνος, τοῖς βασιλεῦσι τοὺς εὐνουστάτους τῶν φίλων συγκαταθάπτουσιν.

CAP. 78, 28.

Πολλάκις. Pro hoc MSS. πολλά. Forsitan sit verum utrumque, πολλὰ πολλάκις. Eurip. Med. 1162, πολλὰ πολλάκις σκοπουμένη. Πολλὰ πολλάκις auctor apud Stob. p. 450. vs. 6. πολλάκις πολλοὺς πλοῦς Aelian. apud Suidam in Διονύσιος. Aristoph. Thesm. 294, πολλὰ πολλάκις μέ σοι θύειν. Plutarch. T. II. p. 66, B. πολλὰ πολλαχοῦ καθορῶντες.

CAP. 80, 13.

Παραδίδωμι, id est, παραδώσω, *tradam*, ut vertit Schweighaeuser. Hoc tamen tenendum, ita.

ita esse accipienda ejusmodi praesentia tempora, pro futuris adhibita, ut et certitudo ac voluntas significetur propensior, et celeritas, quo sumus aliquid effecturi. Melius igitur, quam Schweigh. Gronovius vertit: *trado.* Nam et Latini sic; sed et nos: *en ik lever u den uwen over.*

CAP. 81, 4.

Ὡς Σκύθας εἶναι. Videtur hic esse sensus: esse nonnullos, qui eum Scytharum numerum esse tradant, qui parvus numerus est, si teneas Scythas esse, quorum numerus traditur: qui idem numerus, si narraretur verbi causa, quot Graeci essent, permagnus videri deberet. Eo igitur hoc addidisse Herodotus videtur, quod timeret, ne Graeci, qui sua vel legerent, vel audirent, parvum istum numerum, quem nonnulli traderent Scytharum esse, acciperent pro suarum civitatium civium numero: non intelligentes incolarum istam paucitatem, ὡς Σκύθας εἶναι. Vid. II. c. 8, οὐκ ἔτι πολλὸν χωρίον, ὡς εἶναι Αἰγύπτου· l. II. 135, μεγάλα ἐκτήσατο χρήματα, ὡς ἂν εἶναι Ῥοδῶπιν, ἀτὰρ οὐκ ὥς γε ἐς πυραμίδα ἐξικέσθαι. Particulam ὡς sic Thucydid. IV. 84, ubi Brasidas dicitur, οὐκ ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος· quae sic Dionys. Hal. T. I. p. 662, 28, εἰπεῖν τε ὡς στρατιώτης οὐκ ἀδύνατος. Plato Alcib. 1. p. 222, τὰ Λακεδαιμονίων, ὡς πρὸς Ἑλληνικοὺς πλούτους, μεγάλα· ὡς δὲ πρὸς τοὺς Περσικοὺς οὐδέν. Pausanias p. 847, 16, οὔτε ἀπείρως εἶχεν, ὡς ἂν τις βάρβαρος, σοφίσματα ἐς πολεμίους ἐξευρεῖν. Appian. T. I. p. 191, 27. De loco Thucydidis Aeliani vid. V. H. XII. 50. In Livii l. I. c.

3, Ascanius - - *florentem jam (ut tum res erant) atque opulentam urbem* etc. transpositionem censeo faciendam dictionum, ut legatur: *florentem jam, atque (ut tum res erant) opulentam urbem* etc. Sic in l. II 46, *fuga in urbem Antium, ut tum res erant, opulentissimam acti.* Dionys. Hal. T. I. p. 586, 6. sqq. Nepos Att. 1, *patre usus est diligente, et, ut tum erant tempora, diti.*

CAP. 83, 7.

Τὴν ἀπορίην vertunt *inopiam:* in c. 134, *paupertatem.* Mihi videtur utroque loco ἀπορίη accipiendum esse sensu passivo, *contra quos pugnandi Dario sit, ut et ceteris,* ἀπορίη· *qui paene vinci non possunt.* Paulo est hic usus nominis rarior, nec dubius tamen. Quo hic sensu ἀπορίη, eodem ἄπορος in IX. 49, ubi Persae equites dicuntur προσφέρεσθαι ἄποροι· quod non intellectum lectionem peperit ibi πρ. εὔποροι. Sed ipsum ἀπορία in Thucydidis est l. IV. c. 29, οἱ στρατιῶται, κακοπαθοῦντες τοῦ χωρίου (τοῦ Πύλου) τῇ ἀπορίᾳ· id est, *quod locum nullo modo capere possent.* Hunc nominis ut sensum statuas, locus suadet in c. 134, ubi Gobryas: *illa,* inquit, *Scytharum* ἀπορίη *cognita mihi est* ὁρέοντι αὐτοὺς ἐμπαίζοντας ἡμῖν. Hi enim solent inimicis ἐμπαίζειν, qui certo scientes, vinci se non posse, eos contemnunt.

CAP.

CAP. 84, 9.

Ἐλίποντο. Multo malim legi, ἐλείποντο. Permutari solent λείπεσθαι et λιπέσθαι, ut VII. 7, 8. IX. 66, 2.

CAP. 96, 4.

Εἴτε δὲ etc. Vera videtur codd. lectio, εἰ pro εἴτε. Pro vulgari εἴτε - εἴτε elegantius εἰ - εἴτε cum alii, tum Herodotus III. 35, εἰ λέγουσι ἀληθέα, εἴτε παραφρονέουσι.

CAP. 111, 4 sq.

Interpungam haec sic: - - ἔχοντας. μάχην τε δὴ π. ἀ. ἐποιεῦντο, ἔκ τε (sic pro δέ) τῆς μ. etc.

CAP. 118, 13.

Illa μὴ β. ὑ. τ. copulanda sunt cum praecedentibus, ἡμεῖς μ. π. ἢ ἑ. τ. χ. ἢ μ. ὁ. χρησόμεθα μὴ β. ὑ. τ. Quae interjecta sunt, τί γὰρ πάθωμεν; moralis est rogatio, ἐν παρενθέσει enuntiata: cui similis, sed et ipse male vulgo habita est in Euripidis Med. 878 sq.

οὐκ ἀπαλλαχθήσομαι
θυμοῦ (τί πάσχω;) θεῶν ποριζόντων καλῶς;

Luciani T. I. p. 36, πλὴν ἀλλὰ τί ἂν πάθοιμι; ἐμμενετέον etc. quae sic fortasse in nonnullis leguntur codd. πλὴν ἀλλὰ (τί γὰρ ἂν πάθοιμι;) ἐμμενετέον etc. ut T. I. p. 151, πειστέον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον, (τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις;) ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζοιντο. Eadem sen-

ſententia, ſed aliis verbis habetur in hisce Herodoti VI. 22, *τίνα δαιμόνων παραβάντες τάδε ἀναπίμπλαμεν*; Ubi ſua ipſe haec verba, *τίνα δ. π.*; per haec explicat, *παραφρονήσαντες καὶ ἐκπλώσαντες ἐκ τοῦ νόου*. Non id quaerunt Jones, in quemnam peccarint Deum, qui ipſis iſta det mala; ſed id quaerunt in quemnam peccarint Deum, qui iratus ipſos eo inſaniae addúxerit, ut mala, quae a Dionyſio patiantur, velint perferre. Terent. Andr. IV. 1, 40, *nescio: niſi mihi Deos fuisſe iratos, qui auscultaverim*. Et ipſa verba eodem ſenſu, ſed aliter conſtructa, in ea inſunt locutione, qualis est haec Luciani T. III. p. 389, *τί παθὼν, ὦ Κρόνε, ἀφῆκας τὴν ἀρχήν*. Potuerunt Herodoti verba ſic quoque concepta eſſe: *τί γὰρ παθόντες οὐκ ἂν ὁμολογίῃ χρησαίμεθα, μὴ βουλ. ὑμ. τιμωρέειν;*

CAP. 219, 28.

Οὐ πεισόμεθα Omnium fere hanc MSS. codd. lectionem (duo *οὐκ οἰσόμεθα*) e Xenophontis defendas Cyri inſt. VII. 4, 10, *παρεσκευάζετο ὡς καθέξων τὰ ἐρυμνὰ, καὶ οὐ πεισόμενος, καὶ παρήγγειλεν οὕτως*. Conjeceram, *οὐ σπεισόμεθα* (confuſa *σπεισάμενοι* et *πεισόμενοι* in VII. 148, 20), *οὐκ ὑπησόμεθα* (ab *ὑφίημι*), *ὑπεισόμεθα* (ſine *οὐ* ab *ὕπειμι*). Ad conjecturam *ὑπησόμεθα* vid. Plutarch. T. II. p. 698, E. *οὕτως ὑφησόμεθα* adde p. 872, B, ubi tamen cum genitivo. Xenophon. Gr. Hist. II. 4, 23, *ἐντόνως ἔλεγον, ὡς οὐ χρὴ καθυφίεσθαι τοῖς ἐν Πειραιεῖ*. VII. 2, 4, *ἐπεὶ οἱ Ἀργεῖοι ἐνέβαλλον πανδημεὶ εἰς τὸν Φλιοῦντα, καὶ τὴν χώραν αὐτῶν ἐδῄουν*,

ἐδήουν, οὐδὲ ὣς ὑφίεντο. Vulgatum defendit VI. 1, 4, -- ἐλθόντα πρὸς ὑμᾶς λέγειν, ὅτι διανοοῖτο στρατεύειν ἐπὶ Φαρσαλίους, εἰ μὴ πεισοίμεθα. Ad conj. σπεισόμεθα vide Xenoph. H. Gr. VII. 4, 25, τί δεῖ ἡμᾶς μάχεσθαι, ἀλλ' οὐ σπεισαμένους διαλυθῆναι;

CAP. 121, 5.

Πᾶσαι. Legendum videtur πάσας· τὰς δὲ ἁμάξας, ἑ. τ. σ. ἑ. τ. τ. κ. αἱ γυναῖκες, πάσας καὶ τὰ πρόβατα πάντα, πλὴν etc. Quam conjecturam haec confirmabunt obfervata. Nam primo fic habebis, τέκνα καὶ γυναῖκες, utrumque fine addito πᾶς· addito vero, ἁμάξας πάσας καὶ πρόβατα πάντα. Deinde amat fic Herodotus duplex πᾶς, ut V. 49, καὶ θάλασσά τε πᾶσα, καὶ ποταμοὶ πάντες. Herodoti in multis imitator Paufanias p. 601, γῆν ἐπενέμετο πᾶσαν, καὶ πόλεις πάσας, Appianus T. I. p. 11, θαλάσσης τε πάσης ἡγεμονεύουσι, καὶ νήσων ἁπασῶν. In VII. 45, πάντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον -- πάσας δὲ τὰς ἀκτάς. Porro faepius fic inter fubftantivum et adpofitum πᾶς quaedam interjecta, ut VII. 170, ἀνὰ δὲ χρόνον Κρῆτας, θεοῦ σφε ἐποτρύναντος, πάντας, πλὴν etc. Thucyd VII. 32, διέφθειραν ἐς ὀκτακοσίους μάλιστα καὶ τοὺς πρέσβεις πλὴν ἑνὸς τοῦ Κορινθίου, πάντας. Postremo ubi fic memorantur τέκνα καὶ γυναῖκες, nusquam adhuc additum legi πᾶς. Vide Herodotum I. 176. II. 30. III. 45. V. 14, 98. VI. 19. VII. 52. VIII. 19. 36. 40. 60. Thucyd. II. 6. 70. 78. IV. 123. V. 3. 32. 116. VII. 29. 68. VIII. 74. Xenoph. Cyrop. III. 3. 44. IV. 1. 17. VII. 2.

 12.

12. Anab. I. 4. 8. III. 4. 46. IV. 1. 8. V. 3. 1, καὶ παῖδας, καὶ γυναῖκας, καὶ τῶν σκευῶν, ὅσα μὴ ἀνάγκη ἦν ἔχειν. Hell. I. 3. 19. Plato Gorg. p. 327, 37. epitaph. p. 370, 9. V. Rep. p. 413, 26. p. 414, 15, p. 145, 2. p. 418. ult. p. 419, 3. p. 421, 30 sq. p. 431, 50. p. 450, 17. Pausan. p. 54, 5. 185, 16. 197. 36. 229, ult. 269, ult. 297, 9. 332, ult. 337, 8. 339, ult. 463, 25. 496, 9, 19. 562, 11. 657, ult. 699, 24. 736, ult. 737, 25. 799, ult. 800, 8, 25. 877, ult. Appian. T. I. p. 55. 139. 140. 141. 154. 188. 218. 224. 225. 254. 273. 322. 440. 477. 488. 577. 673. 695. 705. 719. 726. 732. 753. 858. T. II. p. 132. 487. 517. 727. Mobilibus vero additum in Herod. I. 164, ἐσθέμενοι τέκνα καὶ γυναῖκας καὶ ἔπιπλα πάντα, et c. 166, ἀνέλαβον τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας, καὶ τὴν ἄλλην κτῆσιν ὅσην οἷοί τε ἐγίνοντο etc. Jul. Caesaris comm. de B. G. graece L. IV. 19, τοὺς δὲ παῖδας, καὶ τὰς γυναῖκας, πάντα τε τὰ χρήματα etc. V. 47, τὰ γὰρ σκευοφόρα τῆς στρατιᾶς πάντα - - - πάντα τε τὸν σῖτον ἐνθαῦτα κατέλειπεν. Xenophon Gr. Hist. II. 4, 17. VI. 5, 12. VII. 1, 7. 10. 30. Persaepe Dionys. Halic. Παῖδες καὶ γυναῖκες Plutarch. T. II. 215. B. p. 244, B. p. 293, D. p. 296, B. p. 304, E. p. 828, C. p. 849, A. p. 1097, C. p. 1104, C.

CAP. 121, 8.

Προεκομίζετο. Diligenter velim codices excutiantur MSS. sitne, qui habeat, προεκκομίζετο. Certe pro μετεκβαίνεσκε in VII. 41 male MS. μετεβαίνεσκε· in III. c. 86 pro διε-

διεξελαυνόντων duo διελ. pro διεξέλθωσι IV. 98 multi διέλθωσι· pro διεξέπλωσε in VII. 122 διέπλωσε multi MSS. in IX. 14 pro ὑπεξεχώρεε cod. Arch. ὑπεχώρεε· pro παρεξελθουσέων in III. 14 multi παρελθ. Necessaria mihi videtur hic praepositio ἐκ, ut in VIII. 4, ἔστε ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται· in verbo ὑπεκκεῖσθαι, ut VIII. 60, ἐς τὴν ὑπέκκεινται τέκνα τε καὶ γυναῖκες· in προεξανίσταμαι l. VIII. 59: in προεκθέειν in Thucyd. VII. 30, in ὑπεκκομίζομαι Xenoph. Cyrop. II. 4, 13. cujus est Cyrop. IV. 2, 29, τὰς γυναῖκας ἐν ταῖς ἁρμαμάξαις προαπεπέμψατο. Si quis est, qui hoc opponat, perraro haberi προεκκομίζειν· huic et respondeo haberi in Plutarcho, et ego hunc rogo, ubinam sic legerit verbum προκομίζειν. Quid? quod in nostri legitur II. 63, τὸ δὲ ἄγαλμα προεκκομίζουσι τῇ προτεραίῃ ἐς ἄλλο οἴκημα ἱρόν. Verbum προκομίζω alio sensu in Clem. Alex. III. Paed. p. 242, A. ἔτι δὲ αὐτουργικῶς προκομίζειν χρὴ ἐκ τοῦ ταμιείου τὰς γυναῖκας· et in IV. Strom. p. 475, B. τὰ ὑπ' αὐτῶν προκομιζόμενα ἐγγράφως διαλύεσθαι. Ut videtur hinc praepositio ἐκ abesse non posse, ita adest in προεξέρχομαι in Dionys. Halic. T. I. p. 37, 28, χωρὶς ἢ ὅσοι ἔτυχον προεξεληλυθότες τῆς πόλεως. Nam quod modo lectum sit προέπεμψαν, aliud est προπέμπειν, aliud προκομίζειν.

CAP. 137, 10.

Γνώμην ταύτην. Herodotum credo scripsisse, γνώμην ταύτῃ. Nam et sequitur mox, πρὸς ταύτην τὴν γνώμην· nec credo sic bona locutio

γνώ-

γνώμην ταύτην ἀποδεικν. Sic V. 36, 6, *γνώμην κατὰ τὠυτὸ ἐξεφέροντο.*

C A P. 145, 4.

Τῶν ἐκ τῆς Ἀργοῦς ἐπιβατέων. Quis ſic unquam bonus auctor locutus? Et tamen ne verbum quidem Gronov. Weſſeling. Schweighaeuſer. Solus Valckenaer. *ἐκ τῶν τῆς Α. ἐ.* corrigit. Equidem non valde delector locutione, *ἐκ τῶν παίδων παῖδες*· quae fere habetur absque praepoſitione, *παίδων παῖδες.* Cenſeo ejiciendum *ἐκ*, temere huc tractum e ſeqq. *τῶν ἐκ Βραυρῶνος.* Est tamen *ὁ παῖς ὀὺξ Ἀχίλλεως* in Sophocl. Phil. 963 (940). et *παῖδες ἐκ παίδων* apud Plutarch. T. II. p. 558. C.

C A P. 145, 24.

Αὐτίκα. Minus haec apte inter ſe nexa. Particulae *μὲν* et *δὲ* inter ſe oppoſitae ſuſpicionem moveant, ſententiarum olim hic fuisſe inter ſe oppoſitionem. Jam quas ſecum mulieres advexerant Lemno, iis oppoſitae fuisſe debent Lacedaemoniae. Mox dicuntur novae uxores *ἐοῦσαι ἀσταί.* Nec ſi *αὐτίκα* legas, patet fuisſe Lacaenas. Parum igitur abſum, ut pro *αὐτίκα* ſcripſisſe Herodotum credam *αὐτόθεν*·

αὐτόθεν μὲν γάμους ἔγημαν	*τὰς δὲ ἐκ Λ. ἤγοντο ἐξέδοσαν ἄλλοισι.*

Αὐτόθεν ſic Herodotus II. 281, 3, *γῆμαι αὐτόθεν*· et VIII. 64: ſic Latine *ibi* Livius I. 34, Demaratus *ob ſeditiones domo profugus, cum Tarquiniis forte conſedisſet, uxore ibi ducta duos*

duos filios genuit. Nec tamen quidquam contra MSS. audendum.

CAP. 146, 15.

Ἅτε γυναῖκες. Perraro sic adhibetur ἅτε de re simulata, quod fere de iis adhibetur, quae vera sunt: ut in c. 159, ἅτε οὐ πεπειρημένοι, *cum non experti essent.* Hoc autem loco non est ἅτε γυναῖκες, *cum mulieres essent*, sed *quasi mulieres essent.* Quo quidem sensu additur δῆθεν in IX. 80, Aeginetae τὸν χρυσὸν ἅτε ἐόντα χαλκὸν δῆθεν ὠνέοντο. Eandem rem ubi Plutarchus narrat T. II. p. 247, C. τοὺς ἄνδρας, inquit, ἐξαπατηθέντες οἱ φύλακες παρῆκαν, ὡς δὴ γυναῖκας. Unum adhuc locum observavi, in quo sic ἅτε, Pausaniae l. I. c. 39, p. 94. pr. Δήμητρα -- γραῒ εἰκασμένην· ἐντεῦθεν δὲ αὐτὴν ἅτε γυναῖκα Ἀργείαν etc. Et sic οἷα in IV. 35, p. 369, οἷα ἐς φιλίαν. Appianus Clodium narrat, ἐς τὴν οἰκίαν τοῦ Γαΐου παρελθεῖν, οἷα γυναῖκα, νυκτός, T. I. p. 100, addito p. 395, 22, οἷα φεύγων, T. II. p. 336.

CAP. 148, 7.

Conjecturam hic proponam, quae, ut spero, aequo harum rerum judici, re bene perpensa, non plane improbabitur. Est ea haec, pro φόνος legendum esse φθόνος (φόνος et φθόνος confusa in VI. 61, 3. Lucian. T. III. p. 358, 77.) Narratur Theras Laconas, deliberantes interficere Minyas, παραιτήσασθαι· in quo verbo composito haec jam sententia inest, ὅκως μὴ φόνος γένηται. Hoc primum. Deinde duo narratur adtu-

tulisse, quibus id ipsis persuaderet, *ὅκως μήτε φθόνος γένηται, αὐτός τε ὑπεδέκετο σφέας ἐξάξειν ἐκ τῆς χώρης.* Scilicet magni intererat Laconum, ut Minyae facesserent: quod vix fieri potuit, quin eos occiderent: quae tamen inermes occisio res foret invidiosa. Nam *φθόνον* sibi contrahunt, qui viribus superiores, iisdem abutantur, ad interficiendos inferiores, qui viri nati mulieres occidant (Eurip. Hecub. 288, *ἀποκτείνειν φθόνος γυναῖκας.* Pausaniae sunt p. 157, Lacones *φρονήσαντες, ὡς καὶ διαφθείρασι σφίσι τὰς γυναῖκας ἐπιφθόνως τὸ κατόρθωμα ἕξει.*) qui liberos (Euripidis Clytaemnestra in Electr. 30, *παίδων ἔδεισε μὴ φθονηθείη φόνῳ*), qui mortuis insultent (Eurip. El. 902), qui nimiam sumant vindictam (Pausanias p. 744, *ἐπίφθονοι ἀεί πως παρὰ θεῶν αἱ ὑπερβολαὶ τῶν τιμωριῶν εἰσίν·* horum, credo, memor Herodoti, *ἀνθρώποισι ἄρα αἱ λίην ἰσχυραὶ τιμωρίαι πρὸς θεῶν ἐπίφθονοι γίνονται*, in V. 205), alii. Itaque Theram ita suspicor Laconas allocutum: *ego efficiam, ut nec opus habeatis rem patrare, quae vobis invidiam contractura sit; et ut tamen Minyis liberemini.* Potuit his Theras addere, quae in Euripidis sunt Androm. vs. 779 sqq. *κρεῖσσον γὰρ νίκαν μὴ κακόδοξον ἔχειν, ἢ ξὺν φθόνῳ σφάλλειν δυνάμει τε δίκαν·* quaeque in Appiani T. I. p. 375, *καλὸν ἐν τοῖς εὐτυχήμασι ἀνθρώπων φθόνον φυλάσσεσθαι·* et in p. 377, *ὑμᾶς ἀξιῶ φείσασθαι διὰ τὸν φθόνον (ὅκως μὴ φθόνος γένηται)* Maxime conferri velim Thucydidis haec l. IV. c. 58, *βραχὺ γὰρ τὸ τὰ ἡμέτερα σώματα διαφθεῖραι, ἐπίπονον δὲ τὴν δύσκλειαν αὐτοῦ ἀφανίσαι.* Ubi *δύσκλεια* fere est, quod hic, si bene conjicio, *φθόνος·* et

quae

quae Appiani Pontius T. I. p. 49, ἐγὼ οὐ κτενῶ μὲν ἄνδρας τοσούτους, φθόνον ἀνθρώπων αἰδούμενος. Cui loco adde T. II. p. 101, 85, praesertim p. 543, ἐκεῖνοι μὲν τοσάσδε πολιτῶν μυριάδας ἀπώλλυον, οὐ φθόνον ἀνθρώπων ὑφορώμενοι. Dionys. Halic. T. I. p. 103, 8, ἀνθρώπων φθόνον δεδιότες. p. 636, 28, οὔτε θεῖον φοβηθέντες χόλον, οὔτε ἀνθρωπίνην ἐντραπέντες νέμεσιν. p. 658, 31, τὸν φθόνον ὑφορώμενοι τοῦ πράγματος, ὅτι πρῶτοι ἔμελλον θανάτῳ ζημιῶσαι τὸν ἄνδρα, etc. In libro de Syria Dea in Luciani T. III. p. 465, μὴ ζηλοτυπέων πένθος ἔγειρε πάσῃ βασιληΐῃ. μηδὲ ἰηθρὸς ἐὼν φόνον προξενέεις ἰητρικῇ· recipiam e Pell. — ἐὼν, φθόνον.

CAP. 151, 3.

Legendum olim putavi, τὴν ἐς Λιβύην οὐκ ἀποικίην, loca notans Thucud. I. 137, V. 50, Platon. Theaet. p. 92, Clement. Alex. II. Strom. p. 379, A. VII. Strom. p. 721 D. Democriti Stobaei p. 292 (Gesn.), Sylburg. ad Dionys. Hal. T. I. p. 669, 6, Dionys. Hal. T. II. p. 134, 9, ac Valcken. laudans ad Hipp. 196. Nunc haec sic intelligenda censeo, nec legendum tamen. Uti et Homerus Il. Γ'. 34,

ἀλκὴν μέν μοι πρῶτον ὀνείδισας.

et Herodotus I. c. 32, ταῦτα ἡ εὐτυχίη οἱ ἀπερύκει. Unde lectio confirmatur in Sallustii B. C. c. 3, *cum ab reliquis malis moribus dissentirem:* sic intellecta: *cum ab reliquis* (hominibus) *dissentirem malis moribus.*

CAP.

CAP. 157, 2.

Ἕνα αὐτῶν καταλιπόντες. Codex velim ſit MS. qui habeat *αὐτοῦ* pro *αὐτῶν.* Nam nec locutio placet, *ἕνα αὐτῶν καταλιπόντες, οἱ λοιποὶ* etc. et ſi legas *αὐτοῦ* aptius omnia cohaerebunt ſic,

ἕνα	*οἱ λοιποὶ πάντες*
αὐτοῦ	*ἐς Δελφοὺς*
καταλιπόντες	*ἀπέπλεον*

Ut in Luciani T. III. p. 61, *πείθει με*

τοὺς μὲν οἰκέτας	*αὐτὸν δὲ*
ἅπαντας	*μόνον*
ἐν τῇ Μέμφιδι	*μετ᾽ αὐτοῦ*
καταλιπεῖν	*ἀκολουθεῖν*

Cum praeſertim eaedem voces toties inter ſe in Herodoteis opponantur, ut I. 94, *ἐπὶ μὲν τῇ μένειν αὐτοῦ λαγχανούσῃ τῶν μοιρέων -- ἐπὶ δὲ τῇ ἀπαλλασσομένῃ·* III. 25, *Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας αὐτοῦ τάξας ὑπομένειν, τὸν δὲ πεζὸν πάντα ἅμα ἀγόμενος·* c. 79, *τοὺς -- αὐτοῦ λείπουσι· οἱ δὲ ἔθεον ἔξω·* V. 98, *ἀπεδίδρησκον ἐπὶ θάλασσαν· οἱ δέ τινες καὶ ἔμειναν αὐτοῦ·* VII. 220, *αὐτῷ ἀπιέναι οὐ καλῶς ἔχειν, μένοντι δὲ αὐτοῦ·* VIII. 9, *τὴν ἡμέρην ἐκείνην αὐτοῦ μείναντας, μετέπειτα πορεύεσθαι·* VIII. 102, *δοκέει μοι αὐτὸν μὲν σὲ ἀπελαύνειν ὀπίσω, Μαρδόνιον δὲ αὐτοῦ καταλιπέειν.* Vide et IV. 9, 18. V. 98, 18. et VII. 61, 16. 173, 6. 220, 9. Xenophon Cyrop. IV. 6, 1, *τοὺς ἄλλους αὐτοῦ κατέλιπον, τὸν δὲ Γωβρύαν ἄγουσι πρὸς τὸν Κῦρον·* VIII. 5, 21, *τὸ μὲν ἄλλο στράτευμα αὐτοῦ κατέλιπον, αὐτὸς δὲ σὺν τοῖς φίλοις ἐπο-*

ἐπορεύετο· Anabaſ. VI. 3, 3, — ἐξιέναι τοὺς στρατιώτας — τὸν δὲ ὄχλον αὐτοῦ καταλιπεῖν. Ipſum αὐτοῦ in αὐτῷ corruptum in MS. l. VIII. 121, 7: in αὐτέων in II. 178, 5: cum in IX. 57, 3, non intellectum ſic αὐτοῦ in αὐτοῦ μένοντας, corruptum pepererit in MS. lectionem, αὐτοῦ μένοντος.

CAP 159, 24.

Κατὰ ταὐτά. Merito haec ſuſpecta de vitio. Olim e MS. κατὰ ταῦτα conjeci, κακὰ ταῦτα. Postea ſic putavi auctorem ſcribere potuiſſe,

κατὰ τὰ εἶπα·

uti narravi, nempe l. II. 161.

CAP. 162, 18.

Dubio mihi caret lectio ἐπειπάσης· tum quod facile in εἰπάσης potuit corrumpi; contra ſi εἰπάσης verum, vix exputatur, undenam venerit ἐπειπάσης· tum quod hoc toti loco peraptum. Duo dicere ſolebat mulier ad dona ſibi miſſa, et καλὸν εἶναι τὸ διδόμενον, et κάλλιον δὲ ἐκεῖνο τὸ δοῦναί οἱ δεομένῃ στρατιήν. Quae ſemper reſponſa indignatus rex, tandem ei miſit, quae miſit, ſperans ipſam ſic intellecturam, nolle ſe dare, quae rogabat; cenſentem fuſum columque decere feminas, non arma tractare: atque adeo dicturam ſola, λαμβάνουσαν τὸ διδόμενον, καλὸν εἶναι, nec addituram illa, κάλλιον δὲ etc. Sed ſpem regis fefellit Pheretime, quae ad iſta dona non tantum εἶπε, καλὸν εἶναι τοῦτο· ſed et haec ἐπεῖπε, κάλλιον δὲ

δὲ etc. Narrat igitur Herodotus, ἐπειτάσης αὖτις τῆς Φερετίμης τὠυτὸ ἔπος, fic regem dixisse, quae dixit, quae non referri possunt ad ea, quae mulier solebat εἰπεῖν, sed ad ea debent, quae solebat ἐπειπεῖν. Itaque verum videtur ἐπειπάσης. Quae in vs. 16, sic credo legenda, - - στρατιήν. Τοῦτο γὰρ ἐπὶ παντὶ τῷ διδομένῳ ἔλεγε, τελευταῖον etc. Particulam γὰρ sic Herodotus. Vide Valckenar. ad VIII. 137.

CAP. 164, 12.

Ἐπ' ἐξεργασμένοισι, *sero, tum demum, cum infectum fieri non potuit:* ῥεχθὲν δέ τε νήπιος ἔγνω Arcesilaus.

CAP. 165, 1.

Τέως. Legendum videtur ἕως. Τέως et ἕως permutata I. 86. II. 169, 10.

CAP. 173, 1.

Προσόμουροι. Primo vocabulum προσόμουρος nusquam apparet in Graecis auctoribus: deinde qui possunt esse προσόμουροι (si vel hoc Graecus sermo pateretur) qui ἐξαπολώλασι; Legendum videtur πάρος ὅμουροι ἔσαν· quod πάρος ὅμουροι in προσόμουροι corruptum, fecerit, ut ἔσαν mutaretur in εἰσί. Voculae πάρος et πρὸς confusae in III. 46.

CAP. 181, 9.

Περὶ δὲ αὐτό, *circa hanc* (aquam) Gronov. sed

fed inde, quod mox in c. 182, et in 184, 3, 11, legitur, καὶ περὶ αὐτόν· hic quoque legam περὶ δὲ αὐτόν (κολωνόν) et αὐτὸ librariis credam deberi, qui ad ὕδωρ retulerint, quod esset proximum.

CAP. 184, 6.

Ὑπερβάλλοντι. Vossius vertit, *soli superantissimo*, ad Melae I. 8: melius multo, quam Nicolaus παραφράζει Damascenus apud Valck. ad h. l. ἡλίῳ ἀνίσχοντι. Ipse Mela intellexit, *et dum oritur, et dum occidit.* Non pejus fortasse vertatur *imminenti soli*, ex Euripidis Helen. 1383, εὖθ' ὑπέρβαλε σελάνα, collato cum Horatii I. Od. 4. 5, *imminente luna:* sensu, quo Vossius, *superantissimo.*

CAP. 184, 16.

Τοῦτο τὸν κίονα. Quod jam pridem hic legendum putavi, τοῦτον τὸν κίονα, id cum codex confirmet MS. recipiendum censeo. Sic fere in V. 51, — ἡ θυγάτηρ· τοῦτο δέ οἱ καὶ μοῦνον τέκνον ἐτύγχανε ἐόν· in V. 54, - - μέχρι Σούσων, τοῦτο γὰρ Μεμνόνιον ἄστυ καλέεται· in V. 108, περιέπλωον τὴν ἄκρην, αἳ καλεῦνται Κληΐδες τῆς Κύπρου· in VII. 22, καὶ ἰσθμὸς ὡς δώδεκα σταδίων· πεδίον δὲ τοῦτό ἐστι· in VII. 41, ἀπολελεγμένοι μυρίοι· οὗτος πεζὸς ἦν· in VII. 54, pro καὶ Περσικὸν ξίφος, τὸ ἀκινάκην καλέουσι, merito suo receptum e MS. τὸν ἀκ. καλ. et in V. 101. ult. τὸν Τμῶλον καλεόμενον pro τό. Adde VIII. 55, ἐλαίη καὶ θάλασσα· τὰ λόγος ἔστι Ποσειδέωνα καὶ Ἀθηναίην μαρτύρια θέσ-

θέσθαι. Lucian. T. I. p. 497, *πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς Φωλεοὺς εἶναι νομίζεις.* In I. 203, *Καύκασος ἐὸν οὐρέων -- μέγιστον·* ut pro ἐὼν bene duo codd. MSS. ut et in II. 6, *σχοῖνος, μέτρον ἐὸν Αἰγύπτιον·* ut quatuor scripti pro vulgato ἐών. Nec non in I. 98, *τὸ χωρίον, κολωνὸς ἐὸν*, legam ἐών· quod in duobus MSS. In II. 129, *τὴν θυγατέρα, τὴν μοῦνόν οἱ εἶναι τέκνον·* vere etiam duo MSS. τὸ μοῦνον. Livius I. 33, *Janiculum — ne quando ea arx hostium esset.* Nec non citari potest Ciceron. I. Off. 23, *ut nihil aliud, nisi pax quaesita videatur*, Nepot. Ages. VIII, *ut non amplius, quam pellis esset injecta.*

CAP. 195, 8.

Εἴη δ' ἂν πᾶν, est generalis sententia, *omne potest esse:* nihil est, de quo quis dicere debeat, hoc verum non est. Nam multa sunt, quae quis visa credere debuit, quae nondum visa pro falsis fuerit habiturus: *ἦ θαύματα πολλά*, Pindarus I. Ol. ep. 1, 9. Sic in V. 9, 15, *γένοιτο ἂν πᾶν ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ.* Sophocl. Trach. 71, *πᾶν τοίνυν κλύοι τις ἄν.* Xenophon Cyri exped. VII. 6, 11, *πάντα ἄρα ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾶν δεῖ, ὁπότε* etc. Aristoph. Thesm. 534, *ἅπαν γένοιτ' ἂν ἤδη.* Stobaei Linus p. 497,

ἔλπεσθαι χρὴ πάντ', ἐπεὶ οὐκ ἔστ' οὐδὲν ἄελπτον.

Cum Sophoclis loco Plutarchi conf. T. II. p. 750, A. *τί οὐκ ἄν τις προσδοκήσειεν, εἰ καὶ* etc. et Halic. Dionysii T. I. p. 236, 40, *ἅπαντα μὲν, ὡς ἔοικεν, ἄνθρωπον ὄντα δεῖ προσδοκᾷν τὰ παράδοξα, καὶ μηδὲν ἡγεῖσθαι ἄτοπον, ὅπου*

γε

γε καὶ etc. Qui Xenophontis imitatur Cyri exp. VII. 6, 11, ἀλλὰ πάντα μὲν ἄρα ἄνθρωπον ὄντα προσδοκᾷν δεῖ, ὁπότε καὶ ἐγὼ etc.

CAP. 196, 4.

Ἐξέλωνται τὰ φορτία, θέντες αὐτὰ ἑπεξῆς. Uno haec verbo complecti potuit, διαθέμενοι. Locutionem διατίθεσθαι τὰ φορτία, τὸν φόρτον, in I. 1, 194, Lucianus habet T. III. p. 304, ἐπειδὰν τὰ φορτία διαθώμεθα· Xenophon Cyri exp. VII. 4, 2, τὴν λείαν διατίθεσθαι. Ut noster, ſic Scylax Peripl. p. 127 ſq. τὸν φόρτον ἐξελόμενοι -- διατίθενται. Hinc nomen διάθεσις in Appiani T. I. p. 479, Dionyſ. Hal. T. I. p. 434, 4.

CAP. 201, 1 ſq.

Χρόνων δὲ δὴ πολλῶν τριβομένων. Primo χρόνοι nusquam legitur in Herodoteis, Thucydideis, Xenophonteis. Deinde χρόνον τρίβειν est aliud quid. Lege, ſodes, χρόνου δὲ δὴ πολλὸν τριβομένων, id est, ὅτε δὲ πολλὸν ἤδη χρόνον ἐτρίβοντο. Qui genitivi abſoluti uſus nostro per est familiaris: corrupti in I. 3, τοὺς δὲ, προϊσχομένων ταῦτα, προφέρειν· a ſcribis codicum aliquot, qui προϊσχομένους· et in II. 141, ἐνθαῦτα ἀπικομένους -- μῦς, ab omnibus librariis; ubi recte jam clar. de Paauw legi voluit ἀπικομένου. Vide et codd. in VI. 56, 5 ſq. VIII. 11, 4. Cum conjectura confer VI. 113, μαχομένων δὲ ἐν Μαραθῶνι χρόνος ἐγένετο πολλός· etiam quod est apud Thucydidem I. 11, ἐν ἐλάσσονί τε ἂν χρόνῳ, καὶ ἀπονώτερον τὴν

νὲς dictum pro, *οἱ ἄστικτοι ἀγεννεῖς*. Sic certe *τὸ δίκαιον* et *τὸ ἄδικον*, *justi* sunt et *injusti* in I. 96. Sic erit comma tollendum post *ἄστικτον*.

CAP. 13, 7.

Τίνες δὲ etc. Alienum hinc, si quid aliud, *δέ*. Certe in c. 73, *ἐπειρώτα, τίνες ἐόντες ἄνθρωποι, καὶ κοῦ γῆς οἰκημένοι* etc. Quod sine copula Homerus: *τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν*· duplicata id copula Herodotum suspicor scripsisse: *τίνες τε οἱ Παίονες ἄνθρωποί εἰσι, καὶ κοῦ γῆς οἰκημένοι* etc. Sic in I. 35, *ἐπυνθάνετο, ὁκόθεν τε καὶ τίς εἴη· ὤνθρωπε, τίς τε ἐὼν καὶ κόθεν ἥκων* etc. Et tenenda videtur in II. 115 vulgata lectio, *τίς τε εἴη, καὶ ὁκόθεν*. Sed et II. vide 102, *λεγούσας τό τε ἑωυτοῦ οὔνομα καὶ τῆς πάτρης*. Dionysius quoque Halic. T. I. p. 264, 2, *εἰπεῖν, τίς τε ἦν, καὶ ἀπὸ τίνων*. Joseph. A. J. I. 8, p. 29, *ἠρώτα τὴν Σάῤῥαν, τίς τε εἴη, καὶ τίνα τοῦτον ἐπαγάγοιτο*· et c. 19, 4, *ἀνέκρινεν αὐτὸν, τίς τε ὢν, καὶ πόθεν ἥκοι πρὸς αὐτούς*.

CAP. 20, 6.

Ὑμῖν. Diligenter hic velim codices excutiantur MSS. num qui sint, in quibus sit *ἡμῖν*· quod et decentius sit: et bis mox alterum pronomen, *ὑμέας, ὑμῖν*· quod profecto haud decorum.

CAP. 28, 1.

Corrupta hic lectio omnium MSS. *ἄνεως* vel

ἄνεος, correcta est in ἄνεσις· quae mihi correctio magis probaretur, si sequeretur: ἀλλ' ἤρχετο τὸ δεύτερον etc. Mihi in mentem jam pridem fuit haec conjectura: μετὰ δὲ οὐ πολλὸν χρόνον ἀνανέωσις κακῶν ἦν· quam confirmet sequens τὸ δεύτερον. Sic habebis certe hic, quod persaepe in Herodoteis, ut praecedentia verba (quae hic sint, ἀνανέωσις κακῶν ἦν) sequentibus reddantur (quae hic sunt, τὸ δεύτερον ἤρχετο κακὰ γίνεσθαι). Certe κακῶν ἀνανέωσις tunc est, cum κακὰ τὸ δεύτερον ἄρχεται. Si vera est nostra conjectura, sic fere progressa videtur corruptela. Saepe ultima vocis syllaba scribebatur per abbreviationem, (cujus rei, ut alii multa, ita ego quaedam in veteribus codd. MSS. observavi exempla). Jam fac sic scriptam vocem ἀνανεως· supra scripto signo, quod fuerit syllabae ις· qui istum codicem describeret librarius, illud signum potest vel praetervidisse, vel cum non intelligeret, omisisse: potest etiam cum scribere vellet ἀνανεως cum signo, a priori ν ad alterum transiluisse, et scripsisse ἄνεως cum signo syllabae ις· et hunc qui sequeretur librarius potest, cum illud non intelligeret, temere omisso isto signo, scripsisse ἄνεως.

CAP. 28, 6.

Ἰωνίης ἦν πρόσχημα. Eodem sensu σχῆμα Euripides Andr. 1, Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα· ubi schol. κάλλος, κόσμος, δόξα etc. Sic Juliano Damascus est ὁ τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸς in ep. XXIV. p. 145: Pindarum, credo, suum imitanti, cui Theronis sunt majores Σικελίας ὀφθαλμός in Ol. II. 14. Corinthus sic *Graeciae de-*

decus, quasi spectaculo exposita, Floro l. II. c. 16. Et sic explicem I. 1, τὸ δὲ Ἄργος τοῦτον τὸν χρόνον προεῖχεν ἅπασι (f. προεῖχε ἐν ἅπ.) τῶν ἐν τῇ νῦν Ἑλλάδι· quod sit, τὸ Ἄργος πρόσχημα ἦν τῆς Ἑλλάδος.

CAP. 31, 6.

Ἐξ αὐτῆς. Memorabilis est MS. F. lectio ἐξ αὐτῶν· quae nec probabiliter a magistro sit orta, nec σφάλμα censeatur. Praeter ea loca, ubi post urbis regionisve proprium nomen pronomen adhibetur, ad incolas relatum, (ut IV. 43, ἀπικόμενος ἐς Αἴγυπτον, καὶ λαβὼν νέα παρὰ τούτων· et in V. 63, (in cujus l. c. 66, ut vulgata, Ἀθῆναι - ἐν αὐτοῖσι, consentienti codd. MSS. lectioni ἐν αὐτῇσι cedere debent, ita tamen non ea est lectio, quae prava audiat). VIII. 120, 121: contra ὑποπτεύσας τοὺς Ὀλυνθίους ἀπίστασθαι, καὶ ταύτην ἐπολιόρκεε, in VIII. 127: ut pro αὐτέων in IX. 86, ego legi nolim ἀστέων· in Thucyd. I. 136, II. 93, III. 52, 79, IV. 1, VI. 31. 50; qua etiam in re Homerus praeivit in Il. Z. 225, ἐν Λυκίῃ, ὅτε κεν τῶν δῆμον ἵκωμαι· (quae Lucianus imitatur in Toxari T. II. p. 567, ἤδη ὦμεν φίλοι καὶ ξένοι, ἐμοὶ μὲν σὺ ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἐγὼ δὲ σοὶ, εἴ ποτε ἐς τὴν Σκυθίαν ἀφίκοιο) Pausan. p. 228, Σπάρτην - σφᾶς etc. Appianus saepe, ut T. I. p. 113, Καρχηδόνος - αὐτούς· p. 161, Νομαντίαν - αὐτοῖς· p. 275, Ῥώμην - ἐκείνους· etc.) conferri velim Herodoti haec, ᾗ ὁ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων etc. in III. 51, cui par hoc, ὅκου γένοιτο, τούτους παρελάμβανε, in IX. 1: Thucydidis, ναῦν - κελεύ-

λεύσονται in l. VI. 53. Raro habetur, quod in Pausan. p. 806, ἀνὴρ Μάγνης, οἱ τῷ Ἑρμῷ προσοικοῦσιν. Ut noster hoc loco, sic Xenophon Anab. V. 7, 14, τοῦτο (τὸ χωρίον) καταμαθὼν, ὅτι μικρὸν εἴη, ἔρχεται ἐπὶ αὐτούς. Sic κατ' ἣν ἂν πόλιν ἐξενειχθῇ, τούτους etc. Herod. II. 90.

CAP. 43, 3.

Λαΐου. Intelligenda fortasse vetera oracula Laio data. Saepe fiebat, ut oracula, alteri civitati regive data, alterius complecterentur fata.

CAP. 59, 4.

Τρίποσί τισι. Videtur legendum τρ. τρισί. Confusa τρὶς et τὶς in Eurip. Andr. 637. Neu quis credat, temerariam esse hanc mutationem et arbitrariam, e solo mutandi cupidine ortam, animum advertat ad sequentia: ὁ μὲν δὴ εἷς τῶν τριπόδων· quae cum aliis locis collata conjecturam reddunt probabilem, adfuisse in antecedentibus certum numerum. Vid. Eurip. Hipp. 1315, ἄρ' οἶσθα τρεῖς ἀρὰς ἔχων; ὧν τὴν μίαν παρεῖλες etc. Suppl. 238, τρεῖς μερίδες· οἱ μὲν ὄλβιοι, οἱ δὲ etc. Ipse Herodotus III. 60, ὅτι σφι τρία ἐστὶ - - - - τοῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τριῶν· δεύτερον δὲ - - - - τρίτον δὲ etc. IX. 84, τριξὰς ἐποιήσαντο θήκας· ἐν μὲν δὴ ἑνὶ τῶν τάφων etc. Xenophon. Cyrop. VII. 1, 24, τρεῖς φάλαγγες - - - - ἡ μὲν μία etc. Anabas. VI. 3 (5), 11, τρεῖς ἀφελὼν τάξεις, τὴν μὲν - - - - τὴν δὲ etc. Plato Phil. p. 159, τὰ τρία διελόμενοι· τὰ δύο τούτων etc. p. 160, τὰ τρία ταῦτα εἴρηκα·

ἓν μὲν γὰρ - - ἓν δὲ καὶ δεύτερον - - - - τρίτον δὲ etc. p. 166, *τί θῶμεν τριττοὺς ἡμῖν βίους· ἕνα μὲν - τὸν δὲ - τὸν δὲ* etc.

CAP. 60, 5 sqq.

Sic haec videntur interpungenda: *Σκαιὸς δ' ἂν εἴη ὁ Ἱπποκόωντος, (εἰ δὴ ὁ. γ. ἐ. ὁ. ἀ. κ. μ. ἀ. τ. ὁ. ἐ. τῷ τ. Ἱπποκόωντος) ἠλ. κ. Οἰ. τ. Λ.* Pausaniae vide p. 457, 9 sqq. p. 672, 16 sqq.

CAP. 67, 12.

Forsitan sit antiquitus in his etymologia quaesita vocis *βασιλεύς*, ut eam derivarent a *βάσις* et *λαὸς*, ipsumque *λαὸς* a *λάας*, *lapis*. Sic sit oppositio inter eum, qui est quasi *βάσις τῶν λαῶν*, et eum, qui populi est *λευστήρ*. Ille sit Adrastus, quo quasi basi nitantur civitatis lapides (cives); hic Clistenes, qui lapidibus obruat cives. Confer oraculum, Eetioni datum, in cap. 92,

Λάβδα κύει· τέξει δ' ὀλοοίτροχον· ἐν δὲ πεσεῖται
ἀνδράσι μουνάρχοισι.

Si praesertim observes *ὀλοοίτροχον* illud eo esse referendum, quod supra dictum, Eetionem esse *τὰ ἀνέκαθεν Λαπίθην (λᾶς)* et *Καινίδην (καίνειν)*. Quid, quod et in voce *Λάβδα* significatio inest *τοῦ λᾶς*· quae praesertim partu sit editura *ὀλοοίτροχον*· atque Eetion sit *ἐκ δήμου Πέτρης*.

CAP.

CAP. 68, 5.

Αὐτὰ τὰ τελευταῖα. Codex ſit velim MS. in quo legatur *τὰ αὐτὰ*, *eadem*. Dicatur ſic Clisthenes nomina tribubus dedisſe, a *variis* ducta animalibus, terminationem vero omnibus indidisſe *eandem* (*άται*).

CAP. 69, 7.

Πάντα. Ego Herodotea ſi edam, hoc et ipſe teneam: videndum vero, ſitne librorum tantum non omnium lectio *πάντων* ex hac orta, *πάντ' ὦν·* et haec ex *πάντα ὦν*. Vide praeter alia multa lect. MS. Pd. in V. 105, 7.

CAP. 72, 21.

'Αχαιὸς etc. Nam veterum ſuperſtitio in hoc nomine omen quaerebat, quod in ea inesſet vox *ἄχος*. Homero ſunt *δυσώνυμοι υἷες 'Αχαιῶν* in Il. Z. 255. Vid. Euſtath. p. 499, 41. Nomen quoque Achillis derivare nonnulli veteres Grammatici voluerunt, *ἀπὸ τοῦ ἄχος τοῖς 'Ιλιεῦσιν·* alii *ἀπὸ τοῦ ἄχος ἰάλλειν·* ſcribentes illi *'Αχιλεὺς*, hi *'Αχιλλεὺς*, apud Euſtath. p. 11, 21 ſqq. In nomine *Παίονες* vox *Παιών* V. 1. Et ſic in Aristoph. Pac. 452, ubi aliquis dixerat,

ἰὴ παιὼν, ἰή.

alter, ne esſet male ominata vox in pace *παίω*,

ἄφελε τὸ παίειν ἀλλ' ἰὴ μόνον λέγε.

Ut et in vs. 924 ſq. vox *βοῦς* evitatur, ne opus ſit *βοηθεῖν*. Ad quod omen animum non ad-

advertens Cleomenes Herodoto dicitur τῇ κλεηδόνι οὐδὲν χρᾶσθαι.

CAP. 79, 5.

Ἀπελθόντων etc. Vertunt haec, quasi scriptum esset, ἀπελθόντες θεόπροποι. Potius sic intelligas: ἀπελθόντων ὧν θεοπρόπων, (Thebani magistratus, οἱ Θηβαῖοι) ἐξέφερον etc.

CAP. 85, 2.

Ἀπαίτησιν. Sic legitur: verum ea fecerunt Athenienses non post ἀπαίτησιν· nam post ἀπαίτησιν responsum ab Aeginetis tulerant, σφίσι τε καὶ Ἀθηναίοισι εἶναι οὐδὲν πρῆγμα. Sed fefecerunt ea post quam illud responsum tulerant; fecerunt igitur post τὴν ἀπάρνησιν. Nec tamen quidquam novandum censeam contra veterum codicum auctoritatem.

CAP. 91, 23.

Σφέας. Legendum videtur σφέα --- ἀκεόμενοι. Nam verbum ἀκέομαι absque pronomine sensum offendit, nec usquam habetur: et verbum τίσασθαι absque pronomine modo vidisti c. 77, Ἀθηναῖοι τίννυσθαι βουλόμενοι· et cap. 90, ἐς τιμωρίην παρασκευάζεσθαι. Suspicor σφέας esse ortum e corrupta plurium codicum lectione ἀπικόμενοι pro ἀκεόμενοι.

CAP. 92, 90.

Πολλῷ δ' ἔτι πλείστους. Facilis est conjectura,

ra, πολλῷ δ' ἔτι πλέους. Nam locutionem πολλῷ ἔτι πλείστους non memini me legere. Si πλείστους verum, legam tamen sic, πολλὸν δέ τι πλείστους.

CAP. 92, 141.

Τότε αὐτίκα. Legam τό τε αὐτίκα· (vel τότε τε αὐτίκα) -- νῦν τε δὴ etc. — In vs. 146. οὐκῶν ἢν μὴ παύσησθε etc. veram judico lectionem MSS. Arch. et Vind. οὔκων παύσεσθε· quam ego, mi lector! reponi ante volui, quam in illis esse scirem, e cap. 118. l. IV, οὔκων ποιήσετε ταῦτα· ἡμεῖς μὲν etc.

CAP. 94, 6.

Κρατήσας δὲ αὐτοῦ, κατ. Melius credo sic legas: κρατήσας δὲ, αὐτοῦ κατ.

CAP. 107, 1.

Non tam miror, non esse receptam codicis MS. lectionem, ταῦτα διέβαλε absque λέγων, quam ne commendatam quidem: adeo olet ea elegantiorem Graecismum. Vide VIII. 22, ἐπεί τε (ταῦτα) ἀνενειχθῇ καὶ διαβληθῇ πρὸς Ξέρξεα· Thucyd. VI. 83, ἐξ ὧν οἵδε τε διαβάλλουσιν· Xenoph. Cyrop. I. 5, 3, τὰ μὲν διαβάλλων τοὺς Μήδους· Anab. VII. 5, 8, ὁ μὲν γὰρ Ἡρακλείδης καὶ τοῦτο διαβεβλήκει. Leges tamen in VIII. 110, Θεμιστοκλέης μὲν ταῦτα λέγων διέβαλλε· in IX. 116, λέγων δὲ τοιάδε Ξέρξεα διεβάλετο. Sed Aristoph. Eq. 708, διαβαλῶ

πλεί-

πλείονα. cujus vid. et Eq. 1354, οἵ σε ταῦτ' ἐξηπάτων. Homerus Il. Γ. p. 324,

τί με ταῦτα λιλαίεαι ἠπεροπεύειν.

CAP. III, 7.

Καὶ ποσί. Vera mihi lectio cod. Ask. χερσί. Nam primo, si verum ποσί, undenam χερσί; quod certe ita est elegans, ut a librario non exspectes. Contra si χερσὶ genuinum, intelligitur ex arido illud magistrorum penu esse, quibus displiceret vox de equo adhibita, solita de homine adhiberi: ut in III. 109 pro, οἱ ὄφιες ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα τῶν τέκνων· cum τὰ τέκνα non probaretur de serpentibus dictum suppositum ei in plerisque libris scriptis, τῶν ὀφίων. Praeterea falso narratur iste isse equus fecerit, quod fecisse narratur, pedibus. Quippe fecit id pedibus anterioribus, qui Herodoto hic sunt αἱ χεῖρες. Plutarch. T. II. p. 927 (pr.) D. διὰ τί τὴν ἄρκτον φασὶ τὴν χεῖρα γλυκυτάτην ἔχειν; p. 929, A. ursa μᾶλλον ἰσχύουσα ταῖς χερσὶ ῥήγνυσι καὶ διασπᾷ τὸν βρόχον. — Sequentia sic mihi placent e MS. πρὸς τὸ ἂν πρ. quod τὸ in pluribus suspicor codd. MSS. repertum iri, si diligentius excutiantur. Fortius multo πρὸς τὸ ἂν πρ. quam πρὸς τὸν ἂν πρ. In II. quoque cap. 2, 11, vera mihi est MSS. lectio μηδὲν pro μηδένα.

CAP. 118, 12.

Ἵνα - μένειν ἄν. Ubi in I. c. 63 legitur, ὅκως μήτε ἀλισθεῖεν ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι, διασκεδασμένοι τε εἶεν, nemo, credo, de illa lectione dubita-

tabit, quin vera sit, qui haec recordetur: IV. 94, οὔτε ἀποθνήσκειν ἑαυτοὺς νομίζουσι, ἰέναι τε τὸν ἀπολλύμενον etc. ubi non bene V. Cl. ἰέναι δέ· in IV. 125, οὔτε πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο, ἔφευγόν τε· VII. 8, οὔτ' αὐτὸς κατηγήσομαι, - - παραδεξάμενός τε· id est, qui stilus est Herodoti, αὐτὸς μὲν οὐ κατ. - - παραδ. δὲ etc. cap. 37, οὔτε ἐπινεφέλων ἐόντων, αἰθρίης τε τὰ μάλιστα· cap. 208, οὔτε γάρ τις ἐδίωκε, ἀλογίης τε ἐνεκύρησε πολλῆς· VIII. 26, οὔτε ἠνέσχετο σιγῶν, εἶπέ τε ἐς πάντας τάδε· I. 119, οὔτε ἐξεπλάγη, ἐντός τε ἑωυτοῦ γίγνεται· IX. 102, οὔτε ἔτι πρὸς ἀλκὴν ἐτράποντο οἱ βάρβαροι, πρὸς φυγήν τε ὁρμέατο. Sic autem et hoc loco scripsisse Herodotum credo, ἵνα μήτε ἔχοντες - - αὐτοῦ τε μέν. ἄν. etc. et Pausanias, credo, p. 737, 20, οὔτε κατὰ χώραν μένειν ἐθέλοντες, ἐνδιδόντες δὲ etc. vix dubitabitur, quin scripserit ἐνδιδόντες τε.

CAP. 118, 16.

Δηλαδὴ ἢν etc. Haec lectio correctoris manum olet. Retineam veterem, quae plurium est codd. MSS. δηλαδὴ, ἵνα, ἢν etc. Sic in I. 209, καὶ ποίεε ὅκως, ἐπεὰν etc. ὥς μοι· III. 71, ἴστε ὑμῖν ὅτι ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρα, ὡς οὐκ ἄλλος etc. ubi vides, etsi praecessit ὅτι, tamen legi etiam ὡς. ut et in IX. 6, προεῖπαί τε, ὅτι εἰ μὴ ἀμυνέουσι Ἀθηναίοισι, ὡς καὶ αὐτοὶ etc. Sic et Xenophon Cyri disc. V. 3, 30, καὶ ἐκεῖνο ἐννοεῖται, ὡς, εἰ οἱ μὲν etc. ὅτι ὡς τάχιστα etc. Ac sic Hist. Gr. VI. 5, 13, γνόντες, ὡς, εἰ μὴ etc. ὅτι etc. Huc pertinet, quod interdum, quamvis oratio incipiat ab

ab ὡς, tamen sequatur accusativus cum infinitivo, ut in III. 32, Αἰγύπτιοι δὲ φασὶ, ὡς τραπέζῃ περικατημένων, λαβοῦσαν θρίκαδα — περιτῖλαι· in I. 207 pr. VII. 226, ὡς, ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ἀποκρύπτουσι, receptum a Schaefero e MS. ἀποκρύπτειν. Et in VI. 70, Φὰς ὡς ἐς Δελφοὺς, χρησόμενος τῷ χρηστηρίῳ, πορεύεται· bona videtur lectio MS. Arch. πορεύεσθαι· ut in IX. 33, σημαίνων σφι, ὡς, ἤν μιν πολιήτην σφέτερον ποιήσωνται, ποιήσει ταῦτα, codd. MSS. ποιήσειν.

CAP. 121, 4.

Ἐλόχησαν τὴν ὁδόν· ἐς τὴν ἐμπεσόντες etc. sic si legas et linguam spectes, ἐς τὴν erit ἐς τὴν ὁδόν· quod non potest. Et bene editores haec verterunt: *in eas insidias: collocaverunt insidias, in quas* etc. qui ad τὴν videntur intellectum voluisse, ἐνέδρην· quod vix probabunt Graecam linguam docto. Nam ubi sic Graeci e verbo volunt nomen peti suppressum, semper id nomen ejusmodi est, ut ejusdem sit, ac verbum, originis. Ipse Herodotus mox, τοῦ δὲ λόχου τούτου. Sic in VII. 34. ἐγεφύρεον τοῖσι προσεκέετο· τὴν μὲν -- τὴν δὲ etc. intelligi voluit τὴν γεφύρην e verbo ἐγεφύρεον, coll. c. 36, 3 sqq. Thucydides in his, ἢ μέλλοντες πολεμήσειν, ἢ ἐν αὐτῷ ἤδη ὄντες, in l. I. 22, nomen πόλεμος e verbo peti voluit πολεμεῖν· in l. I. Herodotus cap. 90, στρατεύεσθαι ἐπὶ Πέρσας, ἀπ' ἧς οἱ etc. nomen στρατιῆς omisit, e verbo στρατεύεσθαι repetendum. In IV. 110, 16 sq. ἐντυχοῦσαι ἱπποφορβίῳ -- ἐπὶ τούτων ἱππαζό-

ζόμεναι· in V. 92, 19, ἦν ὀλιγαρχίῃ, καὶ οὗτοι· id est, οὗτοι οἱ ὀλίγαρχοι· quibuscum conferatur l. II. c. 65, Αἴγυπτος οὐ μάλα θηριώδης ἐστί· τὰ δὲ ἐόντα· id est θηρία· ut in Aristophanis Ran. 1281, μελοποιὸν καὶ ποιοῦντα ταῦτ' ἀεί· hoc ταῦτα est, ταῦτα μέλη· Eccl. 588, γεωργεῖν πολλήν. Ut suspicere, etiam hic scriptum auctori ἐς τὸν ἐμπ. nempe λόχον, quam omissionem librarii non intelligentes, τὸν mutaverint in τὴν (ὁδόν.) Sic in VIII. 6, καὶ ἐναυμάχησαν· ἐγένετο δὲ ὧδε, nempe ἡ ναυμαχία· et in VIII. 29, οὐ μνησικακέομεν, ἀλλὰ ἡμῖν γενέσθω ἀντὶ αὐτέων etc. id est, τῶν κακῶν. (Contra e substantivo verbum reliquit subintelligendum in VI. 105, ἐόντα ἡμεροδρόμον, καὶ τοῦτο μελετῶντα.) Lucian. T. I. p. 234, μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ 'Ρέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα· id est, ἐν αὐτῇ τῇ μανίᾳ. T. III. p. 75, κεράστας, οἷα — ἐρίφοις ὑποφύεται· id est, οἷα κέρατα. In Herodoti l. VII. c. 196, ὁ ναυτικὸς στρατὸς πάρεξ τῶν πεντεκαίδεκα νεῶν· hoc νεῶν a quinque codd. abest MSS. facile petendum e voce ναυτικός. Quod Pausanias p. 855, φόβος σφίσιν ἐμπίπτει πανικός· τὰ γὰρ ἀπὸ αἰτίας οὐδεμιᾶς δείματα ἐκ τούτου φασὶ γενέσθαι, intelligi voluit, ἀπὸ τούτου τοῦ Πανός, ex adposito πανικὸς petendum; conferri id possit cum Eurip. Hec. 23, ἐπεὶ πατρῷα ἑστία κατεσκάφη, αὐτός τε πιτνεῖ· id est, αὐτὸς πατήρ· et cum Platonis his: δοκῶ μοι τὸ τοῦ 'Ιβυκείου ἵππου πεπονθέναι, ᾧ ἐκεῖνος etc. Rarum hoc Luciani T. II. p. 214, Πελλαία ἦν ἐκείνη, πάλαι μὲν εὐδαίμονος χωρίου· quasi dixisset, ἐκ Πέλλης. Perrarum quod in Sophoclis Oed. Col. 764, τῆς

ἐμῆς

ἐμῆς ἐπεισόδου· ὃν μὴ ὀκνεῖτε· quod ὃν refertur ad ἐμὲ, petendum ex ἐμῆς (ἐπεισόδου). In Herodoti sic V. 82, ἐδέοντο Ἀθηναίων ἐλαίην σφι δοῦναι ταμέσθαι, ἱρωτάτας δὴ κείνας νομίζοντες εἶναι· illud κείνας, quia praecessit τῶν Ἀθηναίων, ita accipiendum, quasi esset Ἀττικάς.

AD LIBRUM VI.

CAP. 4, 4.

Ὁ δὲ Ἕρμιππος πρὸς τοὺς etc. Veram judico lectionem cod. MS. Paris. ὁ δὲ Ἕ. γνοὺς, πρὸς τοὺς etc. quam in aliis quoque repertum iri suspicor. Nam unde, quaeso, si non genuinum? excidere autem, ut alia multa, facile potuit. Et in talibus ejusmodi aliquod verbum additur, ut Thucyd. I. 132 ult. Nepot. Paus. IV.

CAP. 5, 5.

Οἷα ἐλευθερίης γευσ. Receptum e duobus MSS. οἷά τε ἐλ.. si quid ego cerno, male. Nam οἷά τε semper vel est δυνατόν· quod saepe habetur: vel si est *quippe*, eo est additum τε, quod sequitur huic τε respondens καὶ vel τε, ut V. 11, 9. Itaque hoc loco οἷα, cum nec dictum sit pro δυνατόν· nec habeat sibi respondentem copulam, (nam illa καὶ δὴ νυκτὸς etc. novam ordiuntur periodum) particulam τε post οἷα, si vel major codicum pars habeat, tamen eji-

ejiciam, quam repudiet lingua. Etiam in V. 93, 6, male receptum e duobus MSS. οἷά τε. Bene MS. Arch. (ut suspicor, et alii) in II. 175; 24.

CAP. 19, 11.

Oraculi ultimus versus mihi videtur corruptus. Citato oraculo Herodotus addit, ταῦτα τοὺς Μιλησίους κατέλαβεν. Jam ταῦτα sunt, quae Pythia praedixerat; a qua praedicta cum eventu comparat Noster. Quod illa dixerat, τότε Μίλητε, πολλοῖσιν δεῖπνόν τε καὶ ἀγλαὰ δῶρα γενήσῃ, hic evenisse monet, ὁπότε ἄνδρες μὲν οἱ πλεῦνες ἐκτείνοντο ὑπὸ τῶν Περσέων, quod illa dixerat futurum, σαὶ ἄλοχοι πολλοῖσι πόδας νίψουσι, hic factum dicit, ὁπότε γυναῖκες καὶ τέκνα ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ἐγίνοντο. Atque adeo in hoc vaticinium cum eventu examussim conveniebat, quod expugnatores promissos haberent capillos. Quae autem de templo Pythia praedixerat, his quoque Herodotus eventum respondisse monet, quod τὸ ἱερὸν τὸ ἐν Διδύμοισι, καὶ ὁ νηός τε, καὶ τὸ χρηστήριον συληθέντα ἐνεπίμπρατο. At in ipso versu, ut legitur,

νηὸς Διδύμοις ἄλλοισι μελήσει·

nulla ejusmodi sententia inest; qui adeo potius significare videtur, templo alios fore, qui consulerent; idque ita urbis fato iri ereptum. Pro ἄλλοισι legam δαλοῖσι·

νηὸς δ' ἡμέτερος Διδύμοις δαλοῖσι μελήσει.

facibus tradetur, facibus curae erit, incen-

dio delebitur. Sic δαλοῖσι μελήσει erit, quod πυρὶ δοθήσεται, coll. oraculi in VII. 140 versu 8;

πολλοὺς ἀθανάτων νηοὺς μαλερῷ πυρὶ δώσει.

Pausaniae p. 888, 5, τὸ ἱερὸν ἔδωσαν πυρί. Herodotea e l. I. respiciens Lucianus T. II. p. 636, Croesi filium, inquit, ἡ Μοῖρα παραδώσει τῇ αἰχμῇ. Qui T. I. p. 188, ἔστ' ἂν ὁ ἀετὸς καταπτῇ ἐπιμελησόμενός σου τῷ ἥπατι· quae verba Mercurii sunt ad Prometheum. Homeri Il. K. vs. 523, ubi Ulysses ad Diomedem,

ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δὲ μοὶ ἵπποι·

duorum malorum medicorum, deliberantium, uter hominum medicum ageret, uter equorum; cum uterque in eadem urbe eandem artem facere non possent, alter χαριέντως alteri dixit: equorum tu sis medicus, hominum ego:

ἠὲ σύ γ' ἄνδρας ἔναιρε, μελήσουσιν δὲ μοὶ ἵπποι.

Sic quae brevi moritura est, dicitur τῷ θανάτῳ μέλημα, Aristophani Eccl. 899: ὁ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σόρῳ ἔχων, ut Lucian. T. I. p. 821, 54. Forsitan Comici locus sic sit capiendus, ut anus dicatur Plutonis amasia, ut Sappho apud Julianum in epp. p. 136, 4 sqq. ἵνα σὲ τὸ μέλημα τοὐμὸν περιπτύξωμαι. Quod autem dixi, δαλοῖσι μελήσει sensum sic aequare locutionis πυρὶ δοθήσεται, confer Dionys. Halic. T. I. p. 31, 10, κατακλιθεὶς ἔδωκεν αὑτὸν ὕπνῳ. p. 205, 11, ἀμελείᾳ παρέδωκε τὸ πραχθέν. p. 364, 44, τὸν χάρακα πυρὶ δούς. p. 582, 45, ἀναπαύσει τὰ σώματα δόντες. p. 635, 30, ὀλιγωρίᾳ αὐτὰ παραδόντες. p. 642, 45, ὑφῆπτον, ἀνέμῳ

μῷ παραδιδόντες τὰς φλόγας ἐπιφόρῳ. Unde conjectura confirmatur in Euripid. Troad. 535, δώσων θέᾳ pro θεᾷ, coll. Dionysii etiam Halic. T. I. p. 552, 13, πολὺ τὸ ἄνοπλον εἵπετο κατὰ θέαν. p. 671, 24, πᾶσα ἡ φυλάττουσα δύναμις ἐτράπετο κατὰ θέαν τοῦ ἀγῶνος. Aelian. V. H. II. 44, ἐπὶ θέαν συνειλεγμένοι· l. XII. 58, ἀπήντησε τῇ θέᾳ.

CAP. 22, 1 sq.

Τοῖσί τι ἔχουσι. Non videtur movendum. Non soli οἱ παχεῖς insula excesserunt, sed omnes, qui non essent plane inopes, οἵ τι ἔχοντες. Convenit fere, quod in Appiani est T. I. p. 780, ubi, Piratae, inquit, quos cepissent, omnes interficiebant: sed τοὺς ἄνδρας, οἷς τι πλέον εἴη ἐπὶ λύτροις ἀπῆγον. Quid? quod Pausanias dixit p. 7 pr. εἰκόνες χαλκαῖ καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν, ὅσοις τι ὑπῆρχε. Ubi ὅσοις τι ὑπῆρχε est, quod hic οἵ τι ἔχοντες.

CAP. 27, 12.

Ἐς γόνυ τὴν πόλιν ἔβαλε. Eleganti locutione prae aliis Appianus delectatus est, qui ἐς γόνυ βαλεῖν dixit T. I. p. 434, T. II, p. 378: ἐς γόνυ ῥίπτειν T II. p. 421: ἐς γόνυ κλῖναι T. II. p. 435: ἐς γόνυ πεσεῖν T. I. p. 379. Aelian. V. H. III. 17, τὴν πατρίδα, οὐ (τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο) εἰς γόνυ πεσοῦσαν, ἀλλ' ἐπὶ στόμα.

CAP. 29, 4.

Τότε δὴ ἔργον etc. Legendum videtur τό τε. Nam et ἔργον sic sibi semper additum habet articulum; et sic solet Herodotus copulas adhibere τὲ et καί. Vid. c. 32, ταῦτά τε δὴ ἐποίευν, καὶ τὰς πόλιας ἐνεπίμπρασαν· c. 39, Μιλτιάδης τε δὴ ἴσχει τὴν Χερσόνησον, καὶ γαμέει etc. c. 49, οὗτοί τε δὴ παρεσκευάζοντο ταῦτα, καὶ τοῖσι etc. c. 134, πρὸς τῇσι θύρῃσί τε γενέσθαι, καὶ πρόκα· c. 139, ἦλθόν τε δὴ ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ δίκας ἐπαγγέλλοντο· ubi τε male abest a cod. MS. l. VII. 6, οὗτός τε δὴ προσεφέρετο, καὶ οἱ Πεισιστρατίδαι etc. c. 23, κάτω τε δὴ ἐγίνετο, καὶ ἐξισοῦτο etc. c. 217, ἠώς τε δὴ διέφαινε, καὶ οἱ ἐγένοντο ἐπ' ἀκρωτηρίῳ· VIII. 56, νύξ τε ἐγίνετο, καὶ ἐσέβαινον ἐς τὰς νέας· c. 65, ἡμέρη τε ἐγίνετο, καὶ σεισμὸς ἐγένετο· l. II. 163, ἔν τε δὴ Μωμέμφι ἐγένοντο ἀμφότεροι, καὶ πειρήσεσθαι ἔμελλον ἀλλήλων. Unde in VI. 63, 10, e cod. recipiam, ὅ τε παῖς αὔξετο, καὶ τῷ Ἀρίστωνι -- μετέμελε. Pausan. p. 96, ἡμέρα τε ὑπεφαίνετο, καὶ οἱ Μεγαρεῖς ἐπῄεσαν. Dubio mihi caret lectio MSS. in Herod. VI. 23, 2, Σάμιοί τε -- καὶ Ζαγκλαῖοι etc.

CAP. 41, 8.

Τὴν δέ οἱ πεμπτὴν τῶν νεῶν καθεῖλον. Jure mihi videntur dubitare, an genuinum sit verbum καθεῖλον· quod quidem magis suspectum reddet locorum collatio in Herodoteis, in quibus hoc verbum legitur. Memor saepe in Historici nostri stilo abundare copulam καί· saepeque hoc in κατὰ esse corruptum, scribendum suspicor, τὴν δέ

δέ οἱ πεμπτὴν τῶν νεῶν καὶ εἷλον. Sic in V. 98, -- ἀπεδίδρησκον ἐπὶ θάλασσαν· οἱ δέ τινες αὐτέων καὶ κατέμειναν ἀῤῥωδήσαντες. quod καὶ male abest a MS. l. VII. 181, τὴν μὲν δὴ Τροιζηνίην νῆα αὐτίκα αἱρέουσι· -- ἡ δὲ Αἰγιναίη - καὶ τινά σφι θόρυβον παρέσχε· in III. 149, τὴν Σάμον παρέδοσαν οἱ Πέρσαι, ἐρῆμον ἐοῦσαν ἀνδρῶν· ὑστέρῳ μέντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ στρατηγὸς Ὀτάνης. c. 233, ὡς γὰρ αὐτοὺς ἔλαβον οἱ βάρβαροι ἐλθόντας, τοὺς μέν τινας καὶ ἀπέκτειναν προσιόντας, τοὺς δὲ πλεῦνας etc. ubi si ἔκτειναν non ἀπέκτειναν Herodotus scripsisset, in plerisque nunc codd. lectum iri auguror κατέκτειναν pro καὶ ἔκτειναν· et in l. VIII. 10, ὅσοι μέν νυν τῶν Ἰώνων ἔσαν εὔνοοι τοῖσι Ἕλλησι, -- ὅσοισι δὲ καὶ ἡδομένοισι ἦν τὸ γενόμενον· et c. 115, λιμός τε τὸν στρατὸν καὶ δυσεντερίη κατ' ὁδὸν ἔφθειρε, τοὺς δὲ καὶ νοσέοντας αὐτέων κατέλιπε· ubi frustra est, qui τοὺς δὲ κάρτα νοσ. legat. (Perraro ita abundat copula, ut in I. 2, διαπρηξαμένους καὶ τὰ ἄλλα· sic tamen etiam in IV. 48, ποταμῶν καὶ ἄλλων ἐς αὐτὴν ἐκδιδόντων.). Unde mihi quidem haud displicet lectio MS. in VII. 233, ὡς δὲ εἶδον, οὕτω δὴ καὶ τῶν σὺν Λ. etc. ubi vulgo non legitur καί. Sed in VI. 36, κελευούσης δὲ καὶ τῆς Πυθίης, non mirabor, si quis ejici velit, quae a cod. absit MS. Atque Herodotus copula καὶ sic utitur, ut nullus alius Graecus scriptor. In VII. 112, 3, τῶν καὶ temere mutatum in τῶν δέ· in IX. 239, 19, ἐπεὶ δὲ καὶ ἀπίκετο, male abest καὶ a quibusdam libris. Vide ad III. 10, 14. c. 53. 27. Stob. ad c. 72, 18. cod. F. in c. 77, 6. vulg. lect. in 102, 3. in IV. 82, 3. c. 113, 4. V. 101, 4. V. 111, 18.

cod.

cod. F. in V. 113, 5, quae quidem lectionem vulgatam defendunt in VI. 36, 1. Sunt autem καὶ et κατὰ permutata in κατότι, et καὶ ὅτι in VII. 2, in κατύπερθε et καὶ ὑπ. VII. 36, 23, in aliis: vide ad VII. 50, 23, ad I. 87, 9, III. 108, 3, (cujus ad libri cap. 126, 2, Valckenario accedo) ad V. 3, 8, c. 92, 103, c. 111, 4. In II. 174 pro καταλίσκετο bene editum καὶ ἁλίσκετο. Xenophon Gr. Hist. II. 1, 28, τοὺς πλείστους ἄνδρας ἐν τῇ γῇ ξυνέλεξαν· οἱ δὲ καὶ ἔφυγον ἐς τὰ τειχύδρια. l. III. 2, 17, οἱ μέν τινες ἀπεδίδρασκον, ὅσοι δὲ καὶ ἔμενον etc. Dionysius Halic. T. I. p 432, 39, ὧν οἱ μὲν ἀνέστησαν αὖθις, οἱ δὲ καὶ διέμειναν. Joseph. A. J. I. 5, τῶν ἐθνῶν ἔνια διασώζει -- ἔνια δὲ καὶ μετέβαλαν· c. 9, 1, τοσούτου στρατοῦ περιγενόμενοι· ὁπόσοι δὲ αὐτῶν καὶ διέφυγον etc.

CAP. 50, 12.

Quae in MS. est Parif. lectio, εἴρετο τὸν Κρῖον, ὅ τι εἴη τὸ οὔνομα, non talis quidem est, quae ex uno praesertim codice MS, anteponatur vulgatae; nec tamen omnino repudianda: *quaesivit e Crio, quid nomine*, quod illi esset, *significaretur*. Certe ab hac lectione haud alienum, et quod articulus adest, τὸ οὔνομα, et quod sequitur, verbum φράζειν· ὁ δὲ τὸ ἐὸν ἔφρασέ οἱ. Nam ad vulgatam lectionem, ὅ τι οἱ εἴη τ. οὔ, quadraret verbum λέγειν· ὁ δὲ τὸ ἐὸν ἔλεγέ οἱ.

CAP. 52, 36.

Λαβόντας δὲ etc. Accipiunt haec ita, ut

λα-

λαβόντας sit, *quam sumsissent*; et hoc verbum regat accusativum τὸ παιδίον. Equidem λαβόντας accipiam, ut λαβεῖν in vs. 34, et τὸ παιδίον accusativum, quem regat verbum τρέφειν in vs. 38: φυλάξαντες τὴν μητέρα τ. Ἀρ. παίδων λαβεῖν - - λαβόντας δὲ (αὐτὴν), τὸ παιδίον - - τρέφειν.

CAP. 62, 2.

Ὁ ἔρως. Articulus bene abest a tribus codd. Natum eum suspicor e supra scripta sic lectione, ἔρως.

CAP. 84, 9.

Πειρᾷν. In omnibus hoc codd. MSS. in multis in V. 85, 5. Et sic plures, ut Sophocles in Oed. Reg. 399, ὃν δὴ σὺ πειρᾷς ἐκβαλεῖν. Theophrast. Char. c. IV. πειρᾷν λαθεῖν. Quod in Euripidis Med. 939 cod. Flor. πειράσαι δὲ χρή· id in Parisinis non haberi, ipse vidi. Egit de hoc ad Homeri Il. Eustath. p. 338, 31 sqq.

CAP. 86, 60.

Τὸ πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ etc. Si vel pateret, quidnam hic esset, πειρηθῆναι τοῦ Θεοῦ, non tamen intelligas, qui illa cohaereant cum sequentibus, καὶ τὸ ποιῆσαι. Nam sic lingua postulabit, ut subintelligatur, καὶ τὸ ποιῆσαι τὸν θεόν. Quod quid quaeso est? Nec ἐπειρήθη τοῦ Θεοῦ Glaucus, sed ἐπειρήθη ἀδικεῖν· a Deo vero ve-

vetitus οὐκ ἐποίησε. Legendum credo, τὸ πειρηθῆναι τῷ Θεῷ, καὶ τὸ ποιῆσαι, ἴσον δύναται, *Deo aeque valet, flagitium commiseris, an tentaveris:*

nam scelus intra se tacitum qui cogitat ullum,
facti crimen habet:

ut praeclare Juvenal. Sat. XIII. 209: atque, ut Democrates, δόκιμος ἀνὴρ καὶ ἀδόκιμος οὐκ ἐξ ὧν πράσσει μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ὧν βούλεται· *nisi forte, quia perfecta res non est, non fuit punienda: perinde quasi exitus rerum, non hominum consilia legibus vindicentur*, ut Cicer. p. Mil. c. 7. — Est autem elegantissimus ille usus dativi, quo τῷ Θεῷ δύναται est dictum pro τῷ Θεῷ δύνασθαι δοκεῖ, quem usum observasti etiam in I. 194, τὸ ἁπάντων θῶυμα μέγιστον μοί ἐστι, id est ἐμοὶ δοκέει εἶναι. (Pausan. p. 64, ἅ μοι θαυμάσαι μάλιστα παρέσχεν.) Gronovio non intellectum in VIII. 135, τόδε δὲ θῶμά μοι μέγιστον γενέσθαι λέγεται· id est, ἐμοὶ δοκοῦν εἶναι· bene accepit Schweighaeus. qui tamen Appiani haec T. II. p. 717, ἀμείνονες ὑμῖν ἦμεν Ἀττάλου· quae vertit: *meliores nos experti estis*, quasi legeretur εἰς ὑμᾶς· melius, credo, sic versurus fuerit: *meliores vobis esse videbamur; meliores nos judicabatis.* Sic in Sophoclis Antig. 1177, ὥς ἐμοί ποτε, recte Schol. interpretatur, λείπει ἐδόκει. Euripidis est Medeae vs. 580, ἐμοὶ ζημίαν ὀφλισκάνει, id est, ἐμοὶ δοκεῖ ὀφλισκάνειν. Illius Schol. Oed. Tyr. 31, ὅ τι σοι εὔκαιρόν ἐστι, explicat, ὅπερ εὔκαιρον νομίζεις. et ejusdem fabulae, γονεῦσι ἔμφρονες, est γ. ἐ. εἶναι δοκοῦμεν. et vs. 624,

καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν·

est

est dictum pro καλῶς λέξαι δοκεῖ τῷ εὐλ. π. Est enim dativus ille, quod παρ' ἐμοὶ in I. 32, οὗτος παρ' ἐμοὶ τὸ οὔνομα τοῦτο δίκαιός ἐστι φέρεσθαι. Quod in VII. 16 legitur, Ἶσον ἐκεῖνο παρ' ἐμοὶ κέκριται· ſic brevius dici potuit, Ἶσον ἐμοὶ ἐκεῖνο. In l. III. 160 lectum, παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, comparari poterit cum Eurip. Alc. 804, ὥς γ' ἐμοὶ χρῆσθαι κριτῇ· et Luciani, qui dicitur, Charidemus citari T. III. p. 629, παρ' ἀθανάτοις κριταῖς· T. II. p. 596, εἰ ἦν τὰ πράγματα ἐν ὄνῳ δικαστῇ. Cum nostro, τῷ Θεῷ Ἶσον δύναται, confer. Thucyd. IV. 95, τὸ Ἶσον πρὸς τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας δύναται. Eurip. Stobaei p. 228, ἐν ἐμοὶ κρίνοιτο ἄν· παρ' ἡμῖν idem ibid. p. 367. apud Plutarch. T. II. p. 116, ult. ἐμοὶ γοῦν κριτῇ. p. 1096, F. οὐχ ἡμῖν γε κριταῖς. Julianus epp. p. 114, 1, παρ' ἐμοὶ κριτῇ· in p. 152, 8, ὑπὸ σοὶ κριτῇ. Aelianus quod habet, ὥς γε ἐμοὶ κριτῇ, in l. II. c. 41, id in l. X. c. 15 est παρ' ἐμοὶ κριτῇ. Qui recte in l. XIV. c. 28, οὐ γὰρ μόνον ὁ ἀδικήσας κακὸς, ἀλλὰ καὶ ὁ ἐννοήσας ἀδικῆσαι παρά γε ἐμοὶ κριτῇ.

CAP. 88, 9.

Καὶ ἐκείνους ἐς τὴν ἥκειν δεήσει. Minus haec ſic accurate leguntur ad Graecae idioma linguae. Accuſativum ἐκείνους non verbum δεήσει regit, ſed praecedens verbum φράσας. Itaque comma ponendum post ἐκείνους. Vide I. 163, 13. III. 61, 5. c. 68, 4. IV. 44, 2 ſqq. c. 150, 15. c. 201, 4. V. 86, 18. VII. 208, 3 ſqq. in cujus c. 125 recte legitur, θωυμάζω δὲ τὸ αἴτιον, ὅ τι κοτε ἦν. In III. vero 130 pr. legam ſic:

sic: *εἰρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην, εἰ ἐπίσταιτο.* Aristoph. Ran. 432, *ἔχοιτ' ἂν φράσαι Πλούτωνα, ὅπου οἰκεῖ,* ut recte e MSS. Brunckius. qui Nub. 1149, *τὸν υἱὸν, εἰ μεμάθηκε, εἰπέ.* Add. Acharn. 337.

CAP. 90, 1.

Ὡς οἱ Ἀθ. Primo Herodotus fere *Ἀθηναῖοι,* non *οἱ Ἀθηναῖοι.* Qui articulus ubi vulgo legitur, in multis codd. MSS. non comparet. (In VI. hinc c. 138, 9, lectio firmatur, *τρόπους τοὺς Ἀθην* pro *τῶν Ἀθην.*) Deinde in talibus additur pronomen in dativo. Legam igitur, *ὥς οἱ Ἀθηναῖοι.*

CAP. 102, 2.

Κατέργοντες. Conjeci *καταχαίροντες*, ut in I. 129, *κατέχαιρέ τε καὶ κατεκερτόμεε*· et in VII. 239, *εἴτε εὐνοίῃ ταῦτα ἐποίησε, εἴτε καὶ καταχαίρων.*

CAP. 105, 8.

Διότι etc. Haec ubi vertunt, *nullam illos sui curam gerere*, videntur *διότι* accepisse *ὅτι*. Primo hoc contra Herodoti stilum: deinde cur Phidippides Atheniensibus renuntiaret, quod ipsi scirent? Videtur verbum *ἀπαγγεῖλαι* sensu praegnanti accipiendum: *Atheniensibus suo nomine nuntium abire, eosque suis verbis rogare, cur* etc.

Ἦν

CAP. 109, 23.

Ἦν μέν νυν etc. Alienum hinc μέν νυν· sic, credo, legendum, ἦν μὲν νῦν.

CAP. 115, 7.

Αὐτοὺς ἐπινοηθῆναι Eo magis credo, veram esse MSS. lectionem, αὐτοῖσι ἐπινοηθῆναι, quod forma ἐπινοηθῆναι isto sensu *active* illius temporis scriptoribus non videtur in usu fuisse. Forma ἐπινοῆσαι est apud Thucyd. I. 70. VII. 37. VIII. 11. Pausan. p. 470, 540, 599, 735, 758. Appian. T. I. p. 246. T. II. p. 447, 650, 672, 853. ἐπινοεῖν (ῆσαι) Herod. I. 27, 2. c. 48, 10. II. 150, 13. c. 152, 10. III. 31, 8. c. 134, 18. V. 30, 20. Nusquam, quod sciam, ἐπινοηθῆναι. Eandem ob causam in Euripidis Medeae vs. 880 vulgato ἐννοηθεῖσα nuper praelatum codd. lectio MSS. ἐννοήσασα. Et certe plus centies legi ἐννοῆσαι, semel tantum ἐννοηθῆναι, activo sensu, in Xenophontis Cyrop. IV, 2, 3. Alio, quam quo hic, sensu, ἐπινοηθῆναι Herod. III. 122, 6. Ἐπινοῆσαι Aristoph. Nub. 1035. Eq. 880, 1199. 1399. Av. 1510. Passive, ut hic codd. Julianus Or. I. p. 3, 14, μηδέπω τοῖς πρόσθεν ἐπινοηθέντα.

CAP. 126, 14.

Ἐφοίτεον μιν. Unus cod. MS. (fortasse plures) οἱ μνηστῆρες· quod ut potest ortum esse scribae errore e seq. cap. vs. 28 sq. ita tamen potest genuinum esse; accipiendumque dativus

pro-

pronominis, ἐφοίτεόν οἱ μνηστῆρες. Saepe ſic παρέλκον pronomen.

C A P. 138, 17.

Κουριδιέων γυναικῶν. Opponuntur hae ταῖς παλλακαῖς vs. 7. Etiam in Homeri Il. A. Clytaemnestra, κουριδίη ἄλοχος Agamemnonis, concubinae opponitur Chryſeidi. Et in I. 135. V. 18, legimus τὰς παλλακὰς καὶ τὰς κουριδίας γυναῖκας· ubi quo ſenſu κουρίδια, eodem τεκνοποιὸς γυνὴ in I. 59. Jam concubinam habemus, quacum poſſimus γλυκέα Κυπρίδος ἔργα τελεῖν· uxorem vero, ex qua nobis liberi naſcantur. In V. 40, Spartae regem Ephori jubent uxori, quae ei non pareret, aliam ſuperinducere γυναῖκα τεκνοποιόν. Et quae hic κουριδίη ἄλοχος, in Euripidis eſt Andromache τεκνοποιὸς δάμαρ vs. 4.

C A P. 139, 13.

Οὕτω ἔχουσαν. Haec nunquam potui intelligere, qui potuerint Athenienſes a Lesbiis petere, ut ſibi traderent inſulam, οὕτω ἔχουσαν, ut iſta menſa erat, id eſt, omnibus bonis rebus abundantem, quae vix proferret, quod famem ab incolis defenderet. Voluerunt Athenienſes inſula potiri, ut erat. Nec in Leſbiorum reſponſo quidquam ineſt, quo lectionem vulgatam defendas, multa, quo habeas ſuſpectam. Legendum mihi videtur, οὕτω ἐχόυσιν. Hoc fuiſſe videtur Athenienſium conſilium, ut adponenda adparandaque illa menſa magis conſpicuam redderent ſuam opulentiam prae anguſta Leſbiorum in-

indigentia: quo magis hi incitarentur, fame impulsi, ut insulam Atheniensibus traderent, qui adeo omnibus bonis rebus abundarent, *οὕτω ἔχουσιν*.

CAP. 140, 10.

Ἐς δὲ καὶ αὐτοὶ παρέστησαν. In omni alio Graeco scriptore et ego verum putarem *αὐτοί*· sed in Herodoto unice verum *καὶ οὗτοι*. Vide V. 49, 36. c. 65, 3. c. 75, 5. c. 116, 4. VII. 62, 6. bene in MSS. in VII. 86, 7. 151, 7. 168, 13 sq. 205, 5.

AD LIBRUM VII.

CAP. 5, 9.

Ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν πρήσσοις etc. Vulgatae hic lectioni, *ἀλλὰ τὸ μὲν νῦν* etc. nulla foret controversia mota, nisi MSS. lectionem obtulissent, *ἀλλ' εἰ τὸ* etc. Quod possit *εἰ* (si genuinum) eo sensu accipi, quo *si* in Virgilii Aen. VI. 187,

si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat!

Sic erit *σχῆμα ἀποσιωπήσεως*, intellectis: *bene mihi id esset, placeret id mihi, gauderem*. Vid. Lucian. T. I. p. 634, 80. Herod. VII. 160, 11 sq. maxime VII. 235, 3 sq. Euripidis est in Andromache versus 293, vulgo sic lectus,

εἰ-

εἴθε δ' ὑπὲρ κεφαλᾶς ἔβαλεν κακόν.

Sed quod nunc ſcio, in praeſtantisſimis codicibus MSS. legi iſtum verſum ſic,

ἀλλ' εἴθ' ὑπὲρ κεφαλὰν ἔβαλεν κακόν.

(qui ſunt cod. Flor. et duo Pariſ.) cum illud ἀλλ' εἴθ' pesſum det numeros, in eam ſum adductus opinionem, poſſe poëtam ſcripſisſe:

ἀλλ' εἰ ὑπὲρ κεφαλὰν ἔβ. κ.

Quae ſi vera opinio, ut Herodoti locum hic Euripidis, ita hunc ille explicabit. Sic fere ſenſus erit hoc loco in his verbis, ἀλλ'. εἰ etc. qui est in τί δ' εἰ, ut in Xenophontis Cyrop. III. 3, 49, ἔνθα δὴ ὁ Χρυσάντας εἶπε· τί δ', ἔφη, εἰ καὶ σὺ συγκαλέσας ἕως ἔτι ἔξεστι παρακελεύσαιο, εἰ ἄρα τι καὶ σὺ ἀμείνους ποιήσαις τοὺς στρατιώτας; Vide et Platon. Phaedr. p. 210, 46. Luciani T. III. p. 77, 49 ſq. p. 587, 41. Plutarch. T. II. p. 386, D. Sic per ἀποσιώπησιν Xenophon Gr. Hiſt. II. 4, 27, εἰ δὲ καὶ τοῦτο δεῖ λέγειν etc. Sic Homerus, ἀλλ' ἄγετ' αἴ κέν πως θωρήξομεν υἷας 'Αχαιῶν. Ut jam vix de veritate lectionis εἰ dubitem. Homerus ſic plane Il. K. p. 706,

ἀλλ' εἴ τις καὶ τούσδε μετοιχόμενος καλέσειεν,
ἀντίθεόν τ' Αἴαντα καὶ 'Ιδομενῆα ἄνακτα·
τῶν γὰρ νῆες etc.

Quidquid ſit, levitatis ſit talia pro ſcribarum ſphalmatis habere.

CAP. 8, 14.

'Επισταμένοισι εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι. Vertunt: *apud probe ſcientes.* Ut εὖ junxerint verbo

bo ἐπίσταμαι. Primo observo, persaepe haberi in Herodoteis, εὖ ἐπίσταμαι, ut III. 1, 69, 146. V. 105, 6 sq. VI. 13, 86, 138. VII. 11, 39. IX. 42, 66, 108. etc. sed nusquam ἐπίσταμαι εὖ. Deinde in talibus non additur verbis εἰδέναι, ἐπίσταμαι, aliis τὸ εὖ. Homerus Il. α΄. 365,

οἶσθα· τί ἤ τοι ταῦτ' εἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;

Euripides Alc. 154 sq.

καὶ ταῦτα μὲν δὴ πᾶσ' ἐπίσταται πόλις·
ἃ δ' ἐν δόμοις ἔδρασε θαυμάσῃ κλύων.

Thuc. I. 68, εἰ μὲν ἀφανεῖς που ὄντες ἠδίκουν τὴν Ἑλλάδα, διδασκαλίας ἂν ὡς οὐκ εἰδόσι προσέδει· νῦν δὲ τί δεῖ μακρηγορεῖν; in l. II. 36, μακρηγορεῖν ἐν εἰδόσιν οὐ βουλόμενος ἐάσω. in l. IV. 59, καὶ περὶ μὲν τοῦ πολεμεῖν, ὡς χαλεπὸν, τί ἄν τις πᾶν τὸ ἐνὸν ἐκλέγων ἐν εἰδόσι μακρηγοροίη; Adde Herod. III. 103 pr. Thuc. VI. 77. Xenoph. Cyrop. VII. 1, 14. Anab. III. 1, 35. Pausan. p. 252, 6. Appian. T. II. p. 248, 649, 893. Lucian. T. II. p. 143 pr. ubi interpretem errare, qui ἀκριβῶς verbo εἰδόσιν jungat, verbo διηγουμένου jungendum, et e seqq. ibi patet, et e T. II. p. 416, 85. Itaque εὖ ego sequentibus jungam, εὖ οὐκ ἄν τις λέγοι· quod sit idem dictum, quod, τίς ἂν λέγοι; Homer. Il. K. p. 718, εἰδόσι γάρ τοι ταῦτα μετ' Ἀργείοις ἀγορεύσω. Demosthenes apud Stob. p. 252, εἰδόσι μὲν ἴσως, ὅμως δὲ ἐρῶ. Xenophon de Venat. c. 1, §. 7, ὥστε εἰδόσιν ἂν λέγοιμι. Dionys. Hal. T. I. p. 68, 46. p. 130, 18. p. 214, 41. p. 271, 18. p. 371, 40. p. 450, 11. p. 691, 11. T. II. p. 15, 48. p. 25, 6. p. 84, 28. p. 171, 38. p. 186, 27. p. 189, 38.

Auc-

Auctor Epp. Phalar. p. 40, 38. (Plutarchus autem T. II. p. 1097, C. τί ἂν λέγοι τις ὑμῖν ἀκριβῶς εἰδόσιν; ubi dubites, sit ἀκριβῶς εἰδόσιν, an, ut ego, ἀκριβῶς λέγοι· ut et in Dionysii Halic. T. I. p. 675, 16, φορτικὸς ἂν εἴην ἔγωγε, ἂν εἰδόσιν ὑμῖν ἀκριβῶς λέγω.) Julianus in Caes. p. 41, 12 sqq. p. 51 ult. Et ex hoc Eustath. ad Il. p. 717, 52.

CAP. 9, 5.

Καταγελᾶσαι ἡμῖν. Lectio ἡμέας (e MS. ὑμέας elicita) magis confirmatur observato, ea, quae sequuntur, ἐόντας ἀναξίους, non posse ad Graecos, sed ad Persas debere referri. Vide mox c 10, 37. VIII. 100, 24 sqq. I. 73. Thucyd. VII. 77 pr. Appian. T. I. p. 249, ὡς ἀνάξια σφῶν παθόντες. Horatius:

delicta majorum immeritus *lues*,
Romane.

Adde Aristoph. Nub 525.

CAP. 10, 21.

Καὶ δὴ καὶ ξυνήνεικε etc. Non emendato hic opus, nam nulla est menda, sed explicato. Particula δὴ eo sensu accipienda, quo saepius habetur, quo Latini suum dicunt *fac*, nos *stel eens* (cf. VII. 49, 15 cum 18. Sic. VII. 186, 6, καὶ δὴ ποιέω· et ποιῶ Xenophon Anab. V. 7, 9. θῶμεν γὰρ οὕτως Lucian. T. III. p. 181, 35. ὑποθώμεθα οὕτως p. 414, 44). Ne autem sic Regem offendat, ponens, *posse* Persas vinci, ἐν παρενθέσει memorat Atheniensium fortitudinem, in pugna spectatam Marathonia. Quae ἐν παρενθέ-

θέσει dicta oratorem cogunt pro more repetere, quo filum orationis nectatur, quae jam dixerat supra; nec tamen opus habet omnia eadem repetere, sed ea tantum, quibus auditori in memoriam ea reducantur, a quibus ἐν παρενθέσει dicta ejus aures averterant; quaeque eandem sententiam contineant: quod hic fit per, οὐκ ὦν ἀμφοτέρῃ σφι ἐχώρησε, cum supra dixerat, καὶ δὴ καὶ συνήνεικε etc. Belgice sic ego haec reddam, positis ad explicandum quae adduntur inter []. En stel eens, het is komen te gebeuren, dat gij of op land of op zee, of wel op beiden overwonnen zijt geworden, [en die veronderstelling is zoo geheel ongerijmd niet] (want men zegt, dat volk is dapper; en dat kan men wel nagaan, daar toch de Athenienſers alleen eene zoo groote magt, die onder Datis en Artaphernes op Attisch grondgebied is afgekomen, vernield hebben) hetzij dan, dat het hun al niet in beiden gelukt zij; als zij toch enzoov.

CAP. 10, 46.

Ἐναντιωθῆναι cum in Herodoteis adhibeatur activo sensu, *resistendi*, *adversandi*: hic quoque accipiam eodem, intellecto, quod ab Herodoto saepius sic omittitur, ἡ τύχη, τὸ πρᾶγμα, vel ὁ θεός. Sic VI. 27, 1, φιλέει δέ κως προσημαίνειν· III. 82, καὶ ἐν τούτῳ διέδεξε· in IX. 67, δηλοῖ τέ μοι (ubi nonnemo δῆλον conjiciebat acute: sed non necesse). Et sic intelligam III. 97, ὑπὸ Πέρσῃσι ἄρχεται.

CAP. 11, 20.

Pro ἐστὶ velim scire, lateatne in aliquo cod.

MS. ἔτι· τὸ γὰρ μέσον τῆς ἔχθρης οὐδὲν ἔτι. Saepe ἔστι et ἔτι confusa, ut II. 5, 5. c. 91, 4. IV. 43, 27. c. 52, 6. c. 166, 10. (ubi fort. utrumque genuinum, ἔτι ἔστι· vel ἐστὶ ἔτι).

CAP. 14, 5.

Παρ' οὐδενὸς ἀκ. Vertunt, *a nemine*. Potius intelligam, παρ' οὐτιδανοῦ, quod in Homeri Il. α'. 293 Schol. explicat: οὐδενὸς λόγου ἄξιος. Sic IX. 57, οὐδένες ἐόντες ἐν οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλησι Suum Plato μηδὲν ὄντες, ipse explicat ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι. Aristoph. Eq. 158,

ὦ νῦν μὲν οὐδεὶς, αὔριον δ' ὑπέρμεγας.

In Av. 800, Διΐτρεφὴς ἐξ οὐδενὸς μεγάλα πράττει. Stobaei Theognis (περὶ ἀφροσ.) p. 30,

ὅς τις τοι δοκέει, τὸν πλησίον ἔμμεναι οὐδέν·
ἀλλ' αὐτὸς μοῦνος ποικίλα δήνε' ἔχειν.

CAP. 17, 7.

Εἶπε, ἄρα σὺ δή. Ut in IX. 9, pro ἀκούσας δὲ ὁ Χίλεος ἔλεγε, ἄρα σφι τάδε οὕτω ἔχει etc. e MSS. bene receptum, ἀκ. δ. ὁ Χ. ἔλεγε ἄρα σφι τάδε· οὕτω etc. sic etiam hic legam, ὑ. δ. τ. 'Α. εἶπε ἄρα· (vel εἶπε τάδε ἄρα·) σὺ δὴ etc. cum praesertim hoc loco sequatur δή. Nam particulas ἄρα et δὴ vix sic legas copulatas. (In III. 34, πρότερον γὰρ δὴ ἄρα, abest δὴ a cod.) Et spectrum in cap. 12, 7 sq. sic locutum, μετὰ δὴ βουλεύεαι. et c. 14, 3, καὶ δὴ φαίνεαι. Vide IV. 134, 8, πυθόμενος, εἶπε ἄρα πρὸς etc. I. 141, 10, εἰπεῖν ἄρα πρὸς αὐτόν.

CAP.

CAP. 23, 6.

Non mirabor, si cui in mentem veniat: ἕως ἀπίκετο (ὁ χοῦς)· ut c. 239, 19, ἐπεὶ ἀπίκετο (epistola). Sine Codd. vero MSS. talia conjecta pro veris habere improbitatis sit. Nec prava est locutio, ἕως ἀπίκοντο, donec qui fodiebant, venerunt (cum effossa terra, effossam terram portantes) ἐς τοὺς ἀνωτάτω.

CAP. 38, 6.

Γενόμενον est, quod quivis intelligat, ἐὰν γένηται. Sic. IX. 9, περιγενόμενος est, ἢν περιγένωμαι. — E praecedentibus nescio, an exciderit copula ante τὸ, scripseritque Herodotus, ἀῤῥωδήσας τε τ. ἐ. τ. οὐ. φ. ἐπαρθείς τε τ. δωρ.

CAP. 40, 6.

Προηγεῦντο μὲν δὴ ἱππόται etc. Duo codd. MSS. δὴ οἱ ἱππ. cui οἱ in hoc loco id adversatur, quod in praecedentibus nondum memorati οἱ ἱππόται χίλιοι. Bene vero habetur in c. 55, πρῶτα μὲν οἱ μύριοι Πέρσαι, quorum sit in praecedentibus facta mentio. Sed sic legam: πρ. μὲν δή οἱ ἱππ. χ. et assentietur, credo, mihi, qui ex his βασιλέϊ suspicabatur excidisse.

CAP. 50, 19.

Ἄλλους συμβούλους. Sic fere Sophocles Oed. Reg. 6 sq.

ἃ 'γὼ δικαιῶν μὴ παρ' ἀγγέλων, τέκνα,
ἄλλων ἀκούειν.

Ceterum non vulgo ſic adhibetur *ἄλλος*. Etſi ſic Thucydides quoque VI. 29, *ἄλλους ῥήτορας ἐνιέντες.* et Xenophon Cyropaed. VII. 5, 84, *αἰσχρὸν πῶς οὐκ ἂν εἴη, εἰ δι' ἄλλους δορυφόρους τῆς σωτηρίας οἰησόμεθα χρῆναι τυγχάνειν;* Rariorem hunc vocis *ἄλλος* uſum explicem, ſubintellecto *ἄνθρωπος*· ut in loco Sophoclis *ἄλλων* [*ἀνθρώπων*] *ἀγγέλων*. Ut in Euripid. Med. 298, *χωρὶς γὰρ ἄλλης, ἧς ἔχουσιν, ἀργίας*· id est, *χωρὶς ἄλλης* [*αἰτίας*, nempe] *ἀργίας*. (cum quo loco conf. Platonis Symp. p. 183, *ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καὶ τῆς ἄλλης ἀργίας*). Ut et explicandum Ariſtophan. Ran. 1195, *χωρὶς γὰρ ἄλλης συμφορᾶς ἐλήλυθεν.* Et ſic intelligenda videntur haec e l. II. 146, 8, *καὶ τούτους ἄλλους ἄνδρας γενομένους*· ubi nil mutem: quaeque in l. VIII. 27, *δόξασαι ἄλλο τι εἶναι τέρας*· id est, *ἄλλο τι* [*πρῆγμα, ἢ ἀνθρώπινον*, nempe] *τέρας* (*θειότερόν τι ἡγουμένων τῶν Θεσσαλῶν, ἢ κατὰ ἔφοδον πολεμίων τὸ ἐν τῇ νυκτὶ συμβαῖνον*, ut Pauſanias p. 801, 21). Posſent haec vulgatam lectionem defendere in VII. 87, 2: ſed et hinc credo in VIII. 113, *ἐκ δὲ τῶν ἄλλων συμμάχων ἐξελέγετο κατ' ὀλίγους*· factum ut in multis MSS. omitteretur vox *ἄλλων*, quam illinc putarent alienam. Nam qui memorati capitis vs. 7-13, hi non ſunt *σύμμαχοι*, ſed *δοῦλοι βάρβαροι*, coll. IX. 32, 12-15. Itaque putabant, ubi memorantur *οἱ σύμμαχοι*, vs. 14 legendum eſſe *τῶν συμμάχων*, non vero *τῶν ἄλλων συμμάχων*. Sunt vero iſta ſic intelligenda: *ἐκ δὲ τῶν ἄλλων* [*στρατιωτῶν*, vel *ἀνθρώπων*, nempe] *συμμάχων*. Adde V. 99, 11. Et ſic accipiam Platonis Phaed. p. 25, *εἰ μὲν μὴ ᾤμην ἥξειν, πρῶτον*

τον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους σοφούς τε καὶ ἀγαθούς etc. Cujus vide l. X. de Rep. p. 472, 32, καὶ τὴν ἄλλην ἰσχὺν καὶ ἀγωνίαν. Lucian. T. I. p. 322, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγεν;

CAP. 54, 3.

Ἐθέλοντες ἰδέσθαι ἀνίσχοντα. Suspicor verbum ἰδέσθαι esse corruptum. Non enim probabile, eo praestolatos esse Persas orientem solem, quo viderent; quos vix dubitandum saepius Deum sic vidisse. Deinde vide, quid fiat, ubi sol oritur: ὡς ἐπανέτελλε ὁ ἥλιος, σπένδων ἐκ χρυσέης φιάλης Ξέρξης ἐς τὴν θάλασσαν, εὔχετο πρὸς τὸν ἥλιον· collato VII. 223 pr. De Indis Lucianus T. II. p. 278, Ἰνδοὶ ἐπειδὰν ἕωθεν ἀναστάντες προσεύχωνται τὸν Ἥλιον. Cum persaepe confundantur Δ et Λ. (Vid. Wessel. ad VII. 108, 13. codd. ad VII. 122, 4. ad c. 236, 18.) pro ἰδέσθαι putes legi posse ἱλέεσθαι. De iisdem Indis idem Lucianus l. l. διὸ καὶ τούτοις ἱλέωνται τὸν θεὸν δὶς καὶ ἀρχομένης καὶ δυομένης τῆς ἡμέρας. Hujusmodi tamen conjecturae laudantur ab his, culpantur ab illis.

CAP. 62, 1.

Τὴν αὐτὴν ἐσταλμένοι. Id est, τὴν αὐτὴν στολήν· quod nomen repetendum e verbo ἐσταλμένοι. Talia apud poëtas saepe obvia, hic illic et in prosaicis habentur. Mox c. 72, 6, τὴν αὐτὴν ἔχοντες. Sic, Πέρσαι μὲν τὴν αὐτὴν ἐσκευασμένοι, cap. 84, 3: quod est, τὴν αὐτὴν σκευήν.

Xe-

Xenophon, ὀλίγας ἐπλήγη, id est, ὀλίγας πληγάς, in Cyri exp. V. 8, 12. In Herod. IV. 31, νίφεται ἐλάσσονι (νιφετῷ, χιόνι)· ut ὕεται ὀλίγῳ IV. 50.

CAP. 83, 6.

Ἀραίρητο vertunt: *deligebatur*: vertendum, ni fallor, *jam delectus erat*. Non uno de decem millibus vel mortuo jam, vel gravius aegrotante, tum demum alter deligebatur: sed jam ante quam quisquam moreretur graviusve aegrotaret, solitos fuisse deligi, qui in numerum succederent, et e tempore conjicio verbi plus quam perfecto, et inde, quod hi vocarentur ἀθάνατοι.

CAP. 91, 6.

Πεποιημένα. Mireris, qui ἀκόντια possint esse ἀγχοτάτω τῇσι Αἰγυπτίῃσι μαχαίρῃσι πεποιημένα. Sit forsitan πεποιημένα e praecedentibus, ὠμοβοΐης πεποιημένα, ortum, sitque ab Herodoto scriptum, (ξίφος) - - πεποιημένον. Sin in hoc fallor, legam e MS. τοῖσι Αἰγυπτίοισι πεποιημένα. Acute Vir Cl. observat ad πεποιημένα cogitandum esse ξίφεα, uti ἕκαστος — εἶχον· ut sit: erat cuique gladius, (qui gladii) fabricati erant.

CAP. 95, 9.

Οἱ δὲ λοιποί. Herodoti stilum si spectes, erunt οἱ δὲ λοιποὶ Ἑλλησπόντιοι. Vide VII. 110, οἱ δὲ αὐτέων τὴν μεσόγαιαν οἰκέοντες, καταλεχθέντες τε ὑπ' ἐμεῦ, πλὴν Σατρέων, οἱ ἄλλοι πάν-

πάντες. Jam quid de ceteris facias, ἐκ τοῦ Πόντου στρατευόμενοι; vertendumne, ut Schweighaeuser. *ceteri igitur ex Ponto?* an, ut Gronov. *ceterique e Ponto*, quasi esset, καὶ οἱ λοιποί vel οἵ τε λοιποί; Immo οἱ δὲ λοιποὶ sunt ceteri *vero* (Hellespontii), ut vidimus e collato loco. Itaque suspicor vocem λοιποὶ syllabam absorpsisse οἱ, quo facto ejecta sit, quae olim adfuerit, copula τε, Herodotumque scripsisse: οἱ δὲ λοιποὶ (Ἑλλησπόντιοι), οἵ τε (vel καὶ οἱ) ἐκ τοῦ Πόντου στρ. Vide IV. 95, 2, τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων, καὶ Πόντον.

CAP. 96, 10.

Ἐπεὶ στρατηγοί γε etc. Hic mihi videtur esse verborum sensus. Dicti ἡγεμόνες non erant suorum quisque civium στρατηγοί. Qui non? ἐπεὶ στρατηγοί γε - - - - - κράτος. Jam roget aliquis, quinam igitur fuerunt? Hos, Herodotus, jam dixi, inquit. Itaque locum sic interpungam: εἵποντο δὲ ὡ. οὐ στρατηγοὶ, ἀλλὰ ὡ. οἱ ἀ. στρ. δοῦλοι· (ἐπεὶ στρατηγοί γε οἱ τ. π. ἐ. κράτος) καὶ ἀ. τ. ἑ. ἑ. ὁ. αὐ. ἐσ. Π. εἰ. μ. *sequebantur non ut imperatores, sed ut servi. (nam imperatores sunt ii, qui etc.) Quinam autem Persarum* etc. *supra dixi.*

CAP. 102, 4.

Τῇ Ἑλλάδι etc. Nullam hic video difficultatem. Sic loquitur Demaratus: quandoquidem me jubes vera omnia dicere; [ideo dicam]. Jam orditur Dem. τῇ Ἑλλάδι etc. Esse autem ista omis-

omissa, *ideo dicam*, *age dicam*, et eleganter omissa ex hisce patet Homeri Il. ζ. 150 sqq.

εἰ δ' ἐθέλεις καὶ ταῦτα δαήμεναι, ὄφρ' εὖ εἰδῇς ἡμετέρην γενεήν: (πολλοὶ δέ μιν ἄνδρες ἴσασιν) ἔστι πόλις Ἐφύρη etc.

Vide etiam vs. 362 sq.

Ἕκτορ, ἐπεὶ μάλ' ἄνωγας ἀληθέα μυθήσασθαι, οὔτε πη ἐς γαλόων — — — — ἐξοίχεται.

C A P. 102, 12.

Ubi in l. VI, 67 Demaratus minatur, Leutychidae rogationem *Λακεδαιμονίοισι ἄρξειν μυρίης κακότητος*, bene ista rogatio dicitur *ἄρξειν κακότητος* eo, quod caussa ea futura fuerit malorum. Hoc vero loco qui possunt Xerxis verba dici, quibus Graecos jussurus sit, ut ipsius se subjiciant imperio, *φέρειν δουλοσύνην τῇ Ἑλλάδι*; Quicumque alios vult suo imperio subjici, is dicitur *φέρειν δουλοσύνην*· et verba, quibus is id jubet, non sunt verba *φέροντα δουλοσύνην*, sed verba *τοῦ φέροντος δουλοσύνην*. Scripsisse mihi Herodotus videtur, *οὐκ ἔστι ὅκως κοτὲ σοὺς δέξονται λόγους, δουλοσύνην φέροντος τῇ Ἑλλάδι*. Conjecturam confirmat et verbum *φέρειν*, quippe de hominibus adhiberi solitum, collatis IV. 133, *ἐλευθερίην ὑμῖν ἥκομεν φέροντες*· V. 96, 10, *οὔκων δὴ ἐνεδέκοντο τοὺς λόγους ἀποφερομένους Ἀθηναῖοι*· et MSS. lectio, qui *σοῦ* pro *σούς*. Fac olim lectum, *σοὺς λόγους*, *φέροντος*, ut conjicio; alii id imprudentes mutarunt in *φέροντας*· quod praecederet *σοὺς λόγους*: alii, quod sequeretur *φέροντος*, pro *σοὺς* repositum

situm iverunt 'σοῦ· utrique immemores, bonam esse Graece locutionem, σοὺς λόγους φέροντος. Sic Euripid. Iphig. Aul. 1246, ὁύμὸς δ' ἦν λόγος περὶ σὸν ἐξαρτωμένης γένειον· Plato Euthyphr. p. 1, τὴν ἐμὴν ἀμαθίαν κατιδὼν, ὡς διαφθείροντος: p. 9, τὴν ἐμὴν πλάνην ἐπιδεῖξαι - - - - ποιοῦντος. Et sic plura alia.

CAP. 103, 3.

Μαχέσασθαι. Id erit, mille viros pugnavisse. At hoc Demaratus non dixerat, qui dixerat: ἢν τύχωσι ἐόντες χίλιοι, οὗτοι μαχέσονταί τοι. Recte vertunt Gronov. et Schweighaeuser. *mille viros congressuros*. Sed hic sensus in Graecis non inest, ni vel restituatur, quae exciderit, particula ἄν· ἄνδρας χιλίους στρατιῇ τοιῇδε ἂν μαχέσασθαι, vel legatur e MS. μαχέσεσθαι. In VI. 2, 6, pro κατεργάσασθαι bene MS. κατεργάσεσθαι. In seqq. quod in meam olim conjecturam venit, cum cὀdd. id confirment MSS. δοκέω δὲ ἔγωγε καὶ ἂν ἰσωθέντας - - - - χαλεπῶς ἂν etc. censeam recipiendum. Tragicis frequens duplex ἂν, a tragico sermone haud alienus Herodotus adhibuit l. III. 35, 18. VII. 139, 16, et saepius.

CAP. 109, 13.

'Αλμυρή. Nihil hic video a viris doctis notatum. Et tamen si aqua re vera fuit non solum ἁλμυρὴ, sed et κάρτα ἁλμυρή· qui, quaeso, eam potuerunt jumenta bibere?

CAP. 132, 10.

Ὧδε. Quod in pronomibus ὅδε et οὗτος observatum, adhiberi hoc de rebus jam dictis, illud de iis, quae etiam dicenda, (quod tamen ita verum, ut aliquot sint loca, ubi illud discrimen (certe in editionibus et codicibus) non servetur) idem in ὧδε et οὕτω obtinet. Vide c. 143, 5 sq. l. III. c. 110 pr. Hoc loco si unus cod. esset, in quo οὕτω· cum jam dicta sit juris formula jurandi, verum id crederem.

CAP. 134, 13.

Φύσει τε γεγονότες εὖ, καὶ χρήμασι etc. Priora sic interpretatus Gronovius est: *et ingeniis egregii;* Schweighaeuserus sic: *egregio viri ingenio*, sive, *nobili loco nati*. Vel uterque fallitur, vel ego. Nam mihi videtur sensus esse: *viri et natura* (id est corporis valetudine et aetatis vigore) *valentes*, *et divitissimi*. Non dubitandum, quin haec addiderit Herodotus, quo magis eluceret Sperthiae ac Bulidis egregium facinus, omniumque id majoribus efferretur laudibus. Jam pro patria qui mortem oppetunt, hi si sint vel corpore tabe seniove imbecilli, vel angustam patiantur pauperiem, minorem laudem consequuntur, quam si contra haec omnia et in virili sint aetatis vigore bonaque fruantur valetudine (ἢν ὦσι φύσει γεγονότες εὖ), et facultates habeant, quo omnibus perfruantur vitae voluptatibus. Ut Spartiatarum factum Herodotus, sic suum ipsa effert Euripidis Alcestis in vs. 289, quae Admeto, pro te, inquit, morior,

οὐδ'

οὐδ᾽ ἐφεισάμην
ἥβης, ἔχουσ᾽ ἐν οἷς ἐτερπόμην ἐγώ.

Herodoti φύσει Homeri quoque explicant verba Il. X. 363, ubi Hectoris dicitur ψυχὴ ἄϊδόσδε βεβηκέναι,

ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ᾽ ἀδρότητα καὶ ἥβην.

Cui ἀδρότης et ἥβη videtur esse, quod Herodoto φύσις. Quippe senex si Hector fuisset, vel tabescenti corpore, suum fatum anima non fuerit ploratura.

CAP. 136, 5.

Οὐκ ἔφασαν - - οὐδαμά. Vertunt haec, quasi omissum esset οὐδὲ (ὠθεόμενοι). Quod ut reprehendere nolo, ita tamen me dico ejusmodi omissionis desiderare exempla: observoque haec verba sic etiam posse accipi: ἔφασαν οὐδαμὰ ταῦτα ποιήσειν, *negarunt unquam id se facturos*, οὐκ ὠθεόμενοι etc. *nisi proni truderentur in caput.* Ut Euripidis Andromache, ubi, ut necem effugeret ab Hermione, ad aram sedet Thetidis jubenti reginae,

λείψεις τόδ᾽ ἁγνὸν τέμενος ἐναλίας θεοῦ;

haec respondet in vs. 253.,

εἰ μὲν θανοῦμαί γ᾽, εἰ δὲ μή, οὐ λείψω ποτέ·

sic etiam Spartiatas fingas jubentibus satellitibus,

προσκυνήσετε τὸν βασιλέα;

respondisse, εἰ μὲν ὠσθησόμεθά γε ἐπὶ τὴν κεφαλήν·

λήν· εἰ δὲ μὴ, οὐκ ἄν ποτε προσκυνήσαιμεν. Ut Lacones ne externo quidem adorantium habitu esse voluerint, nisi vi coacti, quo nec Ismenias esse voluit dolo usus notissimo (Aelian. V. H. I. 20). Polysperchon cum ludibrio quemquam habuisset, qui Alexandrum esset veneratus, iratus eum Rex lecto detractum praecipitavit in terram: qui cum pronus corruisset, videsne, inquit, idem te fecisse, quod in alio paulo ante redibas? Curtio narrante VIII. 5.

C A P. 137, 6.

Ἐν τοῖσι θειότατον. Perrara locutio pro ἐν τοῖσι μάλιστα θεῖον. Sic Thucydides VII. 71, ἄλλοι ἐν τοῖς χαλεπώτατα διῆγον· id est, ἐν τοῖς μάλιστα χαλεπὰ διῆγον· Plato Phaed. p. 17, ἣν ἐγὼ ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι. Ac sic intelligenda Thucydidis haec e l. III. 17, ἐν τοῖς πλεῖσται δὴ νῆες ἅμ' αὐτοῖς ἐγένοντο. cap. 81, διότι ἐν τοῖς πρώτη ἐγένετο. In vs. 12 pro ἀλιέας conjicias, ἀλέας τοὺς ἐκ Τίρυνθος. Saepius cuncti urbis incolae in pugnam egressi. Vid. Herod. VI. 23, 3, Ζαγκλαῖοι αὐτοί τε καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτέων περιεκατέατο πόλιν τῶν Σικελῶν· unde ipsa urbs dicitur Zancla, ἐοῦσα ἐρῆμος ἀνδρῶν· conf. V. 51, 2, ἁλισθέντες, cum vs. 9, κεινῇσι πόλεσι ἐπιπεσόντες. In l. IX. 64, Ἀείμνηστος dicitur Mardonium interfecisse: ὃς χρόνῳ ὕστερον ἔχων ἄνδρας τριηκοσίους συνέβαλε Μεσσηνίοισι πᾶσι· ubi πάντες est, quod hic sit ἀλέες. Thucydides narrat l. III. c. 110, τῷ Δημοσθένει ἀγγέλλεται, τοὺς Ἀμπρακιώτας, τοὺς ἐκ τῆς πόλεως, πανδημεὶ ἐπιβοηθεῖν etc. Herodoti vide III. 13, ἐκχυθεν-

θέντες ἁλέες ἐκ τοῦ τείχεος· III. 39, - - Λεσβίους, πανστρατιῇ βοηθέοντας· Xenophon I. Hist. Gr. c. 2. §. 3, οἱ δὲ ἀπέκτειναν ἅπαντας τοὺς ἐκ Μιλήτου· et c. 3, § 10, Ἀλκιβιάδης ἔχων Χεῤῥονησίτας πανδημεί. Sic olim: nunc credo legendum esse, ut nomen proprium, Ἁλιέας, *Halienses.*

CAP. 138, 3.

Κατίετο. Unum si possis locum citare, qui extra controversiam sit corruptelae, ubi verbum καθίεσθαι sic legatur, ut hic; indicta ea sunto, qua dicam. Nam videtur mihi legendum esse καττύετο, quod praesertim sic opponatur praecedenti, οὔνομα μὲν εἶχε. Quem Valckenarius laudat ad VI. 1, Aristophanis versum ex Equitibus,

οἶδ' ἐγὼ τὸ πρᾶγμα τοῦθ', ὅθεν πάλαι καττύεται·

ubi citat in V. Suidas καττύεται, explicatque, συντίθεται· ῥάπτεται· haec addit: καττύει· εὐτρεπίζει· συῤῥάπτει. τὸν δὲ Βαρὰμ τεσσαράκοντα χιλιάσι καττύειν τὸν πόλεμον ἔλεγον. - καττύω καὶ τὸ δόλους ῥάπτω. Confer dicta ad I. 129. Si quis sit, qui credat Aristophanem vocem eo tantum adhibuisse, quod persona, quae loqueretur, Cleon esset βυρσοδέψης, animum is advertat ad citata Suidae loca. Et videtur Scholiastae ibi observatio sequentes magis versus spectare, quam ipsum verbum καττύεται. Conjecturam tibi confirmabit, praesertim si animum advertas ad oppositum οἶνομα εἶχε, Thucydidis VIII. 68, ἦν δὲ ὁ μὲν τὴν γνώμην εἰπὼν Πείσανδρος, καὶ τἆλλα ἐκ τοῦ προφανοῦς προθυμότατα ξυγκαταλύσας

τὸν

τὸν δῆμον· ὁ μέντοι ἅπαν τὸ πρᾶγμα ξυνθεὶς Ἀντιφῶν ἦν. Nam ut tu fateberis, illa ἐκ τοῦ προφανοῦς non abhorrere ab his, οὔνομα εἶχε· ita recordaberis, et καττύεται explicari ῥάπτεται, συντίθεται, a Suida, et Hesychium ῥάψαι explicare συνθεῖναι. Hic etiam: κάττυμα· ἀπάτη, δόλος, συσκεύασμα, δολιότης· ubi Alciphron citatur l. II. ep. 58, καττύεις διαβολάς. Vid. et Herod. VI. 44, αὗται πρόσχημα ἔσαν τοῦ στόλου, ἀτὰρ ἐν νόῳ ἔχοντες, ὅσας ἂν πλείστας δύναιντο καταστρέφεσθαι τῶν Ἑλληνίδων πολίων· VII. 157, πρόσχημα μὲν ποιεύμενος, ὡς ἐπ' Ἀθήνας ἐλαύνει, ἐν νόῳ δὲ ἔχων πᾶσαν τὴν Ἑλλάδα ὑπ' ἑαυτῷ ποιήσασθαι. Clemens Alex. λέξεις συγκαττύσαντες κακῶς, III. Strom. p. 441, C. ἀμέλει πάμπολλα συγκαττύουσι ψεύσματα καὶ πλάσματα, VII. Strom. p. 759, D. Julianus in Caes. p. 31, 13 sqq. ἄλλοι μὲν κατειργάσαντο, Κράσσος καὶ Λούκιος, τοὔνομα δὲ καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἔσχε Πομπήϊος.

CAP. 139, 29.

Βαλόντα. Toties cum in codd. MSS. permutentur, βάλλειν et βαλεῖν, ἔβαλλον et ἔβαλον, βάλλων et βαλών, hoc loco miror nihil inde enotatum, cum tamen omnino legendum videatur βάλλοντα. Quippe id ipsum hic agit Historicus, ut doceat, φοβερὰ illa χρηστήρια, καὶ ἐς δεῖμα βάλλοντα (quae *possint* metum *incutere*), Athenienses tamen non ἐς δεῖμα βαλεῖν (non *metum* iis *incussisse*). Qui, quaeso, possunt χρηστήρια dici eos ἐς δεῖμα βαλόντα, quos tamen non ἔπεισε ἐκλιπεῖν τὴν Ἑλλάδα· quique ἀνέσχοντο τὸν ἐπιόντα ἐπὶ τὴν χώρην δέ-

δέξασθαι; Vide praeter alia multa l. V. c. 92, 7, ἰσοκρατίας καταλύοντες, *volentes* καταλύειν· ubi male MS. καταλύσαντες· c. 104, 8, πάγχυ ἐπικείμενος ἐνῆγε· ubi si vel omnes haberent codd. MSS. ἐνήγαγε, verum tamen foret ἐνῆγε. Bene vulgatum παρηγορέατο in V. 104, 6, e MSS. correctum in παρηγορέετο.

CAP. 140, 5.

Λιπὼν φεῦγ' ἔσχατα γαίης etc. Accipiunt haec, φεῦγε ἐς ἔσχατα γαίης· et ponentes hyperbaton jungunt λιπὼν δώματα etc. Mihi videtur γαίης esse non *orbis terrarum*, sed *Atticae*; consiliumque Pythiae, *fuge relicto toto patrio solo*, conceptum his verbis: *fuge relictis et extremis regionis aedificiis: et urbis rotundae capite.* Cui quidem verborum sententiae, quae sequuntur haud disconveniunt. Nam illa οὔτε γὰρ (quod γὰρ significat, sequentibus verbis explicationem contineri prius dictorum) ἡ κεφαλὴ μένει ἔμπεδον, οὔτε τὸ σῶμα, referuntur ad arcem (quae dicta ἄκρα κάρηνα) et ad urbem (quae dicta πόλις τροχοειδής). Haec, οὔτε πόδες νέατοι, οὔτ' ὧν χέρες (quae sunt τὰ ἄκρα τοῦ σώματος) significare videntur extremos Atticae fines, τὰ ἔσχατα γαίης δώματα. Ea denique, quae sequuntur, οὔτε τι μέσσης λείπεται, intelligenda videntur, quae jacent inter urbem et extremos fines. Magis etiam mea tibi sententia confirmabitur, si animum advertas ad secundi Pythiae responsi haec verba:

τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων, ὅσα Κέκροπος οὖρος
ἐντὸς ἔχει.

ubi

ubi sunt, quae dicuntur, ὅσα οὖρος ἐντὸς ἔχει, quae hic, ἔσχατα γαίης δώματα, καὶ πόλιος τροχοειδέος ἄκρα κάρηνα. Adde γαίη et πόλις, ut hic, sibi opposita in VIII. 23, ἀπικόμενοι τὴν πόλιν ἔσχον τῶν Ἱστιαίων, γῆς δὲ τῆς Ἱστιαιώτιδος τὰς κώμας ἐπέδραμον· et memoratae civitatis πόλις καὶ γῆ in VIII. 61. Denique et ipsam cito horum ab Historico explicationem l. VIII. 53, ἔδει γὰρ κατὰ τὸ θεοπρόπιον πᾶσαν τὴν Ἀττικὴν τὴν ἐν τῇ ἠπείρῳ γενέσθαι ὑπὸ Πέρσῃσι.

Stobaei Juncus, nescias, a quanam stet parte, qui p. 511, Θεμιστοκλεῖ συμβουλεύοντί τε καὶ διακρίνοντι ἐπὶ τὸ σαφέστερον τὰ τοῦ Ἀπόλλωνος μαντεῖα, εἵποντο (οἱ Ἀθηναῖοι), ἀπολιπόντες τὴν πόλιν ἐρήμην. Plutarchus vero T. II. p. 628, D. ὡς γὰρ ἡ Πυθία τοῖς Ἀθηναίοις περὶ τὰ Μηδικὰ τεῖχος ξύλινον διδόναι τὸν θεὸν ἔφη, κἀκεῖνοι τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν καὶ τὰ κτήματα καὶ τὰς οἰκίας ἀφέντες, εἰς τὰς ναῦς κατέφυγον. Qui tamen in p. 1116, F. σοφιστικὸν δὲ ἦν διήγημα τὸ Θεμιστοκλέους, ᾧ πείσας Ἀθηναίους τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, κατεναυμάχησε τὸν Βάρβαρον. Demosthenes autem apud Dionys. Halic. T. II. p. 183, 4, οἳ (Athenienses) καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν ὑπέμειναν. Maximus vero Tyrius diss. III. p. 27, Athenienses ἀναστάντες ἐκ τοῦ ἄστεος, ἐς τὸ τεῖχος τοῦ θεοῦ μετῳκίσθησαν.

CAP. 140, 14.

Δείματι. Recipiam equidem oblatam a cod. MS. δείμασι. Solent sic Graeci auctores Latinique pluralitatis uti nominis numero, ut signi-

nificent, vehemens esse id, quod nomine continetur, ut hoc loco *δείματα* erit, *magnus*, *vehemens metus*. Aristoph. Ran. 700, *κἀφελεῖν τὰ δείματα*. Colorem hinc ducit lectio *πλήθεσι* pro *πλήθεϊ* in VII. 211, 9. Plus dicas, si dicas *ἀπορίῃσι ἐνέχεσθαι*, ut VIII. 52, quam si *ἀπορίῃ*. Hinc in Caesaris B. G. V. 45 lectio, *de periculis legionis cognoscitur*, facilius se perito judici probabit veram, quam altera *de periculo*: quam tamen Graecus interpres secutus est, *ἐν ᾧ κινδύνῳ* vertens. Et confirmatur in Euripidis Med. 24 lectio *ἀλγηδόσι*, *vehementissimo dolori*, prae altera *ἀλγηδόνι*. In Ovidii hinc Ep. XVI. 25 lectio *aestus* mihi placet prae *aestum*.

CAP. 141, 10.

Μενέομεν. Veram credo MS. lectionem *μένομεν*· cujus verbi (ut *εἶμι*) praesens significatione gaudet futuri. Thuc. l. V. c. 18, *ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις* Herod. IV. 147, 10, *μένειν*· ut bene e codd. pro *μενεῖν*. IX. 106, *πίστι καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι, ἐμμένειν τε καὶ* etc. Unde non probo in Euripidis Med. 753, *ὄμνυμι θεοὺς ἐμμένειν* etc. editum *ἐμμενεῖν*. Herodoti in l. IV. 3 ult. *οὐκ ὑπομενέουσι*, codex *ὑπομενοῦσι*· possit *ὑπομένουσι*.

CAP. 141, 21.

Legitur sic,

πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν.

 Sed

Sed videtur melius lectum iri sic:

πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν, ἥσυχος ἀλλ' ὑποχωρεῖν.

Nam στρατὸν μένειν is dicitur, qui pugnaturus est. Jam pugnare et ἥσυχος εἶναι qui cohaerent? Contra qui pugnam subire non vult, is dicitur ἡσυχάζειν. Vide e. gr. Thuc. VII. 27. 38. Herod. VII. 150, 13, 19. IX. 41, 11 sq. Xenophont. Gr. Hist. V. 3, 4, ἀναστρέψαντες ἀπεχώρουν ἥσυχοι.

C A P. 143, 15.

Τὸ δὲ σύμπαν εἶναι. Legendum videtur τὸ δὲ σύμπαν εἶπαι. Confer II. 91, Ἑλληνικοῖσι νομαίοισι φεύγουσι χρᾶσθαι, τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν, μηδὲ ἄλλων μηδαμὰ μηδαμῶν ἀνθρώπων νομαίοισι. Quod in VIII. 73, αἱ λοιπαὶ πόλιες ἐκ τοῦ μέσου ἐκατέατο· εἰ δὲ ἐλευθέρως ἔξεστι εἶπαι, ἐμήδιζον· illa εἰ ἔξεστι εἶπαι est, quod hic solum εἶπαι. Thucyd. I. 138, καὶ τὸ ξύμπαν εἰπεῖν. VII. 49, τό τε ξύμπαν εἰπεῖν. Adde VI. 82, καὶ ἐς τὸ ἀκριβὲς εἰπεῖν, οὐδὲ etc. Plutarchus T. II. p. 120 A. τὸ δὲ σύμπαν εἰπεῖν.

C A P. 145, 3.

Λόγον (διδόντες) Schweigh. *collatis sermonibus:* Gronov. *inter se colloquutis.* Equidem accipiam λόγον alio sensu: eo, quo legitur in Euripidis Med. 737, ubi est λόγοις συμβὰς, quod hic λόγον διδούς. Quum aliquid nos dicimus facturos, λόγον dicimur διδόναι· quem λόγον

si

si confirmamus, data dextra, πίστιν censemur διδόναι: si jurati, ὅρκῳ βεβαιοῦν. Vox λόγος sic etiam Sophocli adhibita in Oed. Col. 678 sq.

Oed. οὔ τοι σ' ὑφ' ὅρκου γ' ὡς κακὸν πιστώσομαι.
Thes. οὔκ οὖν πέρα γ' ἂν οὐδὲν, ἢ λόγῳ φέροις.

Nos dicimus: *woord en trouw*. Ad Euripidis locum conf. Heliodori p. 167, ἔχεις ἐν ἐμοὶ τὸ πιστὸν, εἰ βούλει, καὶ ἐνώμοτον· et Sophocl. Phil. 826 sqq. (Johns).

CAP. 151, 8.

Εἴ σφι ἔτι ἐμμένει τὴν etc. Codd. minimum quatuor, ἐμμένειν ἐθέλουσι. Suntne haec vestigia alterius lectionis, me judice vulgatae haud postponendae: εἴ σφι ἔτι ἐμμένει ἐθέλουσι: *maneretne sibi cupientibus?* Etiam in VI. 22, 6, veram credo MS. lectionem, μηδὲ μένειν ἐθέλοντας.

CAP. 152, 2.

Ταῦτα λέγοντα κήρυκα. Futurum credo, qui legi malit, λέξοντα· quod quidem tempus in talibus usitatissimum. Nec movendum tamen invitis MSS. praesens λέγοντα· rarius multo, lectum sic in IV. 151, πέμπουσι ἀγγέλους διζημένους· in Thucyd. VII. 8, ὁ Νικίας - - ἔπεμπε καὶ αὐτὸς ἐς τὰς Ἀθήνας ἀγγέλλοντας· Xenophont. Cyrop. V. 4, 24, καὶ αὐτὸς κήρυκα ἔπεμψε πρὸς αὐτὸν λέγοντα ταῦτα, ὅτι etc. Gr. Hist. II. 1, 7, ἀπεπέμφθησαν πρέσβεις, καὶ ταῦτα λέγοντες ἄγγελοι. Pausaniae II. p. 128, οἱ δὲ παῖδας ἑπτὰ - - ἀποστέλλουσιν ἱκετεύοντας· Appiani T. II. p.

292, αὐτόμολον ἄνδρα Ῥωμαῖον ἔπεμψε δηλοῦντα: T. II. p. 57, πέμψασιν αὐτοῖς ἐς Ῥώμην πρέσβεις αἰτιωμένους. Unde cum in VIII. 54, ἀπέπεμψε ἐς Σοῦσα ἄγγελον ἱππέα Ἀρταβάνῳ ἀγγελέοντα etc. cum MSS. habeant, et olim editum sit, ἀγγελλέοντα, suspicari possis esse hoc a duplici ortum lectione, ἀγγελέοντα et ἀγγέλλοντα, bona utraque. In l. IX. 6, ἐς Λακεδαίμονα ἔπεμπον ἀγγέλους, ἅμα μὲν μεμψομένους etc. tres minimum MSS. habent μεμφομένους. In VII. 145, ἐβουλεύσαντο ἀγγέλους πέμπειν, κελεύσοντας βοηθέειν· totidem MSS. κελεύοντας. Defendunt haec lectionem vulgatam, quae et codd. est MSS. in V. 96, 7, et in V. c. 109, 13. Adde Xenophon. Gr. Hist. III. 4, 25, πρέσβεις πέμπει πρὸς τὸν Ἀγησίλαον λέγοντας. Sic et III, 5, 7. Dionys. Halic. T. I. p. 486, 41, πέμπετε οὖν πρέσβεις ὡς αὐτοὺς, ἀπαιτοῦντας. -- In vs. 17 πᾶν δὴ βουλόμενοί σφι εἶναι πρὸ τῆς π. λ. quod apud Plutarchum legitur σφι προσεῖναι τῆς· legisse eum suspiceris, β. σφι πρὸ εἶναι τῆς etc. simili Atmesi, qua c. 164, ἀπὸ πάντα τὰ χρήματα ἄγων. Plato apud Dionys. Halic. T. II. p. 128, 9, ξύμ μοι λαβέσθε. Julianus in Caes. p. 20 ult. πρόσωπον ὑπό τι συνεσταλμένον.

CAP. 157, 20.

Ὡς οὐκὶ ἥξει etc. Scripsisse Herodotus potest, ὡς οὐ καὶ ἥξει παρὰ σέ γε. Sic IV. 118, ἥκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας, ἢ οὐ καὶ ἐπὶ ὑμέας· ubi etiam multi codd. MSS. male, ἢ οὐκ ἐπὶ ὑ.

CAP.

CAP. 161, 17.

Μάτην γὰρ ἂν ὧδε παρ. Legendum sine dubio, quod duo obtulerunt MSS. *μάτην γὰρ ἂν ὧδέ γε παρ.* Quae particula in talibus non tantum persaepe habetur: sed et aegre lingua patiatur abesse. Vide c. 236, *ἱκανοὶ γὰρ ἐκεῖνοί γε αὐτ.* c. 237, *οὐ γὰρ δὴ κεῖνό γε ἐνδέξομαι.*

CAP. 165, 2.

Ὡς ὅμως καὶ μέλλων etc. Est elegans constructio *τοῦ ὅμως·* (quae etiam obtinet in *μέντοι*) pro *καίπερ μέλλων ἄρχ. ὑ. Λ. ὁ Γ. ἐβοήθησε ἂν ὅμως* etc. Sic Thucyd. V. 61, *οὗτοι δὲ ὅμως καὶ πεισθέντες ὑπελείποντο.* l. VII. 1, *ὡς ὁ Νικίας ὅμως πυνθανόμενος αὐτοὺς ἐν Λοκροῖς εἶναι, ἀπέστειλε,* id est, *καίπερ πυνθανόμενος ὅμως ἀπέστ.* l. VIII. 45, *ἐπικουρίᾳ δὲ ὅμως σωζόμενοι ἀξιοῦσι.* Appian. T. II. p. 128, *τρισμυρίους ὅμως ἔτι ἔχων - - ἀπογνοὺς ἁπάντων.* Pausan. p. 105, *τὰ ἐς αὐτὸν ἔπη κοινὰ ὅμως τοῖς Ἀργείων ἐνταῦθα δηλώσω·* ut et p. 7 ult. 295 ult. 562 pr. 843 ult. Ut pateat in Herod. VIII. 74, *οἱ δὲ ἐν Σαλαμῖνι ὅμως ταῦτα πυνθανόμενοι ἀῤῥώδεον.* id est *καίπερ πυνθανόμενοι ταῦτα, ὅμως ἀῤῥ.*: illud *ὅμως* non bene esse in *ὁμῶς* mutatum. Sic *μέντοι* in Herod. I. 96, *καὶ ταῦτα μέντοι ἐούσης ἀνομίης πολλῆς ἐποίεε,* id est, *καίπερ ἐούσης ἀ. π. ὅμως ἐποίεε·* ut Xenophon Cyrop. VI. 3, 20, *καὶ ὁ Κροῖσος μέντοι μάλα ἄκων συνεχώρησεν·* Appianus T. I. p. 74, *καὶ ταῦτα μέν-*

μέντοι ἔπραξε πιεζόμενος ὑπὸ τραύματος· cui loco adde p. 681, 62. 714, 30.

C A P. 166, 3 sq.

Νικᾷν Ἀμίλκαν τὸν K. Liceat suspicari, vocem esse Ἀμίλκαν delendum, ut vel temere repetitam e praecedentibus, vel e glossa ortam, ad τὸν Καρχηδόνιον adscripta. Nam et paulo ante legimus, Ἀμίλκαν τὸν Ἄννωνος, Καρχηδονίων ἐόντα βασιλέα, moxque sequitur vs. 5, τὸν δὲ Ἀμίλκαν· et saepe pro eo, quod Herodotus scripserat, e MSS. ipsi redditum, ὁ Πέρσης, in editionibus legebatur glossa ὁ Ξέρξης. (Vid. l. VII. 116, 2. 133, 2. 168, 15) et, quod maxime urgeo, ipsam orationem impedit importuna dictio. Sic, credo, scripserat Herodotus:

ἔν τε τῇ Σικελίῃ	καὶ ἐν Σαλαμῖνι
Γέλωνα καὶ Θήρωνα	τοὺς Ἕλληνας
νικᾷν	[νικᾷν]
τὸν Καρχηδόνιον	τὸν Πέρσην

Ad τὸν Καρχηδόνιον adscripta fuit, si vere conjicio, glossa Ἀμίλκαν· quod in praecedentibus id non lectum fuerit; ad τὸν Πέρσην non fuit adscripta glossa τὸν Ξέρξην, quod saepe et lectum sic, et sic glossa ornatum: hic illic adeo e textu ejectum, recepta glossa.

C A P. 169, 5.

Ἐπιμέμφεσθε. Verbum μέμφεσθαι (quod hic pro ἐπιμ. duo codd. MSS.) saepe eo significatu adhibetur, quo vulgo dicitur, *non conten-*

tentum esse, non satis habere, non satagere: Euripidis est in Medea versus,

ἅλις γὰρ οἱ γεγῶτες, οὐδὲ μέμφομαι·

nempe *pueri:* ubi vides, quinam insit locutioni οὐ μέμφομαι sensus, declarari praecedentibus ἅλις εἰσίν. Sic autem et hoc loco Pythiam credo haec voluisse dicere: numnam, o inepti! non satis vobis sunt ea mala, (non istis malis satagistis, num majora vobis mala cupitis inferri, quam) quae etc. Itaque ponam interrogandi signum. Quicumque accepta aliqua calamitate stulte agendo faciunt, ut alteram videantur accepturi, his videtur prior illa non satis esse, ipsique videntur alteram quasi sibi cupere inferri. Horat. Epod. VII. 3, *parumne sanguinis fusum est?* Terentii Geta in Phorm. III. 3. 13,

parumne est, quod omnibus nunc nobis succenset senex:
ni instigemus etiam etc.

Unde possint Pythiae verba sic Latine enuntiari: *parumne est, quod tanta vobis mala deploranda iratus immisit Minos?* subintellecta hac sententia: *ni instigetis etiam, ut plura immittat.* Verbum μέμφεσθαι sic in l. VIII. 106, ὥστε σε μὴ μέμψασθαι τὴν ἀπ' ἐμέο σοὶ ἐσομένην δίκην.

CAP. 175, 5 sq.

Legitur, καὶ ἅμα ἀγχοτέρη τε τῆς ἑαυτῶν. Etsi sic lectus hic locus diligenti critico debuit vitii suspectus esse (nec exputanti, quid sic sibi velit illud τε· et Suidae conferenti Lexicon in ἀγχότερος, absque τε haec citantis); minus ta-

tamen mirarer nihil notatum, quam nunc miror hanc lectionem retentam, cum e duobus MSS, sit enotata lectio, καὶ μία, ἀγχοτέρη τε τ. ἑ. Comparatur ἡ ἐν Θερμοπύλῃσι ἐσβολὴ cum ea, quae ducebat in Thessaliam. Jam hanc narratam legimus in cap. 173, a Graecis eo relictam, ὅτι ἐπύθοντο καὶ ἄλλην ἐοῦσαν ἐσβολήν. Quibus καὶ ἄλλην ἐοῦσαν bene opponuntur in hoc loco μία ἐοῦσα. Itaque non dubitandum videtur, quin illud μία ex auctorio stilo venerit; quod quidem magis etiam ea confirmant, quae his auctor subjicit, τὴν δὲ ἀτραπὸν - - Τρηχινίων· quibus quidem explicat ipse, quo sensu dixerit, μίαν esse τὴν ἐσβολήν· non quo revera una esset, sed quod unam Graeci putarent esse, semitam illam adhuc ignorantes. Non sit inelegans, qui utrumque (καὶ ἅμα μίη, ἀγχ. etc.) velit teneri.

CAP. 177, 3.

Ὅτι οὔτε πλήθεϊ etc. Legendum videtur ὅθι — ταύτῃ.

CAP. 211, 18.

Παραλαβεῖν. Hoc ego, ut verum fatear, non intelligo. Certe nusquam sic legere me memini verbum παραλαμβάνειν. Legendum facile credam: ἐπεὶ οὐδὲν ἐδυνέατο πέρα λαβεῖν· ut modo lectum, οὐδὲν πλέον ἐφέροντο· quodque πλέον ἔχειν in IV. 3, 10.

CAP.

CAP. 221, 5.

Τοῦτον εἴπαντα. Lingua quod postulet, quod adeo suspicor in quibusdam haberi scriptis libris, legam: τοῦτον τὸν εἴπαντα· *eum*, *qui dixit*: nempe c. 219 pr. Hoc interest: si legas, τοῦτον εἴπαντα, sensus erit: *hunc*, *quum dixisset*, quod hinc alienum. Nam eum ista dixisse, jam narratum l. l. Sin legas, τοῦτον τὸν εἴπαντα, erit: *eundem hunc*, *qui dixit*. Facile potuit τὸν excidere post τοῦτον· cujus rei quid huc multa citem exempla? Tu vide mox codd. ad 222, 1, σύμμαχοι οἱ ἀποπ, qui οἱ male omittunt. Frequens hic scribarum error in III. 59, Κρητῶν καὶ τῶν νηῶν· duorum MSS. peperit lectionem, Κρητῶν νηῶν· in c. 80, 19, πάντα τὰ ἀγαθά, codex F. per eundem errorem πάντα ἀγαθά· per quem hic, ut videtur, τοῦτον pro τοῦτον τὸν. Graviter peccatum a scriba cod. F. in V. 115, 1. Vide Schweighaeuser. ad III. 102, 5.

CAP. 223, 10 sqq.

Οἱ δὲ etc. usque ad vs. 22. Videntur haec esse turbata, sic fortasse legenda:

οἱ δὲ ἀ. τ. πρ. ἡ. ὑ. ἐ. τ. στ. ἐμάχοντα· τότε δὲ (sic pro δὴ ms) σ. ἐ. τ. στεινῶν· (scil. ἐμάχοντο) ἅτε γὰρ (vs. 18) ἐ. τ. μ. σ. ἐ. θ. ἐ, τ. π. τ. οὐ. ἀ. ῥ. ὁ. εἰ. μ. ἐ. τ. β. π. τ. καὶ ἀτέοντες. ἔπιπτον δὲ etc, usque ad ἀπολλυμένου vs. 18.

CAP. 235, 7.

Κέρδος μέζον, ἔφη, εἶναι. Recte haec vertun-

tuntur, sed male leguntur. Nam sententia vult addi particulam ἂν· κέρδος μέζον, ἔφη, ἂν εἶναι. Ut nunc legitur, insula narratur revera mersa. Haec sententia: mijn vriend zegt, dat het mij ten grooter gewin is, dat mijn Oom gestorven is, dan dat hij in het leven gebleven ware: sic Graece enuntiatur, λέγει ὁ φίλος μεῖζόν μοι κέρδος εἶναι, τὸν πάτρων τεθνηκέναι, ἢ σωθῆναι. Sic re vera mortuus erit avunculus, eritque consolatio mortem dolentis. Haec vero sententia: mijn vriend zegt, dat het mij ten grooter gewin zoude zijn, dat mijn Oom gestorven ware, dan nu hij in het leven gebleven is: quae erit reprehensio servatam avunculi vitam gaudentis, sic, si Graece loquaris, sonabit, λέγει ὁ φίλος, μεῖζον ἂν μοι κέρδος εἶναι etc, vel, μεῖζόν μοι κέρδος ἂν εἶναι.

AD *LIBRUM* VIII.

CAP. 2, 6 sq.

Εὐρυβιάδεα τὸν Εὐρυκλείδεω. Non agnoscunt τὸν MSS. minimum quinque, Videtur ejiciendus; ut in c. 11, Λυκομήδης Αἰσχρέου. Et sic Herodotus persaepe. Unde in IX, 78, 2, Λάμπων ὁ Πύθεω, quod omittunt ὁ duo MSS. id probem. Vid. et ad IX. 90, 6 sq. In VI. 100 legam Αἰσχίνης Νόθωνος, ut duo MSS.

CAP. 11, 17.

Καὶ οἱ Ἀθ. — αὐτῷ χῶρον etc. omittunt αὐ-

τῷ

τῷ duo MSS. Quod si verum, sic legendum, καί οἱ 'Αθ. Et solet Herodotus sit omittere articulum. Vid. e. gr. cap. 42 extr. et codd. in cap. 41. 8, IX. 70, 9.

CAP. 28, 2.

'Εσβαλλούσαν. E codd. nil enotatum MSS. Suspicor tamen esse, in quibus ἐσβάλλουσαν: quod equidem recipiam genuinum. Fecerunt id, quod fecere, Phocenses, ὅτε ἐσέβαλλε ἡ ἵππος τῶν Θεσσαλῶν, non ὅτε ἐσέβαλε. Quippe fecerunt ἐν τῇ ἐσβολῇ. Vid. IV. 3, 8.

CAP. 30, 8.

Εἰ ἄλλως βουλοίατο. Eleganter adhibitum sic ἄλλως, Gronovio non intellectum, ubi vertit, *si aliter sentire vellent:* quod nec Euripidis ad ad Phoen. 521,

ἀλλ' εἰ μὲν ἄλλως τήνδε γῆν οἰκεῖν θέλει,
ἔξεστι·

Scholiastes intellexit ubi notat; κατὰ ἄλλον τρόπον ἐκτὸς τῆς βασιλείας. Sic εἴπερ ἄλλως ἐβουλόμεθα Eurip. ep. V. p. 503. Pausaniae et vide p. 53, 24.

CAP. 36, 5.

'Ο δὲ Θεὸς σφέας οὐκ ἔα κινέειν. Scire velim, sintne codices, in quibus legatur σφέα pro σφέας. quod genuinum credam. Nam solet sic Herodotus expresso rei pronomine personae pronomen omittere.

CAP.

CAP. 41, 6.

Χρηστηρίῳ τε πειθόμενοι καὶ βουλόμενοι ὑπηρετέειν. Ejecta ſecundum codd. quosdam πειθόμενοι καί. Factum non probo: nam nec probabiliter ſint e gloſſa orta, et terminatio in utroque verbo ομενοι cauſa esſe omisſionis in aliquot libris potuit; tum vide haec Sophoclis Oed. Tyr. 224,

τἄμ' ἐὰν θέλῃς ἔπη
κλύων δέχεσθαι, τῇ νόσῳ θ' ὑπηρετεῖν.

Non tantum voluerunt Athenienſes τῷ χρηστηρίῳ πείθεσθαι, ſed eidem ὑπηρετεῖν, id est, quantum ipſi poterant, efficere, ut illum exitum haberet, quem habiturum ſperaverant. In VI. 12, 7, ἐπείθοντό τε καὶ ἐποίευν τὸ κελευόμενον· ſi ab uno alterove MS. ἐπείθαντο abesſet, num idcirco deberet adulterinum videri? In Aristoph. Lyſ. 781, καὶ γὰρ αἰσχρὸν τουτογὶ, τὸν χρησμὸν εἰ προδώσομεν· illud οὐ προδοῦναι est, quod hic ὑπηρετεῖν βούλεσθαι· quodque est, ἐς ὀρθὸν ἐκφέρειν in Sophocl. Oed. Col. 1489.

CAP. 49, 5.

Ἀφεῖτο. Equidem retineam veterem lectionem, quae et MSS. est ἀφεῖται. Nam ſic magis patet Eurybiadis verba esſe. Vide Schweigh. ad III. 14, 39.

CAP. 58, 1.

Κάρτα δή. Duo MSS. κάρτα δέ· unus κάρτα

τα τε. Utrumque suspicor Herodotum scriptum reliquisse: κάρτα τε δὴ τῷ Θ. ἡ. ἡ υ. καὶ οὐδὲν etc.

CAP. 60, 8.

Valde memorabilis mihi lectio MS. quam non dubito etiam in aliis iri repertum, ἢν δὲ πειθόμενος. Quae erit aposiopesis, qualis Thucyd. III. 3, καὶ ἢν μὲν ξυμβῇ ἡ πεῖρα· εἰ δὲ μὴ etc. in IV. 13, ἢν μὲν ἀντεκπλεῖν ἐθέλωσι σφίσιν ἐς τὴν εὐρυχωρίαν· εἰ δὲ μὴ etc. In Aristoph. Plut. 468, κἂν μὲν ἀποφήνω etc. εἰ δὲ μή· ubi critici. Thesm. 136, εἰ μὲν οὖν τις ἔστιν· εἰ δὲ μή· ubi Brunck. Xenophon. Mem. III, 1, 9, εἰ μὲν τοίνυν καὶ διαγιγνώσκειν σε τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τοὺς κακοὺς ἐδίδαξεν· εἰ δὲ μὴ etc. Cui loco adde Cyropaed. VII. 5, 54. VIII. 7, 24. Anabas. VII. 1, 31, c. 7, 15, εἰ μέν τι σὺ ἔχεις πρὸς ἡμᾶς λέγειν· εἰ δὲ μή, ἡμεῖς πρὸς σὲ ἔχομεν. Plato Protag. p. 289, καὶ ἐὰν μὲν ἑκὼν πείθηται· εἰ δὲ μὴ etc. Adde Herod. V. 109, 8 sq. Appiani T. II. p. 415. Hoc habebunt Herodoti sic verba singulare, quod ἀποσιωπήσεως figura in posteriori est periodi parte, quae vulgo in priori. Nam hujus rei exemplum adhuc nullum reperi.

CAP. 68, 28.

Πρὸ τῶν Ἀθηναίων. Sic numquam, credo, Graeci, qui semper in talibus regionem memorant, non incolas; ut c. 70, ὑπὲρ γῆς τῶν Ἀθηναίων ναυμαχέειν. Thucydides II. 20, τοὺς γὰρ Ἀχαρνέας οὐχ ὁμοίως προθύμους ἔσεσθαι ὑπὲρ

ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων κινδυνεύειν. Praeterea incolarum si salus agitur, non minus πρὸ τῶν Ἀθηναίων pugnatur, si ad Isthmum navale praelium fiat, quam πρὸ τῶν Λακεδαιμονίων, si ad Salamina. Sed non id tunc agebatur, *pro* quibus *hominibus* pugnaturi essent: (nam pro omnium erant salute pugnaturi) sed *ante* quamnam *regionem*. Quod et illos vidisse credo, a quibus orta in scriptis lectio τῶν Ἀθηνέων. Sed neque urbis sic solet mentio fieri, sed semper regionis. Legendum videtur πρὸ τῆς Ἀθηναίων.

CAP. 69, 3.

Ὡς κακόν τι πεισομένης. Hanc locutionem, κακόν τι πάσχειν, cum auctor ipse mox reddat, ἀπολέσθαι, in ὡς ἀπολεομένης αὐτῆς· et ipsa locutio, ubi latine est *mori*, fere ita adhibeatur, ut nihil addatur; oriatur suspicio, dictionem κακὸν hic esse e glossa ortam. Vide ad III. 62, 18. Quam suspicionem confirmet et omissio τοῦ τι in cod. MS. et hic locus VIII. 102, Μαρδονίου, ἤν τι πάθῃ, λόγος οὐδεὶς γίνεται· οὐδέ τι νικῶντες οἱ Ἕλληνες νικῶσι, δοῦλον σὸν ἀπολέσαντες. Ubi vides respondentes inter se τὶ παθεῖν et ἀπολέσθαι. Ut et in Xenoph. K. Π. V. 4, 1, εἴ τι οὗτος (Gadatas) πάθοι, coll. 2, ἀποκτείνας Γαδάταν· Anab. V. 3, 6, ἢν μὲν αὐτὸς σωθῇ - - εἰ δέ τι πάθοι. Appian. T. II. p. 450, ἀπιὼν τὸν δῆμον ἐμαρτύρετο, εἴ τι πάθοι, πρὸς Ἀντωνίου δολοφονεῖσθαι. Et locutio fere habetur non addito κακόν. In Thucyd. IV. 38, Styphon memoratur αὐτὸς τρίτος ἐφῃρημένος ἄρχειν, εἴ τι ἐκεῖνοι πάσχοιεν· (*si quid iis accidat*, ut Caesar de B. G. III.

III. 22: quod ubi Cicero dicit pro Mil. 22, *si quid ipsi accidat:* et c. 36, *si quid mihi acciderit:* multum id differt ab hoc, quod in Am. c. 3, *nihil* mali *accidisse Scipioni puto.*) in c. 15, *ὑπὸ λιμοῦ τι παθεῖν*, *fame perire.* Appian. T. I. p. 114, *ἐν χερσὶν ἑλόμενοί τι παθεῖν μᾶλλον, ἢ ὑπὸ τοῦ λιμοῦ·* coll. T. II. p. 695. Hermippus Eustathii ad Il. Φ. p. 1338, 3,

ἢν ἐγὼ πάθω τι τήνδε τὴν λεπαστὴν ἐκπιὼν,
τῷ Διονύσῳ πάντα τἀμαυτοῦ δίδωμι χρήματα.

Euripidis confer *ῥῆσιν* apud Stobaeum p 411 cum Medeae 1077-1112, et videbis, quae apud illum leguntur,

κἂν αὖ γένωνται σώφρονες,
λυποῦσι τὸν φύσαντα, μὴ πάθωσί τι·

convenire sensu cum his, quae in Medea vs. 1106 sqq.

εἰ δὲ κυρήσει
δαίμων, οὗτος φροῦδος ἐς Ἅιδαν
θάνατος προφέρων σώματα τέκνων.

Cum quo Euripidis loco operae erit pretium haec contulisse Platonis Alcib. sec. p. 229, *εὑρήσεις καὶ περὶ τέκνων τὸν αὐτὸν τρόπον, εὐξαμένους τινὰς ἤδη γενέσθαι· καὶ γενομένων εἰς ξυμφοράς τε καὶ λύπας τὰς μεγίστας καταστάντας· οἱ μὲν γὰρ μοχθηρῶν διὰ τέλους ὄντων τῶν τέκνων ὅλον τὸν βίον λυπούμενοι διήγαγον. τοὺς δὲ χρηστῶν μὲν γενομένων, συμφοραῖς δὲ χρησαμένων, ὥστε στερηθῆναι, καὶ τούτους οὐδὲν εἰς ἐλάττονας δυστυχίας καθεστηκότας, ἥπερ ἐκείνους, καὶ βουλομένους ἂν ἀγέννητα μᾶλλον εἶναι, ἢ γενέσθαι.* Quod de pa-

patria Horatius: *dulce et decorum pro patria mori*: de amico Luciani Toxaris p. 514, *παρ' οὐδὲν τιθέμενος, εἰ ἀποθανεῖται, σώσας τὸν φίλον*· Appiani sic Caesar Augustus de patre: *καλὸν γάρ τι καὶ παθεῖν πατρὶ ἐπικινδυνοῦντα*, T. II. p. 515. Soloni est *πρίν τι παθεῖν*, *dum vivunt*, apud Stob. p. 72: rarius Euripidis Alc. 136, *εἴ τι δεσπόταισι τυγχάνει* pro *ἤν τι δεσπόται πάθωσι*. Et fatendum ubicumque est *occidi*, *perire*, semper dici *παθεῖν τι*. Xenophontem vide Cyr. I. 4, 22. VI. 1, 35, 37, 40. VIII. 1, 46. Anab. VII. 2, 14. Hist. Gr. I. 6, 4. Herod. IV. 97. Plato p. 34, 26. p. 396, 20, *εἴ τι πάσχοιεν, ἡνίκα κινδυνεύειν ἔμελλον*. Appian. T. I. p. 767, 32. T. II. p. 90, 265, 521, 526. Lucian. T. II. p. 531, 56. T. III. p. 301, 15. De nave si sermo, est *frangi*, ut Euripid. Iphig. Taur. 755, *ἤν τι ναῦς πάθῃ*. Si de exercitu, est *vinci*, *fundi*, *interfici*, ut Xenoph. Cyrop. II. 1, 8 et 11. IV. 5, 48. Appian. T. I. p. 60. Si de populo, *interire*, Xenoph. Cyrop. I. 6, 10. Et *κακόν τι παθεῖν* alio sensu adhibetur, ut VI. 30, 3. Xenophon Cyrop. III. 1, 22. IV. 3, 5. V. 3, 30. VIII. 7, 27, *μή τι πάθοιμι χαλεπόν* in VIII. 7, 7. (*ἄχαρί τι παθέειν* Herod. VIII. 143. VI. 9, 17). Anab. V. 5, 9. VII. 4, 13. *κακόν τι* Plato p. 13, 45. Lucian. T. III. p. 604, 57, *πλημμελὲς* Plato V. Rep. p. 414, 9. Appian. T. I. p. 151, *ἀτοπώτερόν τι*, T. II. p. 219. Nec tamen quidquam contra MSS. ausim: nam possunt Artemisiae mortem inimici sperasse; amici minorem ei calamitatem timuisse. Vid. VI. 9, 7. Ad Medeae Euripidis locum adde senarios tragicos apud Clem. Alex. III. Strom. p. 435, A.

Qui

Qui quod in V. Strom. p. 579, A. habet, ἤν τι δέλτος ἢ 'πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ· conferri id possit cum Euripid. Iphig. Aul. 739, ἢν ἡ δέλτος ἐν κλυδῶνι ἀφανὴς γένηται· de rota, si frangatur, εἴ τι γένοιτο, Plutarch. T. II. p. 2, D. in alia re Demosthenes ap. Dionys. Halic. T. II. p. 124, 20. Vide et Aristoph. Vesp. 384, Pac. 168. Κακόν τι παθεῖν, *calamitatem accipere*, Aristoph. Plut. 856, Nub. 1081, Thesm. 541, Lys. 715. Xenophon Hier. c. VII, §. 8. Vulgatam in Herodoto lectionem defendas ex auctoris Epp. Phalaridis hisce p. 266, 4 sq. οὐχ ὡς δεδιὼς ὑπὸ σοῦ κακόν τι παθεῖν, οὐ γὰρ ἐκ γυναικείας χειρὸς τυραννοκτονηθήσεται Φάλαρις. Vide et ad Euripid. Androm. 89.

CAP. 73, 2.

Κατὰ χώρην ἵδρυται. Non opus mutato. Est κατὰ (κατ' ἃ VII. 199, 4), ut saepe, dictum pro καθώς. Et χώρην ἱδρύσθαι est proba locutio. Euripid. El. 1130,

οὕτως ἀγείτον' οἶκον ἵδρυσαι φίλων;

Sic et ᾠκῆσθαι χῶρον. Nam in Herod. IV. 95, τῶν τὸν Ἑλλήσποντον οἰκεόντων Ἑλλήνων· vera mihi videtur lectio, οἰκημένων· ut I. 27, τοῖσι τὰς νήσους οἰκημένοισι· utque Euripidi dicitur στενὸν δίαυλον ᾠκίσθαι δεινὴ Χάρυβδις, in Troad. 435. Plato Symp. p. 184, 49, τὴν οἴκησιν ἵδρυται. Ipse Herod. II. 42, ὅσοι Διὸς ἵδρυνται ἱρόν. In Josephi Ant. Jud. I. c. 2, p. 10, πολλὴν δ' ἐπελθὼν γῆν ἱδρύεται Κάϊς Ναΐδα,

τόπον οὕτω καλούμενον· fort. leg. ἵδρυται. Certe non addam cum V. D. εἰς.

CAP. 74, 5.

Ἕως μὲν δὴ etc. Hoc si sic Herodotus scripsit, erit in ἕως aposiopesis, qualis in εἰ observata ad cap. 60. Ceterum scripsisse potest, τέως μὲν δὴ etc. Loca, ubi τέως absolute, notata ad I. 4. Herodoto adhibitum τέως μὲν - - - - τέλος δὲ etc. I. 82. II. 169, 10, Pausanias imitatus p. 263, Ὀδυσσεὺς τέως μὲν ἠνείχετο, τέλος δὲ etc. Qui etiam τέως μὲν - - ἐπεὶ δὲ etc. p. 362, τὴν Ἀργιόπην τέως μὲν - - οἰκεῖν· ἐπεὶ δὲ etc. quod legerat in Herodoti II. 45. V. 93, 7: qui τέως μὲν - - ὡς δὲ etc. in l. VII. c. 233: τέως μὲν - μετὰ δὲ etc. in I. 11. c. 94. Xenophon Cyrop. V. 3, 17, τέως μὲν συμπαρεσκεύαζεν - - ἐπεὶ δὲ etc. Anabas. V. 4, 16, τέως μὲν ἡσύχαζον· ἐπεὶ δὲ etc. VII. 4, 8, τέως μὲν ἀεὶ ἐμέμνητο - - ἀπὸ δὲ τούτου τοῦ χρόνου etc. c. 7, 55, τέως μὲν ἔλεγον· - - ἐπεὶ δὲ etc. Plato ἐραστ. p. 234, τέως μὲν θαυμάζειν - - ἔπειτα etc. Theag. p. 238, τέως μὲν - κατεῖχον - ἐπειδὴ δὲ etc. Lach. p. 254, τέως μὲν παρέθει - - ἐπειδὴ δὲ etc. Lys. p. 262, 25, τέως μὲν ἠπόρει - ἔπειτα etc. Vide et IV. Rep. p. 411, 4. Appianus T. I. p. 45, ὁ δὲ τέως μὲν αὐτοῦ κατεῖχε· μετὰ δὲ etc. — De ὅμως (non ὁμῶς) vs. 3 vide ad VII. 165.

CAP. 83, 5 sq.

Mutato δὲ in γε sic haec legam:

τὰ δὲ ἐ. ἦν· π. κρ. τ. ἡ. ἀντιτιθέμενα, ὅσα

γε

γε ἐν ἀ. φ. κ. κ. ἐγγίνεται. παραινέσας δὴ τ. etc.

CAP. 86, 7.

Fort. καὶ ἐλέγοντο. Plutarch. T. II. p. 990, A. ἐστίν τε καὶ λέγεται. Xenophon Agef. c. 3, § 5, εἶναί τε καὶ ὄντα ἐγνῶσθαι. Aelian. V. H. XIV. 1, σοφὸς ἀνὴρ καὶ ὢν, καὶ εἶναι δοκῶν. Julianus Or, V. p. 312, 23, ἦν τε καὶ ἐδόκει. in Caef. p. 46, 17, μηδένος εἶναι, μηδὲ νομίζεσθαι δεύτερον.

CAP. 87, 12.

Τοῦ Καλυνδέων βασιλῆος Δ. Pro Καλυνδέων codex est, in quo Καλυνδέω· quod si in pluribus habeatur, non fit inepta fuspicio fcriptum Herodotum reliquisse, τοῦ Καλυνδέω Δ. vocemque βασιλῆος esse e glossa ortam. In VI. 11, 3, καὶ ὁ Φωκαεὺς στρατηγὸς Διόνυσος· illud στρατηγὸς et MS. Ask. ignorat, et Longinus, ista citans. In VI. quoque c. 126, Κλεισθένης ὁ Σικυῶνος τύραννος· ubi pro Σικυῶνος alii Σικυώνιος, alii Σικυωνίων, veram lectionem esse conjicias, ὁ Σικυώνιος· quod ab aliis explicatum fit, ὁ Σικυῶνος τύραννος, ab aliis, ὁ Σικυωνίων τύραννος. In III. 4, τὸν Ἀραβίων βασιλῆα, cum codex habeat, τὸν Ἀράβιον· vocem suspiceris βασιλῆα esse e glossa ortam: ut in c. 7, πέμψας παρὰ τὸν Ἀράβιον ἀγγέλους, male duo MSS. Ἀράβιον βασιλῆα· uti corrupta plurimorum codd. MSS. lectio in V. 94, 2. Vid. lect. MSS. ad I. 2, 13.

CAP. 93, 4.

Ὃς καὶ Ἀρτεμισίην ἐπεδίωξε. Qui haec cohaereant cum sequentibus, εἰ μέν νυν ἔμαθε, ὅτι ἐν ταύτῃ πλώει ἡ Ἀρτ. alii viderint. Nam ταύτῃ est, si sensum quaeras, ταύτῃ νηΐ· sed si linguam spectes et verborum relationem, erit ταύτῃ Ἀρτεμισίῃ. Dignus hic nodus est qui solvatur. Forsitan sint codices, in quibus τὴν Ἀρτεμισίην. Sic equidem legam, τὴν Ἀρτεμισίης.

CAP. 94, 16.

Est fere hic οἷοί τε, quod plurimum ἑτοῖμοι. Dionysius sic Halic. T. I. p. 218, 8, ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ, καὶ παραχωρεῖν οἵου τε ὄντος ἀπὸ τοῦ βήματος· quo fortasse eodem capiendum in Xenophontis Ἀπομν. III. 11, 1, Dionys. Halic. T. I. p. 636, 44, Epp. Phalar. p. 186, 11, Joseph. A. J. I. 8, p. 29. c. 12. p. 35.

CAP. 102, 9.

Κατεργάσαντο. Non probo, quod nonnemo conjecit, κατεργάσαιντο. Vid. sic VII. 158, 12 sq. IX. 33, 28., et in cap. 77 sic τετιμώρησαι· etiam IX. 94, 13 sq. Homeri locus apud Lucian. T. III. p. 601. Luciani Epigr. T. III. p. 676. Ep. VIII. 2. Eurip. Andr. 528.

CAP. 105, 9.

Πίστιος εἵνεκε τῆς πάσης. An πίστιος εἵνεκα τῆς παστάδος. Vide Xenophont. Cyrop. VII. 5, 59 sqq.

CAP.

CAP. 108, 13.

Plures codices MSS. iique melioris notae cum pro σφεῖς habeant σφί· cumque nullus habeat σφεῖς (nam Gronovii silentium super hoc loco non probat esse in Med. cod. σφεῖς), possit haec lectio sic defendi (nam sic in vs. 14 legendum e quatuor MSS. ἐργάσαιτο), ut σφὶ dictum sit ex abundanti, ut saepius, (IX. 111, 3. sic ὑμῖν in codd. V. 30, 21, alia) et Themistocles dicatur, si pons rescindatur, (*suo consilio*, quo id Graeci fecerint) maximam Graeciae illaturus calamitatem. Mihi quidem intolerabile videtur, Aldi conjecturam (σφεῖς pro σφέας, quod legitur in duobus codd. inque suo ille reperisse videtur) octo codicum MSS. optimorum haud ineptae lectioni praeferre.

CAP. 113, 16.

'Εν δὲ πλεῖστον etc. Quod hic legendum jampridem conjeci, ἓν δὲ πλεῖστον, codex id confirmat MS. quod tamen non receptum. Vide Sophocl. Oed. Reg. 1393, κάλλιστ' ἀνὴρ εἷς. Ipse Herod. VI. 127, ὃς ἐπὶ πλεῖστον δὴ χλιδῆς εἷς ἀνὴρ ἀπίκετο· quod εἷς male abest a cod. MS. Thucyd. VIII. 68, πλεῖστα εἷς ἀνὴρ δυνάμενος ὠφελεῖν. Xenophon de re Eq. c. 6, § 13, ἓν τοῦτο δίδαγμα ἄριστον. Pausaniae p. 469, φανερώτατα δὴ ἁπάντων ἀνὴρ εἷς φρονήσας τὰ Λακεδαιμονίων.

CAP.

CAP. 115, 6.

Τὸν τούτων καρπὸν ἁρπάζοντες. Pro ἁρπάζοντες MS. ἀναρπάζοντες· quod si sic legas, τ. τ. καρπὸν ἂν ἁρπάζοντες, videri haec poterit vera lectio. Est hic particulae usus Herodoto frequens (Vid. I. 196. II. 174. III. 51, 12, 14, ubi peccatum: III. 148, ubi itidem peccatum in MSS. IV. 130. IV. 42, 16 sqq. c. 78, 21. c. 200, 14, ubi quoque codd. pars corrupta: VII. 211, 14.) ubi, quod facere quis dicatur, *quotidie* id facere, *perpetuo* dicatur. Sic in III. 119, ἡ δὲ γυνὴ φοιτέουσα κλαίεσκε ἂν καὶ ὠδύρετο· ποιεῦσα δὲ ἀεὶ τοῦτο. (ubi quoque ἂν in quibusdam codd. corruptum.) In quibus particulae vim ipse auctor explicat, ἀεί. Et l. IV. 200, ὀρύσσοντες δὲ ἂν ταύτῃ οἱ Βαρκαῖοι ἔκτεινον. Quod in IV. 162, ἡ δὲ λαμβάνουσα τὸ διδόμενον, Eustathii verba summum virum induxerunt, Valckenarium, ut legendum putaret, τὸ ἀεὶ διδόμενον, vel λαμβάνουσα ἀεὶ τὸ διδ. mihi ea cum vulgatis ibi collata conjecturam subjecerunt, scripsisse Herodotum, ἡ δὲ ἂν λαμβάνουσα τὸ διδόμενον· quod ἂν Eustathius suo stilo dixerit ἀεί. Olim in IV. 128, 11, legebant αἰεί. ubi nunc bene e codd. MSS. ἄν. Semel hunc usum τοῦ ἂν in Thucydideis observavi in VII. 71, ἀνεθάρσησαν τε ἂν, καὶ πρὸς ἀνάκλησιν θεῶν ἐτρέποντο· in Xenophonteis saepius: Mem. IV. 1, 2, πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾷν· in IV. 6, 13, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον· Cyrop. VII. 1, 10 sqq. VIII. 1, 17, 20, 23, c. 3, 8. Anabas. I. 4, 8. c. 5, 2. c. 9, 19. c. 10, 17. II. 3, 11. IV. 7, 16. Adde Anacreon. IX. 28.

Ter

Ter Pausanias p. 111, ὁπόσων μάχῃ κρατήσειεν (Sinis), ἀπ' αὐτῶν δήσας ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι. p. 331, τὰς δᾷδας ὕων ἂν ἐσβέννυεν ὁ θεός. p. 341, τὸ αὐτὸ ἂν ἔπασχον. Et sic saepe Plato, Aristophanes, Sophocles, Lucianus, cujus III. p. 520, 83, μάτην, εἶπεν, ἂν ἐπρεσβεύσαμεν· sic credo legenda, μάτην, εἶπεν ἄν, (*semper dicebat*) ἐπρεσβεύσαμεν· et in ejusdem Icaromenippo T. II. p. 782, 60, vera lectio, ὁ δέ τις ἂν ἔφη. Herodoti haec III. 82, θαυμαζόμενος δὲ ἀν' ὧν ἐφάνη· possint et sic legi, θ. δὲ ἂν ὧν ἐφ.

CAP. 120, 10.

Ὅθεν δή μιν φασὶ etc. Nescio satisne fuerit interpretibus perspecta vis particulae δή· quae addita auctorem significat relata referre, nec fidem ipsum habere relatis. „ De libello, quem „ sub Pitthei nomine vulgatum legerit, quid Pau- „ sanias censuerit vocula δὴ demonstrat in his „ p. 184, Πιτθέως δὴ (scilicet!) σύγγραμμα." Sic Valckenar. ad Hipp. p. 161. In IX. 47, Mardonii sunt ad Lacedaemonios verba, ὑμεῖς δὴ λέγεσθε εἶναι ἄνδρες ἄριστοι· c. 50, ἀπικομένων δὲ ἐς τὸν χῶρον τοῦτον, τὸν δὴ (*ut narrant*) ἡ Ἀσωπὶς Ὠερόη περισχίζεται. in l. VII. c. 189, 6, κατὰ δὴ τὸ κῆδος τοῦτο· nempe Boreae, cui scilicet! nupserit Orithyia. Adde III. 5, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι. Adde I. 75, οὐ γὰρ δὴ εἶναί κω. etc. VI. 105, τῷ δὴ, ὡς αὐτὸς ἔλεγε, ὁ Πὰν περιπίπτει. Sic Thucyd I. 128, δι' ὃ δὴ καὶ σφίσιν αὐτοῖς νομίζουσι τὸν μέγαν σεισμὸν γενέσθαι. Pausanias p. 56, 16. p. 128, 26, ἀγαγόντες δὴ τοὺς

θεοὺς

θεοὺς etc. p. 165, 17. p. 711, 6. p. 734, 16, ἔνθα δή φασι τὰς θεὰς ᾄδειν. p. 813, 17, οὗ δὴ ὁ πατὴρ λέγεται καθῆραι Ἀπόλλωνα. In Luciani T. III. p. 355, 20, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ, *invitum* ſcilicet! non cepit id interpres. Vid. et Ponti Euxini Peripl. (Gronov.) p. 154, 12. Clemens ſic Alex. I. Strom. p. 320, D. τὰ ἀπὸ Κέκροπος τοῦ διφυοῦς δὴ καὶ αὐτόχθονος. Talia ab Herodoti lectoribus non obſervata, fecerunt, ut minime ſtultus ſcriptor fabellis fidem habere videretur.

CAP. 122, 8.

Τοῦ Κροίσου κρητῆρος. Pro Κροίσου MS. χρυσοῦ. Quae est in IX. 48, βουλόμενοι μούνοισι Πέρσῃσι μάχεσθαι, ubi pro μούνοισι alii codd. MSS. μοῦνοι habent, Koenii conjectura, utrumque verum esſe; cum in I. 51, ſcriptum legamus, ὁ Κροῖσος ἀπέπεμπε ἐς Δελφοὺς κρητῆρας δύο, χρυσέον καὶ ἀργύρεον· ὁ μὲν χρυσέος κεῖται etc. eadem hic mea est conjectura, utrumque Herodotum ſcripſisſe, ἀγχωτάτω τοῦ χρυσέου Κροίσου κρητῆρος.

CAP. 135, 8-10.

Ἐς τοῦτο - - καὶ πρόκα τε etc. Prava haec interpunctione laborantia ſtili carent Herodotei charactere. Pro ἕπεσθαί οἱ recte plerique MSS. ἕπεσθαι δέ οἱ. Sic videntur legenda: ἐς τοῦτο τὸ ἱρὸν ἐπεί τε παρελθεῖν τ. κ. τ. Μῦν, (ἕπεσθαι δέ οἱ τῶν α. αἱ. α. τρ. α. τ. κ. ὡ. α. τ. θ. ἔμελλε) καὶ πρόκα τε τ. πρ. β. γλ. χρᾶν, καὶ τοὺς etc. Ut illa, ἕπεσθαι δέ οἱ - - ἔμελλε,

λεν, sint ἐν παρενθέσει dicta: et postquam templum Mus introierit, duo facta esse dicantur, et prophetam barbare locutum esse, et admiratos qui sequerentur.

CAP. 138, 3.

Σὺν νόῳ ἐκείνων. Vitium hic suspicor latere, quod tollere, quam potero, conabor. Primo observo, pro ἐκείνων in MS. esse κείνων· deinde pro nihilo habendum non esse, in alio MS. esse συνόῳ. Jam fac, ut in II. 40, 6, IX. 56, κεινὸν in ἐκεῖνον corruptum in MS. (vide et schol. Apollon. Rhod. ad I. 103) sic in hoc loco κείνων et ἐκείνων corruptam esse scripturam pro κεινῶν, cum toties subscriptum jota in ν abierit, potest certe vera lectio esse κεινῷ. Quod si sit, eliciam e MS. συνόῳ hanc lectionem, οὐ νόῳ κεινῷ. Permutata σὺ et οὐ in II. 143, 4. VII. 103, 3. Quod cui displiceat, οὐ νόῳ κεινῷ· cum potius debeat, οὐ κεινῷ νόῳ· Herodotei ille observet hoc stili esse, veluti V. 86 pr. Αἰγινῆται δὲ λέγουσι, οὐ νηῒ μιῇ ἀπικέσθαι -- ἀλλὰ πολλῇσι νηυσὶ ἐπιπλέειν etc.

CAP. 140, 17.

Ὥστε. Qui possit hic voculae locus esse, diu cogitans non intelligo. Hoc dicit Mardonius: vidistis exercitus Xerxis immensitatem: quantae sint mecum copiae scitis: sed si vel has superaveritis, quod vix speretis, alius mox aderit exercitus multiplex. Quaenam est, quaeso, ea inter haec cohaerentia, ut locus esse possit voculae conjunctivae ὥστε, *ut*, *ita ut*.

Tu

Tu velim memineris elegantisfimum quemque Graecorum scriptorum solere voculam ὡς sic adhibere, ut accipi debeat intellecto ἴσθι, *scito*, *scitote*. Sic Euripides Androm. 588,

ὡς τήνδ' ἀπάξεις οὔποτ' ἐξ ἐμῆς χερός.

id est, ἴσθι ὡς, γίγνωσκε ὅτι. Sic Sophocles Aj. 39,

ὡς ἔστιν ἀνδρὸς τοῦδε τἄργα ταῦτά σοι.

unde colorem ducit ejusdem fabulae vs. 98 a viro docto facta emendatio:

ὡς οὔποτ' Αἴανθ' οἶδ' ἀτιμάσουσ' ἔτι.

ubi vulgo legitur ὥστε· sed dubitans Scholiastes, sitne οἶδ' legendum, an οἶδ' (οἶδα), satis ostendit, olim ibi lectum ὡς. Nam quis unquam vel dixit, οἶδα ὥστε, pro οἶδα ὡς, vel dictum putavit? Quo si addas Sophoclis Oed. Col. 44,

ἀλλ' ἵλεῳ μὲν τὸν ἱκέτην δεξαίατο·
ὡς δ' οὐχ ἕδρας γῆς τῆσδ' ἂν ἐξέλθοιμ' ἔτι·

probabiliter sic emendato ab eodem V. D. vulgato ὥστε· accedes fortasse mihi pro ὥστε legenti, ὡς δέ· εἴδετε μὲν γὰρ τ. Ξ. στρ. τὸ πλῆθος· πυνθάνεσθε δὲ καὶ τ. ν. π. μ. δύναμιν· ὡς δὲ καὶ ἢν etc. *nam vidistis quidem* etc. *et audivistis* etc. *sed* (scitote), *si vel* etc. Confer, quaeso, VI. 13, ubi Samii leguntur εὖ ἐπιστάμενοι, ὡς εἰ καὶ τὸ παρεὸν ναυτικὸν ὑπερβαλοίατο τὸν Δαρεῖον, ἄλλο σφι παρέσοιτο πενταπλήσιον. Quae si Aeacus legeretur ad Samios loquutus habita oratione, sic potuisset loqui, ἀλλ' ἢν καὶ τ. π. ν. ὑπερβάλησθε, ὡς ἄλλο ὑμῖν παρέσται·

σται· vel sic, ὡς δὲ, ἢν κ. τ. π. ν. ὑπ., ἄλλο ὑ. π. Plene Thucydides l. VI. 91, ὡς δὲ, εἰ μὴ βοηθήσετε, οὐ περιέσται ταχεῖ, μάθετε ἤδη· quae μάθετε ἤδη omisisset, Tragicum sermonem si imitari, ut Herodotus, voluisset. Aristoph. Acharn. 324, ὡς τεθνήξων ἴσθι· conf. cum vs. 334, ὡς ἀποκτενῶ. Adde Av. 481.

CAP. 144, 4.

Κάρτα ἀνθρωπήϊον ἦν. Suum spero Herodotum aliquando e duobus MSS. recuperaturum, κάρτα μὲν ἀ. fastidiosa magistrorum elegantia ejectum. Duplex sic μὲν stili est Herodotei. Vide I. 113, τὸν μὲν ἔφερε -- τοῦτον μὲν etc. ubi quoque posterius μὲν a tribus codd. abest MSS. II. 29, τοσόνδε μὲν - μέχρι μὲν etc. c. 42, ὅσοι μὲν δὴ - οὗτοι μέν νυν etc. III. 108, 5 sq. IV. 9, 22 sqq. c. 48, 6 sq. In III. 158, οἱ μὲν εἶδον τὸ ποιηθὲν, οὗτοι ἔφευγον· bene duo MSS. οὗτοι μὲν ἐφ. In I. 107, τὴν μὲν Μανδάνην, ejectum μὲν non probe.

CAP. 144, 19.

Εἰ μὴ πρότερον. Recipiam e MS. Arch. εἰ μὴ καὶ πρότερον. Ut ἤδη μοι καὶ πρότερον δεδήλωται, in II. 9.

AD

AD *LIBRUM* IX.

CAP. 2, 7.

Ἕλληνας -- περιγίνεσθαι. Videtur stili esse Herodotei haec negligentia, ut sententiam ita ordiatur, ut aliter clausurus sit, quam re vera claudit. Veluti hic ita orditur, quasi subjecturus, χαλεποὺς εἶναι π. mutato vero consilio subjicit χαλεπὰ εἶναι π. nec mutatis tamen Ἕλληνας ὁμοφρονέοντας. — In vs. 11 equidem nolim Herodoti verba carere voce ἰσχυρά. Nam si Thebanorum consilio Mardonius pareret, non erat ἔξων πάντα Graecorum βουλεύματα· sed corruptis Graeciae principibus, periret illa Graecorum βουλευμάτων ἰσχυρότης, qua Xerxis copias vicerant, quae ipsorum sequeretur ὁμοφροσύνην. Tuetur ἰσχυρὰ praecedens, κατὰ τὸ ἰσχυρόν. Vide etiam IX. 41, 20.

CAP. 6, 9.

Ἐσβαλόντα. At nondum ingressi erant in Atticam barbari. Vera igitur lectio videtur codicis F. ἐσβάλλοντα· et in cap. 7. vs. 27 ex eodem codice idem verbi tempus. Qui in eo sunt, ut in aliquam regionem hostiliter ingrediantur, hi recte dicuntur ἐσβάλλειν, non vero ἐσβαλεῖν.

CAP. 7, 8 sq.

Haec sic legam: ἔπεμψαν ἡ. Ἀθ. λέγοντες ὅτι· Ἡμῖν etc. Sunt illa ab ἡμῖν ad vs. 28 βάρβα-

βαρον, ipsa Atheniensium verba, non nuntiorum, ut IX. 21, 7. Patet hoc e verbo λέγοντες· sin aliter, debuit λέγοντας vel λέξοντας. Luciani T. I. p. 253, καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν ὅτι· „ Σὲ, ὦ Π. etc. ut et p. 329, εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὅτι·" „ Σοὶ, ὦ etc. In Herod. III. 64, οἱ δὲ εἶπαν ὅτι" 'Αγβάτανα· illud ὅτι male abest a codd. duobus. Vid. Dionys. Hal. T. I. p. 672, 34. Aelian. V. H. XIV. 15, alia.

CAP. 11, 9.

Καταλυσάμενοι δὲ, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι συμ. „ Pro ὅτι σύμμαχοι est ὅτι εἰ σύμμαχοι in Pb: „ ubi qui istam εἰ particulam inseruit, is non „ animadverterat in parenthesi posita esse illa „ verba δῆλα γὰρ - - γινόμεθα." Sic Schweighaeuserus. Mihi vero vehementer displicent Athenienses dicentes, δῆλα γὰρ δὴ ὅτι σύμμαχοι βασιλῆος γινόμεθα. Nam et sic debebat γενησόμεθα, et jam minati erant, καταλύσονται τῷ Πέρσῃ (quibus quidem verbis haec sententia continetur, σύμμαχοι γενήσονται). Immo his verbis legati ostendunt, quid futurum sit, si καταλύονται τῷ Πέρσῃ, se nempe συστρατεύσεσθαι ἐπὶ τὴν ἂν ἐκεῖνοι ἐξηγέωνται· adeoque etiam ἐπὶ τὴν Πελοπόννησον. Equidem veram judico lectionem, ὅτι, εἰ σ. collatis praesertim his e c. 6, προεῖπαί τε, ὅτι, εἰ μὴ ἀμυνέουσι 'Αθηναίοισι, ὡς καὶ αὐτοὶ etc. Neque fore credo, qui multum Herodoti libros versaverit, quem offendat sermo ἀνακόλουθος visus (nam re vera non est). Sunt enim haec verba, qui est Herodoto frequens usus voculae γάρ, sic intelligenda:

ἐπει-

deas ſedem mutare τὸ πάντα. Deinde aut fallor, aut nusquam in talibus habetur πάντα. τινά, ſed ſemper nudum τινά, ut VI. 9, 13, νῦν τις ὑμέων εὖ ποιήσας φανήτω etc. IX. 45, 19. 98, 17. IX. 116, 14. Suspicor πάντα esſe e gloſſa ortum, ad τινὰ adſcripta.

C A P. 21, 2.

Ἧι τὸ ἐπιμαχώτατον. Vera mihi videtur lectio duorum codicum MSS. ἧ τε ἐπιμαχώτατον. Nam et valde amat Herodotus copularum τε et καὶ mutuam relationem, et ſemper ipſa locutio adhibetur absque addito articulo. Sic I. 111, ἔνθα θηριωδέστατον ἦν τῶν οὐρέων. IV. 86, κατὰ τοῦτό ἐστι τοῦ Πόντου εὐρύτατον. VI. 133, τῇ μάλιστα ἔσκε ἐπίμαχον τοῦ τείχεος. VII. 176, κατὰ τοῦτό ἐστι στεινότατον τῆς χώρης. c. 199, ταύτῃ καὶ εὐρύτατόν ἐστι πάσης τῆς χώρης c. 200, κατὰ τὸν Φοίνικα ποταμὸν στεινότατόν ἐστι. IX. 118, τῇ ἦν ἐρημότατον πολεμίων. Thuc. IV. 35, ᾗπερ ἦν ἐπίμαχον. VI. 66, ἔρυμά τε, ᾗ εὐεφοδώτατον ἦν τοῖς πολεμίοις, λίθοις, -- ὤρθωσαν. cap. 115. l. IV. ᾗ ἦν ἐπιμαχώτατον. Pauſan. p. 10, ᾗ στενώτατον ἦν τῆς ἐφόδου. p. 41, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον p. 179, ἐν ἐπιφανεστάτῳ τῆς πόλεως. p. 232, ἐπιφανέστατον τῆς ἀγορᾶς ἐστιν. Xenophon Cyrop. VI. I. 23, ἐκάθισε τὸ στράτευμα, ἔνθα ᾤετο ὑγιεινότατον εἶναι καὶ εὐπροσοδώτατον. VII. 2. 8, ὅπου ἐδόκει ἐπιτηδειότατον εἶναι τῆς πόλεως. Appian. T. I. p. 239, ᾗ συντομώτατόν ἐστιν ἐπὶ τὴν Ῥώμην. Lucian. T. III. p. 251, ᾗ βαθύτατον κατὰ τὸν ἄντλον. p. 313, τῆς αὐλῆς ᾗ ταπεινότατον ἦν. Nemo, credo, hic abutetur Agathe-

themeri de Geogr. l. II. c. 11, p. 238(Gron.), ἔνθα μάλιστά ἐστι τὸ στεινότατον τῆς ἠπείρου. In diversa locutione additur: ut in Xenophontis H. Gr. VII. 1. 15, παραταξάμενοι ἐφύλαττον ἄλλος ἄλλοθεν τοῦ 'Ονείου, Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ Πελληνεῖς κατὰ τὸ ἐπιμαχώτατον· quod et sic potuit: Λακ. δ. κ. Π. ᾗ ἐπιμαχώτατον ἦν τοῦ 'Ον..non bene ᾗ τὸ ἐπιμ.

CAP. 26, 4.

Παραφέροντες. Est notanda praepositionis vis παρὰ in contentione, cujus adsimilis est significatio, quam observavimus in παράγειν, ut omnia admoveantur, ne causa quis cadat. Nam in his, καινὰ καὶ παλαιὰ παραφέροντες ἔργα, optime verbum παραφέρειν explicat Aristophanes in Ran. 1136(1105 Br.), ubi Chorus ad Aeschylum et Euripidem: ὅ τι περ οὖν ἔχετον ἐρίζειν, λέγετον, ἔπιτον, ἀναδέρεσθον τά τε παλαιὰ καὶ τὰ καινά. Ad Euripidis Androm. 288, ubi Dearum τριπώλου ἅρματος contentio narratur,

παραβαλλόμεναι δὲ,
Κύπρις εἷλε λόγοις δολίοις·

Scholiastes non male παραλογιζόμεναι explicat; nec bene confert Homereum παραβλήδην. Melius credo conferetur Aristophanis Thesm. 810,

ἀντιτιθῶμεν πρὸς ἕκαστον
παραβάλλουσαι τῆς τε γυναικὸς καὶ τἀνδρὸς
τοὔνομ' ἕκαστον

et Platon. Symp. p. 191, 47, μεθύοντα ἄνδρα παρὰ νηφόντων λόγους παραβάλλειν, μὴ οὐκ

ἐξ ἴσου ᾖ. Lucian. T. III. p. 160, 8. Unde in Herod. IV. 46, ἔθνος οὐδὲν ἔχομεν προβαλέσθαι, lectio firmatur MSS. quae mihi quidem vera, παραβαλέσθαι. Et pro προδεικνύναι in II. 139, 7, memorabilis est MS. lectio, παραδεικνύναι. Dionyſ. ſic Halic. T. I. p. 320, 47, ψυχρὰς καὶ ἀπιθάνους παραβαλλόμενοι προφάσεις. Et ſic accipiendum verbum παραφέρειν in ejusdem antiq. Rom. p. 438, 38, πίστεις παραφέροντες· non, ut Sylburg. pro προφέροντες dictum, Vide et Phalaridis, qui dicitur, epp. p. 120, 18. Ut hic, παραφέρειν Clemens dixit. Alex protr. p. 53, B. μυρίας ἂν ἔχοιμί σοι γραφὰς παραφέρειν.

CAP. 26, 22.

Τὰ ἔμπαλιν. Gronovius vertit *retro.* male. Nam τὰ ἔμπαλιν ſemper est *contrarium*, ut l. IX. 55, Ἀθηναῖοι ᾔισαν τὰ ἔμπαλιν ἢ Λακεδαιμόνιοι. Hoc loco igitur τὰ ἔμπαλιν vel est copulandum τῷ νικηθῇ, ut ſit, *ſin contra victus esſet;* vel ſequentibus, ut ſit, *ſin victus esſet, ut contrarium (facerent), nempe discederent*, ἢν δὲ νικηθῇ, τὰ ἔμπαλιν, Ἡρ. ἀπ. Sic τἀναντία in Xenoph. Mem. IV. 2. 4, ἀλλὰ καὶ τἀναντία, διατετέλεκα φεύγων etc. ut l. I. c. 2. § 60, ἀλλὰ Σωκράτης γε τἀναντία τούτων φανερὸς ἦν etc. Thucyd. VI. 79, οὐ γὰρ, ἢν ἡμεῖς ξυστῶμεν πάντες, δεινή ἐστιν· ἀλλ' ἢν τἀναντία, διαστῶμεν. Fuit cum ſuspicarer νικηθῇ esſe e glosſa ortum, ſcripto ab Herodoto, ἢν δὲ τὰ ἔμπαλιν, Ἡρ. ἀπ. quod magister aliquis explicaverit, ἢν δὲ νικηθῇ. Sed facilius ſuspicamur, quam probamus. In I tamen

cap

cap. 71, *τοῦτο μὲν, εἰ νικήσεις -- τοῦτο δὲ ἢν νικηθῇς'* non addito *τἄμπαλιν.* Horat. I. Epod. 6, *te superstite -- si contra* etc. non addito, *non superstes eris.*

CAP. 27, 32.

Ἀρ' οὐ δίκαιοι εἶμὲν etc. Potest Herodotus scripsisse, quod minus linguae probaret ratio. Ceterum melius multo, *ἆρα δίκαιοι εἰμέν;* Sic Thucyd. I. 75, *ἆρ' ἄξιοι ἐσμὲν, ὦ Λακεδαιμόνιοι* etc. Euripides Alc. 774, *ἆρα τὸν ξένον στυγῶ δικαίως;* Sophocl. Aj. 277,

ἆρ' ἐστὶ ταῦτα δὶς τόσ' ἐξ ἁπλῶν κακά;

Ἆρα pro *ἆρ' οὐκ* Aristoph. Plut. 546. maxime Av. 798, et Lys. 649. Diphili fragm. ap. Stob. p. 100. Et sic legam Menandri fragm. apud eundem p. 356,

ἆρ' ἐστὶν ἀρετῆς καὶ βίου διδάσκαλος
ἐλευθέρου τοῖς πᾶσιν --- ἀγρός;

Xenophon Mem. IV. 6. 7, *ἆρ' οὖν οἱ σοφοὶ ἐπιστήμῃ σοφοί εἰσι;* (Cyrop. V. 3. 2, *ἆρ' ἂν καλὸν ποιήσαιμεν;* id est, *ἆρ' οὐκ ἂν κ. π.*) E quo loco altera oriatur conjectura, scripsisse Herodotum, *ἆρ' οὖν δίκαιοι* etc. Certe *οὐ* et *οὖν* saepe confusa. Stobaei Musonius p. 384, *ἆρ' οὖν γνώριμον, ὅτι ἐβούλετο;* Julianus Or. I. p. 58, 4, *ἆρ' οὖν τούτῳ μὲν ἄμεινον καὶ δικαιότερον προσηνέχθης;* *Ἆρ' οὖν* et *ἆρ' οὐκ* permutata in Xenophont. Mem. III. 10, 4.

CAP. 40, 7.

Bene vulg. ἔφερον τὸν π. pro quo male MS. ἐφέροντο. Sed qua causa hic contra MS. retinendum ἔφερον, eadem in Euripidis El. 888,

Πυλάδη, στέφανον ἐξ ἐμῆς χερὸς
δέχου· φέρῃ γὰρ καὶ σὺ τῷδ' ἴσον μέρος
ἀγῶνος·

pro φέρῃ legendum videtur φέρεις. Ut Jon. 818, τῆς τύχης ἴσον φέρειν· Heracl. 333, πόνους δὴ μυρίους ὑπὲρ φίλων ἤνεγκε.

CAP. 41, 18.

Μηδὲ ἀνακινδυνεύειν. Schweighaeus. „ ἀνακινδυνεύσειν requirebam: sed vulgatum tenent libri, quod sciam, omnes" vertens: *neque descrimem pugnae adituros*. Fallitur Vir Cl. Verbum ἀνακινδυνεύειν pendet, ut ἰέναι, διαπρήσσεσθαι et διαπέμπειν, ab ὡς χρεὼν εἴη· ad Persasque refertur, non ad Graecos. Qui absque praelio futuri sunt superiores, ut hic Persas Artabazus sperabat fore, hi nolunt praelio ἀνακινδυνεύειν. Suadet igitur suis, ut qui essent sine dubio Graecos subacturi, modo quiescerent, dona mittentes civitatum principibus, ne velint praelio ἀνακινδυνεύειν. Contra qui perituri sunt, nisi quid fiat, hi malunt vitam cernere, modo levis ostendatur spes salutis, veluti Heraclidae in Euripidis fabula vs. 149 sq.

δεῦρ' ἦλθον ἐς κίνδυνον, ἐξ ἀμηχάνων
ῥιπτοῦντες.

Confer haec Thucyd. VII. 81, τὸ γὰρ ἀποκινδυ-

θυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἦν ἔτι, ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων. Adde VII. 6. extr. VI. 99. Xenophont. Anab. III. 4, 14.

CAP. 44, 12 sq.

Hic quoque si non unice veram, at valde memorabilem judico MSS. lectionem, στρατηγοὺς δὲ ὀνομάζων, ἐθέλειν σφίσι ἐς λόγους ἐλθεῖν· ejecto φησί. quod e glossa sit ortum. Permutata φησὶ et σφίσι III. 16, 17. VIII. 102, 7. σφέας et φὰς IV. 43, 21. V. 97, 11. Quod in VI. 79, ἐξεκάλεε δὲ φὰς αὐτέων ἔχειν τὰ ἄποινα· duo MSS. habent, ἐξ. δὲ σφέας, αὐτ. etc. id bene haberet, si legeretur ἐξ. δὲ σφέας· αὐτέων γὰρ ἔχ. τ. ἄ. coll. IV. 167, 9. 203, 7. Sed et sine γὰρ, vide codd. ad VII. 101, 17. Quod in III. 20, 9, φασὶ plures codd. omittunt, confirmat id c. 23 pr.

CAP. 48, 18—21.

Τί δὴ οὐ -- μαχεσόμεθα; Retinenda lectio, quae omnium praeter unum est codd. MSS. τί δὴ οὐ -- ἐμαχεσάμεθα; Praeterito sic Graeci utuntur verbi tempore, significantes, quod facto opus sit, jamdudum fieri oportuisse. Illa, τί δὴ οὐκ ἐμαχεσάμεθα; hunc habent sensum, *quin pugnamus, quos jam pugnasse oportebat?* Plato sic Phaed. p. 34, εἰ οὖν τις ὑμῶν εὐπορώτερος ἐμοῦ, τί οὐκ ἀπεκρίνατο; Parm. p. 142, τί οὐ διῆλθες; Theag. p. 243, τί οὐκ ἀπεδύσαμεν --- καὶ ἐθεασάμεθα; Protag. p. 277, τί οὐ καὶ

Πρό-

Πρόδικον καὶ Ἱππίαν ἐκαλέσαμεν; ut et Sophocl. Oed. R. 1021 sq. (Johns.) Aristophanes sic Vesp. 211,

ἄγε νυν· ἐπειδὴ τουτονὶ σεσοβήκαμεν,
κοὐκ ἔσθ᾽, ὅπως διαδὺς ἂν ἡμᾶς ἔτι λάθοι,
τί οὐκ ἀπεκοιμήθημεν;

Dionys. Halic. T. I. p. 639, 1, τί οὐ πάλαι λέγετε; Sic Plato comicus in Menelao apud Suidam in V. V. τί οὐκ ἀπήγξω, ἵνα Θήβησιν ἥρως γένῃ; Ubi vides patere ex ἵνα γένῃ, aoristum ἀπήγξω non esse, cur non te suspendisti? sed cur non quam primum te suspendes? Jam dudum te suspende. Nam sic Latini suo *jam dudum* utuntur: veluti Ovidius in Ep. XX. 80,

jam dudum dominae more venire jube.

Unde ejusdem Ep. XIX. 118 sic legam;

jam dudum pecca, si mea fata petis.

Ubi vulgo *peccas*. Et *pecca* quidem etiam V. Clar. Lennepius.

CAP. 55, 13.

Πρὸς τὸν Ἀθηναίων κήρυκα ἐκέλευε etc. Est constructio verbi κελεύειν cum πρὸς prava et inaudita. Contra solet sic verbum λέγειν construi. Sit igitur, qui haec sic accipiat, ἐκέλευέ (τινα) λέγειν πρὸς τὸν Ἀ. κήρυκα. Mihi autem videtur hic esse aliquid a librariis admissum: utque in VIII. 136, συμβουλεύοντα σύμμαχον τὸ Ἀθηναῖον ποιέεσθαι· sic et hic credo Herodotum scripsisse: πρὸς τὸ Ἀθηναῖον (τὸν) κήρυκα, ἐπ. τ. ἐντ., λέγειν ὁ Π. ἐκ. *nuntium jussit P. Athe-*

Atheniensibus narrare. Est τὸ Ἀθηναῖον (κοινὸν), ut saepius. Posset et legi πρὸς τὸ Ἀθηναίων, ut in Appiani T. I. p. 32, παρελθόντες ἐς τὸ Βολούσκων.

CAP. 60, 2.

Πέμψας π. τ. Ἀθ. ἱππέα. Pro ἱππέα unus MS. (forsitan plures) ἄνδρα. Quae duae sunt corruptae verae lectionis causae, scribae secordes, et glossographi magistri, neutram hic peperisse verosimile mihi sit hanc codicum discordiam. Ad ἱππέα quis adscribat glossam ἄνδρα, ad ἄνδρα quis ἱππέα; Et literae ἱππέα ab ἄνδρα toto pene distant coelo: ne credas librarium errasse. Forsitan utraque vox sit genuina, πέμψας - - - ἄνδρα ἱππέα. Plutarch. T. II. p. 1119, A. καθάπερ ἱππεὺς ἀνὴρ ἵππῳ χρώμενος. Certe ἄνδρας ποιητὰς Aristophanes dixit Ran. 882, ἄνδρα πολίτην vs. 1073, φονέας ἄνδρας Appian. T. II. p. 443. In VI. 56, 7, ἑκατὸν ἄνδρας λογάδας· abest ἄνδρας a duobus codd. nempe quod sententia videretur voce carere posse. Vide et codd. ad II. 160, 2. III. 43, 10. IV. 66, 4. VII. 62, 3. Qui plurimum Herodoto ὁ Πέρσης, in VII. 157 Xerxes dicitur Πέρσης ἀνήρ. ἀνὴρ ἁλιεὺς idem Herod. III. 42, ἀνὴρ ἱππεὺς III. 88. In VII. tamen libri c. 208, ἔπεμπε Ξέρξης κατάσκοπον ἱππέα· et in IV. 126, πέμψας Δαρεῖος ἱππέα· et V. 14, 5. Simili fere ratione in l. VI. 25, αὐτίκα Καρίην ἔσχον οἱ Πέρσαι· nihil obstat, quin quod in bonis codd. est MSS. καὶ (sine αὐτίκα) Καρ. ἔσχ. οἱ Π. et ipsum probes, scripsisseque Herodotum credas: αὐτίκα καὶ Καρίην ἔσχον

χον οἱ Πέρσαι. Facile potuit καὶ excidere inter αὐτίκα et Καρίην.

CAP. 62, 10.

Prava hic videtur esse interpunctio; quam si sequaris, eorum, quae leguntur vs. 8, ἤδη ἐγίνετο μάχη ἰσχυρὴ - - ἀπίκοντο ἐς ὠθισμὸν· ratio reddetur his: τὰ γὰρ δόρατα etc. quae inter tamen nulla effecti causaeque relatio. Potius sic interpungam: - - ὠθισμόν· τὰ γὰρ δόρατα ἐ. κ. οἱ βάρβαροι, λήματι etc. ut his, τὰ γὰρ - - βάρβαροι, causa memoretur, cur Persae sint λήματι καὶ ῥώμῃ οὐκ ἕσσονες. Solet sic Herodotus τῷ γὰρ uti. Vide Valckenar. ad VIII. 137, 9. In IX. 41, 22, δοκέειν τε γὰρ etc. si illud τε ab uno absit MS. quod suspicor, ejiciam: ut sit: cum videretur multo etc. συμβάλλειν τε - - - - τά τε σφάγια etc. ut his, δοκέειν γὰρ - - - - Ἑλληνικῆς, causa contineatur, quare haec duo facienda sint, συμβάλλειν τε τ. τ. μ. π. σ. ἐ. π. τ. σ. τά τε σφάγια τ. H. ἐᾷν χαίρειν.

CAP. 71, 10.

Οὗτοι δὲ, τοὺς κατελεξα πάντας. Schweighaeuser. „ πάντες omnino requirebam, ad οὗ„ τοι referendum." Equidem si vel codex esset, in quo πάντες, retineam πάντας· quod elegantiorem olet Graecismum. Aristophan. Ran. 916 (Kust.)

ἕτεροι γάρ εἰσιν, οἷσιν εὔχομαι θεοῖς·

quam lectionem praeferam alteri, θεοί, quam ex

uno

uno cod. recepit Brunckius. Lucian. Tragod. T. III. p. 656,

Ἄτην γὰρ ἣν Ὅμηρος εἶπεν, εἴμ' ἐγώ·

ut Virgilius: *urbem quam condo, vestra est.* Herod. II. 106, τὰς δὲ στήλας τὰς ἵστα κατὰ τὰς χώρας ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς Σέσωστρις, αἱ μὲν πλεῦνες οὐκέτι φαίνονται περιεοῦσαι. Aristoph. Lyſ. 409, τὸν ὅρμον ὃν ἐσκεύασας, ἡ βάλανος ἐκπέπτωκεν. Xenophon. de venat. c. 1, § 10, Μελέαγρος δὲ τὰς μὲν τιμὰς ἃς ἔλαβε, φανεραί. Gr. Hist. I. 4. 2, ὅτι Λακεδαιμόνιοι πάντων ὧν δέονται, πεπραγότες εἶεν παρὰ βασιλέως.

CAP. 82, 19.

Τοῦδε. Non bene abest a MS. Saepe pronomen ὅδε et οὗτος de abſente adhibent, ubi is, ad quem verba facimus, probe novit, quem dicamus: veluti Thuc. VI. 12, καὶ μὴ ὑπὲρ ἀνδρῶν φυγάδων τῶνδε etc: Xenophon. Cyrop. I. 6, 8, ἀπὸ τῶν ἡμετέρων φίλων τούτων. l. IV. 6, 3, ὁ νυνὶ βασιλεὺς οὗτος· add. V. 4, 12. Vide et Aristoph. Nub. 295, 348. Eq. 203. Acharn. 417, 426. De monte Sophocl. Oed. Reg. 1465: de domo Lucian. T. III. p. 120, 88: de templo T. II. p. 556, 19. Vide et Appian. T. II. p. 127, 44, Φλαύιον Φιμβρίαν, ἀδελφὸν τοῦδε τοῦ περὶ τὴν Ἀσίαν ἑαυτὸν ἀνελόντος. p. 762, 35. In quorum priori loco ipſe auctor ſuum τοῦδε explicat, τοῦ - ἀνελόντος. Sic et Lucian. T. III. p. 68, ἐν δὴ τούτοις καὶ Ἱππίου τουτουῒ τοῦ καθ' ἡμᾶς μεμνῆσθαι· quae τοῦ καθ' ἡμᾶς illud τουτουῒ explicant: vide et III. p. 512, 1, et

et T. I p. 691, 61. Bene explicat glosſa ad Aristoph. Ran. 429, ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι· (posſet et ſic οἶσθα ὃν λέγω). Moveri nolim ἥδε in ej. fab. vs. 514 (Kust. 517). Adde Ran. 720. Platon. Gorg. p. 311, ult. Ἀρχέλαον τοῦτον· p. 324, Περικλέα τουτονί· Hipp. maj. p. 345, Γοργίας οὗτος· Min. p. 508, 14, οἱ ἐν τῇ Λυκίᾳ οὗτοι.

CAP. 99, 15.

Ὡς ἐπισταμένοισι δῆθεν etc. Elegantia τοῦ δῆθεν verſionibus non expresſa: *quod illis praetextum fuit, hoc praetextu utentes*, πρόσχημα ποιησάμενοι. Vide VI. 1, 6 ſq. c. 39, 6. maxime III. 136, 11.

CAP. 102, 12.

Διωσάμενοι γὰρ τὰ γέρρα οὗτοι, φερόμενοι etc. Suspectum habeo illud οὗτοι· quod ſic otioſum. Legam οὕτω. Sic III 56, τοὺς δὲ δεξαμένους, οὕτω (ſic bene tres codd. vulgo οὕτω δὴ) ἀπαλλάσσεσθαι· ut c. 71, δεῖ γὰρ πλεῦνας γενομένους, οὕτω ἐπιχειρέειν. Vide et IV. 65, 5 ſq. c. 118, 21. c. 183, 6. V. 118, 11. VI. 68, κυέουσάν σε ἐκ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς, οὕτω ἐλθεῖν etc. VII. 2, 5, δεῖ μιν ἀποδείξαντα βασιλῆα, οὕτω στρατεύεσθαι· c. 119, 21, τὰ ἔπιπλα πάντα λαβόντες, οὕτω ἀπελαύνεσκον. VII. 220, γνώμῃ διενεχθέντας, οὕτω οἴχεσθαι. VI. 104, ἀποφυγὼν καὶ τούτους, στρατηγὸς οὕτω Ἀθ. ἀπεδέχθη. I. 130, βασιλεύσας ἐπ᾽ ἔτεα πέντε καὶ τριήκοντα, οὕτω τῆς βασιληΐης κατεπαύθη. II. 89, ἐπεὰν τριταῖαι ἢ τεταρ-

ταρταῖαι γένωνται, οὕτω παραδιδοῦσι. Permutata οὗτοι et οὕτω in I. 2, 6, c. 62, 7. III. 136, 1. IV. 86, 14. V. 44, 14. VI. 83, 4. VIII. 64, 1. IX. 102, 16.

CAP. 102, 7.

Ἔτι non est movendum, etsi raro sic adhibitum. Vide VIII. 8, ὅτεῳ μὲν δὴ τρόπῳ τὸ ἐνθεῦτεν ἔτι ἀπίκετο etc. ubi male ἤδη pro ἔτι Schweighaeuf. ex unius codicis dubia lectione: quod et hic maluit. Thucyd. VII. 81, τὸ γὰρ ἀποκινδυνεύειν πρὸς ἀνθρώπους ἀπονενοημένους, οὐ πρὸς ἐκείνων μᾶλλον ἦν ἔτι, ἢ πρὸς τῶν Ἀθηναίων. Appian. T. I. p. 536, Ἀντίοχος ἐσβαλὼν ἐς ἔθνη, ἀφιστάμενα ἔτι πρὸ αὐτοῦ. Defendunt haec lectionem ἔτι in VI. 97, 8, in VII. 11, 21. — In vs. 20, pro κατ' ὀλίγους quod MS. Pasf. κατὰ λόγους habet, voluit, credo, fcriba κατὰ λόχους.

CAP. 107, 15.

Οἱ δορυφόροι Μασίστεω προέστησαν. E tribus codd. Wesfeling. recepit, οἱ Μασίστεω· quod οἱ accepit articulum. Et οἱ quidem vix dubito, quin et in Mediceo habeatur, cui solet cum Ask. convenire. Habet id etiam cod. F. et, ut videtur, Parif. e quibus quidem ad Wesfel. edit. nihil notatum. Schweighaeufero et ipsi οἱ articulum intelligenti, additum ab iis videtur, qui Μασίστεω nomini δορυφόροι jungerent, non verbo προέστησαν· qui adeo abjecit. Mihi vero neutiquam videtur lectio adfpernanda, quam tanta codd. MSS. confenfio tuetur;

tur; ſed οἱ accipiam pronomen in tertio caſu, quod ſic ſaepe παρέλκον in Herodoteis habetur, ut σφὶ (de quo ad VIII. 108).

CAP. 109, 8 ſq.

Haec ſic vulgo lecta, πρὸς ταῦτα εἶπε Ξέρξῃ, „ δώσεις μοι etc. ſic credo ſunt legenda, πρὸς ταῦτα εἶπε," Ξέρξη, δώσεις etc. *Xerxe, dabisne* etc. Nam primo in Herodoteis ſaepe habetur πρὸς ταῦτα εἶπε· non item addito perſonae nomine in dandi caſu. Deinde probabile, cum mulier regem alloqueretur, eum appellasſe. Quod quidem feciſſe videtur, non, ut ceteri, Δέσποτα· ſed ita, ut facile conſuetum amorem cerneres, Ξέρξη. Et vero ſolemus in tali rogatione, qualis hujus est mulieris, ipſam appellationem praemittere.

CAP. 109, 13.

Κατεικαζούσῃ. Dubio mihi caret lectio quatuor minimum codd. MSS. κατεικάζουσα.

CAP. 111, 30.

Οὐ δῆκου με ἀπώλεσας; E regis verbis, οὕτω δή τοι, Μασίστα, πέπρηκται (quibus non intellectis abuſus V. D. est ad Med. 1060), Maſistes conficit afflictum ſe jam calamitate eſſe. Qui adeo Herodoto dicitur (c. 112), οὐδέν κω ἀκηκοὼς τουτέων, ἐλπόμενος δέ τι οἱ κακὸν εἶναι (*esſe, accidisſe*; non *impendere*, ut Schweighaeuſ.). Itaque qua rogatione Graece ſolemus uti, ubi non dubitamus, quin aliquam

ac

acceperimus calamitatem, ea hic utitur Masistes. Fit autem ejusmodi rogatio per particulas, *οὐ δή που*, vel *οὔ που*. Est igitur, *οὐ δή κου με ἀπώλεσας*; numnam *me perdidisti?* Nam sic fere Latine: ut Terentii ille Davus Andr. III. 4, 12, *numnam periimus?* Ut hic *οὐ δή κου*, sic Xenophon Memor. II. 3, § 1, *οὐ δή που καὶ σὺ εἶ τῶν τοιούτων ἀνθρώπων*; in l. IV. 2, 11, *οὐ δή που ταύτης τῆς ἀρετῆς ἐφίεσαι*; Et sic legam interrogative Cyropaed. VII. 5, 83, *ἀλλ' οὐ δή που τὸν ἄρχοντα τῶν ἀρχομένων πονηρότερον προσήκει εἶναι*; Platonis Theaet. p. 91, *οὐ δή που καὶ ἡγήσεταί γε ψεύδη δοξάζειν*; Euthyd. p. 277, *οὐ δή που οὕτω πόῤῥω σοφίας ἥκεις*; Sic *οὔ τι που* Aristoph. Ran. 525, 529. Aristoph. Pac. 1210, *οὔ τι που λοφᾷς*; Av. 270, *τίς ποτ' ἐστίν*; *οὐ δή που ταώς*; Plutarch. T. II. p. 188, A.

CAP. 112, ult.

Στρατιήν. Tuetur hanc lectionem auctor de Dea Syria in Lucian. T. III. p. 466, 45, ubi Stratonicen *ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμψε, σὺν δέ οἱ καὶ χρήματα, καὶ στρατιὴν πολλὴν, τοὺς μὲν οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ καὶ ἀσφαλέος εἵνεκα.* Vide et Herod. VI. 16, 9, maxime Luciani T. I. p. 144, 23, Sochocl. Trach. 797 (808), Electr. 749 (751). Sic Livius III. 14, (patres) *instructi paratique cum ingenti clientium exercitu.*

CAP. 117, 2.

Καὶ ἤσχαλλον οἱ 'Α. - - ἐδέοντό τε etc. Haec lec-

lectio iis se non probabit, qui multum legerint Herodotea. Sententiae apodosis vel ordietur ab his: ἤσχαλλον οἱ 'Αθ. Sic ejicienda erit secundum MSS. copula καὶ ante ἤσχαλλον· et, ut vulgo, legendum in vs. 4, ἐδέοντό τε. Saepe in Herodoteis τε et καὶ sibi invicem respondent, καὶ et τε, ut hic, non item. Vel si, quod mihi placet, apodosin ordiri censeas ab ἐδέοντο in vs. 4, sic e duobus MSS. recipiendum erit, ἐδέοντο τότε· quae literae το in τότε, cum praecederet ἐδέοντο, facile in multis MSS. absorberi potuerunt. Esse igitur duplex lectio videtur, altera:

ἐπεὶ δὲ π. σ. φ. ἐπιγίνετο, καὶ ἤσχ. - - τεῖχος, ἐδέοντο τότε etc.

altera haec:

ἐπεὶ δὲ π. σ. φ. ἐπιγίνετο, ἤσχ. - - τεῖχος, ἐδέοντό τε.

Sed, ut dixi, illa mihi videtur vera: vulgata autem me judice locum tueri nequit.

CAP. 122, 5.

'Ανδρῶν δὲ σοὶ, Κῦρε, κατελὼν 'Αστ. Nequaquam inepta est MS. Arch. lectio, ἀνδρῶν δὲ σὺ, K. cum de diis Jupiter sit, qui Persis imperium tradiderit, de hominibus vero tu, Cyre, (sis, qui Persis imperium paraveris). Si praesertim recorderis Xerxis verba VII. 8, 9 sq. ἐπεί τε παρελάβομεν τὴν ἡγεμονίην τήνδε παρὰ Μήδων, Κύρου κατελόντος 'Αστυάγεα.

DIS-

DISQUISITIO CRITICA

DE

FONTIBUS ET AUCTORITATE

CORNELII NEPOTIS.

Veritatis luce menti hominis nihil dulcius.

CICERO.

DISQUISITIO CRITICA

DE

FONTIBUS ET AUCTORITATE

CORNELII NEPOTIS.

Legenti mihi saepenumero Excellentium Imperatorum, quae Nepoti tribuuntur, vitas, jucundissimum semper fuit, quod simul gravissimum videbatur negotium, Graecorum in illa inquirere scripta, ex quibus Nepos hausisse sua videretur. Ita enim, quae ab illis tradita fuissent fusius, quam eleganter, quamque concinne hic vitis suis esset complexus, magnopere mirabar. Mirabar autem maxime, in adumbrandis principum virorum fatis, tanto cum delectu praecipua rerum, per singulas aetates gestarum capita fuisse comprehensa, ut ad summam historiae haud multa aliunde desideres. Quae quidem Nepotis scribendi concinnitas, quum eo majorem habuerit difficultatem, quo et plures et uberiores ipsi paterent fontes; gravissima sane ad auctoris laudem, et ad fidem historicam utilissima est quaestio, a vobis, Viri Doctissimi, proposita:

„*Disquisitio Critica de fontibus et auctoritate Cornelii Nepotis.*"

Haecce igitur quaestio non mirum, si me ita ceperit, ut, pro viribus de illa agere quum constituis-

ſem, vestrae humanitati et judicio vestro laborum meorum fructum offerre auſus ſim.

Ante vero quam ad quaestionem explicandam accedam, pauca quaedam de ipſo Auctore ejusque ſcriptis monenda. Auctor enim fueritne *Cornelius Nepos*, an *Aemilius Probus*, in dubium adeo vocatum fuit. Quam tamen rem idoneis demonſtrarunt argumentis Lambinus in praefatione et Voſſius lib. I. de Histor. Lat. cap. XIV. Ex Voſſio etiam cognosci posſunt, quae paucisſima conſtant de Nepotis aetate et vita. Fuit cum Cicerone arcta familiaritate conjunctus, et univerſe ejus aetas in Caeſaris Augustique tempora incidit. Scripta, quae reliquit, cenſentur:

I. *Chronica*, quae in tres libros distributa, de tempore ἀδήλῳ, μυθικῷ καὶ ἱστορικῷ, egisſe videntur.

II. *Libri Illustrium Virorum*, quorum etiam librum XVI citat Chariſius Inſt. Gramm. lib. I. — In his libris complexus fuisſe videtur vitas

1. Excellentium Imperatorum, cum exterorum, tum Romanorum.
2. Regum.
3. Virorum doctrina et litteris illustrium.

Ex primi ordinis libris XXII exterarum gentium imperatores etiamnunc exſtant; Romani perierunt (1). Ex altero genere de regibus nihil exſtat, niſi jejuna quaedam regum enumeratio, quae, ſi a Nepote fuerit profecta, conſpectum forte majoris operis exhibet, quem-

(1) Vid. de his Clar. Heeren. de Font. Plut. in Marcello Gracchis, Lucullo et Catone.

quemadmodum Catonis, quae nunc habetur vita, ex ampliore contracta fuit.

Ex tertio genere superest M. Porcii Catonis (1) modo memorata, et T. Pomponii Attici vita.

III. *Exemplorum* libri.

IV. *Epistolarum ad Ciceronem.*

Ex qua scriptorum varietate quum vitae tantummodo XXIV et libellus de Regibus sint superstites, (tum etiam fragmenta quaedam ex reliquis scriptis), jam nunc videamus de vitarum fontibus, ut inde potissimum Nepotis fidem historicam et auctoritatem demonstremus.

Hanc autem quaestionem ita explicandam censeo, non ut de uniuscujusque vitae singulatim inquiram, sed ut disputationibus singulis complectar singulas aetates, in quarum rebus describendis principes apud Graecos maxime historici operam suam posuerunt. Et sic quidem primum de bellorum Persicorum et Peloponnesiaci belli temporibus agendum, ad quam aetatem novem priores vitae fere referendae sunt.

(1) Fortasse Catonis vita melius ad Imperatores Illustres referatur.

DISQUISITIO I.

MILTIADES, THEMISTOCLES, ARISTIDES, PAUSANIAS, CIMON, LYSANDER, ALCIBIADES, THRASYBULUS, CONON.

Persica bella, si quis alius, ornate sane et copiose literis mandavit *Herodotus*. Qui, ut a primis civitatum Graecarum initiis fuerit exorsus, haec tamen bella a principio inde cogitavit, eorumque maxime et causas et rationem depingendam sibi proposuit. Quod elegantissimum opus, quamvis in celeberrimo Graecorum conventu Olympiae omnium cum approbatione recitatum, nihilo minus cum in aliorum incurris e reprehensionem, tum etiam acerbissimam Plutarchi vituperationem subiisse, satis inter omnes constat. Satis etiam in vulgus notum est, Patris historiae causam a summis in litterarum republica viris et acerrime fuisse susceptam, et defensam felicissime. Minus autem, quantum scio, Nepotis de fide Herodoti sententia adhuc ex industria explorata fuit. Age vero, id quod argumenti nostri ratio postulat, quid auctoritatis in gravioribus rebus enarrandis huic tribuerit Nepos, ex vitis, de quibus agimus, efficere nitamur.

In primo bello Persico describendo Herodotum a nostro consultum esse, cum alia demonstrant, tum Darii in Scythiam expeditio, pariter ab utroque cum Miltiadis rebus conjuncta, et quod ad summam rerum haud diverse memoriae prodita. Quod ut appareat, ad Miltiadem c. III. adhibeatur Herod. IV. 137, ubi Histiaei Milesii sententia pontem haud rescindendum suadentis, iisdem fere verbis exponitur. Pari modo ex Herodoteis fortasse fluxerint, quae in Milt. c. IV.

a Nepote traduntur de Dati et Artapherne classi a Dario praefectis, cf. Herod. VI. 94. — de capta Eretria civibusque abreptis l. l. VI. 101. — de campo Marathonio a Persis occupato c. 102. — de auxilio, quod per Philippidem hemerodromum a Lacedaemoniis Athenienses petiverunt c. 105. — de contentione inter Atheniensium praetores c. 109. — de auxilio a Plataeensibus misso c. 108. rel.

Haec igitur omnia, quae ad prius illud Persicum bellum pertinent, ex Herodoto potuit adsciscere Nepos. Potuit pariter inde haurire, quae de altera Persarum in Graeciam expeditione scripto mandavit, quam plurima. Quorum praecipua habeantur in vita Themistocl. c. II. Themistoclis in Oraculo Delphico explicando consilium, cf. Herodot. VII. 143. — Thermopylae a Graecis, duce Leonida, occupatae, Nep. Themist. III. Herod. VII. 175. seqq. 202 - 207. seqq. — Proelia navalia ad Artemisium commissa, Nep. l. l. Herod VIII. 10. seqq. impr. 15 et 16. — Classis ab Artemisio deducta, et apud Salamina, exadversum Athenas constituta, Herod. l. l. c. 21 et c. 40. Tum etiam de urbe Athenarum relicta, et a Persis incensa, Nepos Themist. II. in fine et IV. Her. l. l. c. 40, 41, 51. seqq. — de Graecis, hujus incendii fama perterritis c. 56. — de Themistoclis consilio, ne a Salamine discederent, monentis c. 57—62, 63. cf. c. 70 et 74. — de servo a Themistocle ad Xerxem misso c. 75. seqq. et c. 110. — Quae quidem omnia, uti ex Herodoto fluere potuerunt, quod modo jam indicavimus; ita tamen sine dubio inde assumta esse, nequaquam contendere velimus. Nam licet in tanta copia et gravitate rerum gravissimus auctor, Herodotus, verosimiliter haud fuerit neglectus ab eo, a quo etiam *liber de Historicis* scriptus fuit, pressis tamen vestigiis Noster alios quam Herodotum sequi maluisse videtur. Nimirum inter innumera, quae ex utro-

que

que auctore conferri posſint loca, vix ullam videas ſententiam iisdem prorſus vocabulis expreſſam, nullamque fere historiam eodem ordine, eademque ratione relatum. Quod neque evenire Nepoti non potuisſet, ſi propius Herodotum ſecutus, hujus potisſimum ſcripta ante oculos habuisſet; et vero evenit ſaepisſime, dum aliorum auctorum v. c. Thucydidis rationem ſequeretur. uti deinceps ſatis luculenter demonſtrabimus. Veruntamen graviora ſunt, quae Nepotem aliorum plus tribuisſe quam Herodoti auctoritati, convincant, argumenta. In majoris enim momenti rebus, quae apud utrumque univerſe ſpectatae, haud differre videntur, diverſa tamen quaedam obſervantur, quae, quamvis ſpecie minora, ad accuratam historiae rationem gravisſima habenda ſunt. Sic, ut rem exemplis probem, apud Herod. IV. 133 *Scythae* Jonum principes, ut pontem Istri reſcindant, adhortantur; quod ab iisdem iterum monitum c. 136, a Miltiade comprobatur c. 137. Apud Nepotem vero c. III. ipſe *Miltiades* hoc conſilium et affert et probat argumentis; quae quidem argumenta, alia a Scythis apud Herodotum, alia apud Nepotem a Miltiade proferuntur.

De Themistocle conſentiunt Nepos Themistocl. II. Herod. VII. 144, illum populo perſuaſisſe, ut pecunia publica, quae ex metallis redibat, et largitione magistratuum peribat quotannis, claſſis aedificaretur. Quam tamen *ducentarum* 1) hic, ille *centum* navium fuisſe; hic ἐς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Αἰγινήτας; ad bellum *Corcyraeum* gerendum aedificatam esſe, ille tradit.

Tum

(1) Numerorum rationem ſaepius a Nepote aliam quam ab Herodoto traditam esſe, etiam ex Nep. Themist. c. III. patet; ubi in communi claſſe Graeciae apud Artemiſium *ducentae* Athenienſium naves fuisſe dicuntur, licet Herod. VIII. 1. *Centum viginti ſeptem* tantum apud Artemiſium, et apud Salamina fere *ducentas* Athenienſium memoret VII. 61.

Tum etiam dissentiunt de nuntio, iterum post Salaminiam pugnam a Themistocle ad Xerxem misso. Herodotus enim L. VIII. 110 regi nuntiatum esse narrat, Themistoclem, ut regi gratificaretur, caeteros retinuisse Graecos, ne pontem, quem in Hellesponto fecerat, dissolverent; Nepos vero c. V. regem certiorem esse factum, id agi, ut ille pons dissolveretur.

Sed haec sufficiant de rerum, quae vulgo leviores habentur, dissensione; jam majoris momenti afferamus exempla, in quibus Nepos de industria Herodoto oblocutus esse videtur.

Primum memoranda maxima de ipso *Miltiade* discrepantia. Secundum Herodotum VI. 35 seqq. Miltiades, Cypseli filius, patruus illius, qui in campis Marathoniis Atheniensium praetor fuit, cum classe Athenis profectus, Chersoneso tota potitus est, Ita tyrannus hujus regionis factus, quum ἄπαις decederet, Stesagorae, fratris Cimonis filio, tyrannidem reliquit; cui etiam sine liberis mortuo frater Miltiades in regnum successit.

Nepos contra, Miltiadem Cimonis filium, eundem et Chersonesum cum colonis profectum esse, et praefuisse Atheniensibus belli Persici tempore, scribit C. I. et III et IV. (1) — Tum etiam de Oraculi Delphici responso quantopere a se invicem discedant, patet ex Herod. VI. 34 seqq. coll. cum Nep. Milt. I.

Deinde attendendum, quod de insula Lemno capta ab utroque mandatum est literis. Herodotus VI. 137 seqq. Pelasgos; Nepos Milt. II. Cares hanc insulam incoluisse tradit. Ille narrat, a Pelasgis raptas fuisse quas-

(1) Cf. Pausan. Eliacis l. VI. p. 498. ubi donarium memoratur, ἀνάθημα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος, ὃς ἀρχὴν ἔσχεν ἐν Χεῤῥονήσῳ τῇ Θρᾳκίᾳ πρῶτος τῆς οἰκίας ταύτης (cf. Kuhnius ad h. l.) qui Nepoti assentiri videtur.

quasdam Athenienſium uxores, et postea cum liberis interfectas. Quo facto, quum infoecundae deinceps esſent Pelasgorum uxores agrique ſteriles, Apollinem iis conſulentibus respondisſe, in malorum remedium ejusmodi poenas ipſis esſe luendas, quales Athenienſes conſtituisſent. Horum autem tam duras fuisſe inſulae tradendae conditiones, ut Pelasgi responderent: „ *ἐπεὰν βορέῃ ἀνέμῳ αὐτημερὸν νηῦς ἐξανύσῃ, ἐκ τῆς ὑμετέρης ἐς τὴν ἡμετέρην, τότε παραδώσομεν*, utpote probe ſcientes, tale quid fieri non posſe."

Miltiadem vero multis annis post, Cherſoneſo vento borea cum navi Lemnum profectum, hanc inſulam in Athenienſium redegisſe poteſtatem. Vid. impr. c. 139 et 140. Nepos vero totam illam de Pelasgorum injuriis atque calamitatibus historiam reticens, hoc unum narrat: Miltiadem, quum Athenis Cherſoneſum profectus, Lemnum accesſisſet, hanc inſulam ſub poteſtatem Athenienſium redigere voluisſe. Quam quum incolae tradere noluisſent, niſi domo navibus proficiscens (1) vento aquilone venisſet Lemnum, Miltiadem curſum direxisſe, quo tenderet; postea vero Cherſoneſo Lemnum rediisſe, atque tum Cares ex inſula demigrasſe. C. I, II.

Denique conferendae ſunt, quas diverſisſimas tradiderunt, de Pari obſidione narrationes. Herodotus docet VI, 132 Miltiadem ſeptuaginta naves ab Athenienſibus petiisſe, non aperientem, cuinam regioni illaturus esſet bellum, ſed tantum illos divitiis ſe ornaturum, pollicitum. Itaque Parum profectum, hanc urbem privata quadam ſimultate incenſum arctisſima obſidione cinxisſe. Hanc quidem rem omnium Graecorum testimoniis confirmari; quae autem deinceps enarrat, ab ipſis

(1) Mirum videtur, illud *αὐτημερὸν* a Nepote fuisſe omisſum, ſive Herodoti locum forte neglexerit, ſive etiam in hoc uti in reliquis de industria aliorum ſecutus ſit traditiones.

ſis Pariis profecta esſe fatetur. Feminam nempe captivam, Pariam genere, Miltiadi quae ad Parum capiendam facienda esſent, ſubministrasſe.

Tum vero Miltiadem ſeptum Cereris Legiferae tranſiliisſe aedemque intrasſe, intus *εἴτε κινήσοντά τι τῶν ἀκινήτων, εἴτε ὁτιδήποτε πρήξοντα· πρὸς τῇσι θυρῃσίτε γενέσθαι, καὶ πρόκα τε Φρίκης αὐτὸν ὑπελθούσης. ὀπίσω τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἵεσθαι· καταθρώσκοντα δὲ τὴν αἱμασιήν, τὸν μηρὸν σπασθῆναι· οἱ δέ, αὐτὸν τὸ γόνυ προσπταῖσαι λέγουσι.*

Itaque Miltiadem, *Φλαύρως ἔχοντα*, domum navigasſe, neque opes afferentem Atheniensibus, neque Paro post viginti ſex dierum obſidionem potitum. Athenienſibus autem post reditum ſemper in ore fuisſe Miltiadem, atque ita *τῆς Ἀθηναίων ἀπάτης εἵνεκεν* accuſatum, pro ſe dicere non potuisſe, *σηπομένου τοῦ μηροῦ.* Amicos vero ita pro eo verba fecisſe; ut capitis abſolutus, pecunia mulctaretur (quinquaginta talentorum). Postea Miltiadem putredine femoris mortuum, eaque talenta a filio Cimone fuisſe perſoluta.

Nepos autem C. VII. clasſem Miltiadi datam, ut inſulas, quae barbaros adjuverant, bello perſequeretur; Parum deinde obſidione liberatam propter luci cujusdam incendium, quod a Miltiade pro ſigno haberetur, a clasſiariis regiis dato. Tum etiam illud vulnus non in tranſiliendo Cereris ſepto, ſed in ipſo oppido oppugnando Miltiadi fuisſe inflictum.

Haecce igitur quisquis accuratius attenderit, facile videat, alios Nepoti, quos in hisce propius ſequeretur, adfuisſe auctores. Licet enim univerſe in Perſicis bellis adumbrandis ſaepisſime cum Herodoto conſentiat,

diat, quod non accidere non potuit in caussa tantopere celebrata; attamen tum in aliis, tum vero maxime in Miltiadis rebus tam diversam iniit uterque et enarrandi et judicandi viam, ut, si vel omnia deessent hujus rei testimonia, alios tamen a Nepote praelatos fuisse Herodoto, statuendum foret. At vero non desunt, quae hoc probent, firmissima argumenta. Adsunt enim hodieque *Ephori* et *Theopompi* fragmenta, quae mirum in modum cum Nepote conveniunt. Sed infra de hisce fusius agendum; jam, quod temporum ratio postulare videtur, ad Thucydidem transeundum.

Thucydides.

Thucydidem igitur quanto studio, quanta etiam religione imitatus fuerit Nepos, vix dici potest. Primum enim, quod raro ab eo fieri solet, ad Thucydidis auctoritatem nominatim saepius provocavit, Themist. C. I. IX. et X. Alcib. XI. Tum vero tanta non modo rerum, sed verborum quoque et sententiarum apud utrumque conspicua est similitudo, ut, quemadmodum ab Herodotea ratione diversissimam, ita Thucydideae simillimam suam reddere, Noster studuisse videatur. Quod tamen non ita intelligendum, quasi Nepos, in omnibus omnino, etiam minutissimis rebus, Thucydidi assensus, semper in hujus verba juraverit, eumque ut ab omni errore immunem fuerit imitatus. Immo vero saepius ab ejus ratione discedit, et cum judicii acumine, acutissimi historici scriptis utitur. Sic, ut exempla quaedam afferantur, Nepos Them. II. Themistoclem dicit in bello *Corcyraeo* (4) classe aedificanda primum reipublicae profuis-

(1) Cff. quae Lambinus aliique interpretes de hoc loco dispu-

fuisse. Herodotus contra, ut supra dictum est, *Ægineticum* illud bellum vocat, (cf. supra p. 198.) cui assentitur Thucydides I. 41. et praesertim I. 14, ubi de ratione navium agens, Atheniensibus auctorem fuisse Themistoclem tradit, ut bellum cum Aeginetis gerentes, tum vero etiam Persis imminentibus, naves, quibus postea usi sunt, aedificarent.

Pari modo Nepoti cum Thucydide in eo non convenit, quod ex illius narratione Admetus, rex Molossorum, hospitio fuerit cum Themistocle conjunctus, C. VIII. hic vero Ἄδμητον αὐτῷ οὐ φίλον dicat I. 136. In quo tamen quum et Thucydidi assentiatur, eadem inimicitiarum causa addita, gravissimus testis Plutarchus in vita c. 24, neque aliunde Nepotis verba quodammodo probari possint: probabilis sane Stavereni sententia, aliena fortasse manu *de hospitio* illa insita fuisse; nisi probabilior videatur altera, quae Nepotem aliis usum scriptoribus statuit. Quidquid sit, si sana est lectio, tam in hoc uterque discrepat, quam in eo, quod Noster a Themistocle *filiam* Admeti parvulam, ille vero *filium* in sacrarium abreptum esse dicat.

Sed in hujusmodi minorum rerum discrepantia mira quaedam in utriusque scriptis habetur convenientia. Quae quidem quo accuratius perspiciatur, posterior Themistoclis vitae pars a c. VI. in fine, Thucydideae narrationi apponenda videtur.

putarunt, ex quibus eorum maxime mihi placet sententia, qui putant Nepotem, uti in aliis, sic etiam in hoc bello *Corcyraeo* memorando alios auctores fuisse secutum.

Thuc.

Thuc. I. C. 90. (5)

Οἱ δ' Ἀθηναῖοι, Θεμιστοκλέους γνώμῃ, τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους ταῦτ' εἰπόντας, ἀποκρινάμενοι, ὅτι πέμψουσιν ὡς αὐτοὺς πρέσβεις περὶ ὧν λέγουσιν, εὐθὺς ἀπήλλαξαν· ἑαυτὸν δ' ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα, ἄλλους δὲ πρὸς ἑαυτῷ ἑλομένους πρέσβεις, μὴ εὐθὺς ἐκπέμπειν, ἀλλ' ἐπισχεῖν μέχρι τοσούτου, ἕως ἂν ἱκανὸν τὸ τεῖχος αἴρωσιν, ὥστε ἀπομάχεσθαι ἐκ τοῦ ἀναγκαιοτάτου ὕψους·

τειχίζειν δὲ πάντας πανδημεὶ τοὺς ἐν τῇ πόλει καὶ αὐτοὺς, καὶ γυναῖκας, καὶ παῖδας, φειδομένους μήτε ἰδίου μήτε δημοσίου οἰκοδομήματος, ὅθεν τις ὠφέλεια ἔσται ἐς τὸ ἔργον, ἀλλὰ καθαιροῦντας πάντα. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα διδάξας, καὶ ὑπειπὼν τὰ ἄλλα, ὅτι αὐτὸς τἀκεῖ πράξοι, ᾤχετο.

Nepos C. VI.

„ His praesentibus desierunt, ac se de ea re legatos ad eos missuros dixerunt. Hanc legationem suscepit Themistocles, et solus primo profectus est, reliqui legati ut tum exirent, quum satis altitudo muri exstructa videretur, praecepit;

interim omnes servi atque liberi opus facerent, neque ulli loco parcerent, sive sacer esset (sive profanus) sive privatus, sive publicus: et undique, quod idoneum ad muniendum putarent, congererent.

Thuc.

(1) Cf. etiam de triplici Piraeei portu constituto Thuc. l. 1. C. 93. et in primis ad Nep. VI. medium, Thuc. l. I. C. 90.

Thuc. I. C. 93.

Τούτῳ τῷ τρόπῳ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν πόλιν ἐτείχισαν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ· καὶ δήλη ἡ οἰκοδομία ἔτι καὶ νῦν ἐστιν. ὅτι κατὰ σπουδὴν ἐγένετο — πολλαί τε στῆλαι ἀπὸ σημάτων καὶ λίθοι εἰργασμένοι ἐγκατελέγησαν. —

Quo factum est, ut Atheniensium muri ex sacellis sepulcrisque constarent.

Thuc. I. C. 90.

Καὶ ἐς τὴν Λακεδαίμονα ἐλθὼν, οὐ προσῄει πρὸς τὰς ἀρχὰς, ἀλλὰ διῆγε, καὶ προὐφασίζετο· καὶ ὁπότε τὶς αὐτὸν ἔροιτο τῶν ἐν τέλει ὄντων, ὅ, τι οὐκ ἐπέρχεται ἐπὶ τὸ κοινὸν, ἔφη, τοὺς ξυμπρέσβεις ἀναμένειν· ἀσχολίας δέ τινος οὔσης αὐτοὺς ὑπολειφθῆναι· προσδέχεσθαι μέντοι ἐν τάχει ἥξειν, καὶ θαυμάζειν, ὡς οὔπω πάρεισιν.

Nepos C. VII.

Themistocles autem, ut Lacedaemonem venit, adire ad magistratus noluit, et dedit operam, ut quam longissime tempus duceret, causam interponens, se collegas exspectare.

Thuc. I. C. 91.

Οἱ δὲ, ἀκούοντες, τῷ μὲν Θεμιστοκλεῖ ἐπείθοντο διὰ φιλίαν αὐτοῦ· τῶν δὲ ἄλλων ἀφικνουμένων, καὶ σαφῶς κατηγορούντων, ὅτι τειχίζεταί τε καὶ ἤδη ὕψος λαμ-

Quum Lacedaemonii quererentur, opus nihilominus fieri, eumque in ea re conari fallere, interim reliqui legati sunt consecuti: a quibus quum audis-

λαμβάνει, οὐκ εἶχον ὅπως χρὴ ἀπιστῆσαι. Γνοὺς δὲ ἐκεῖνος κελεύει αὐτοὺς μὴ λόγοις μᾶλλον παράγεσθαι, ἢ πέμψαι σφῶν αὐτῶν ἄνδρας οἵτινες χρηστοὶ, καὶ πιστῶς ἀναγγελοῦσι σκεψάμενοι. Ἀποστέλλουσιν οὖν· καὶ περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς τοῖς Ἀθηναίοις κρύφα πέμπει, κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν, καὶ μὴ ἀφεῖναι, πρὶν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν. Ἤδη γὰρ καὶ ἧκον αὐτῷ οἱ ξυμπρέσβεις, Ἀβρώνυχός τε ὁ Λυσικλέους, καὶ Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου, ἀγγέλλοντες ἔχειν ἱκανῶς τὸ τεῖχος· ἐφοβεῖτο γὰρ, μὴ οἱ Λακεδαιμόνιοι σφᾶς, ὁπότε σαφῶς ἀκούσειαν, οὐκέτι ἀφῶσιν. Οἵ τε οὖν Ἀθηναῖοι τοὺς πρέσβεις, ὥσπερ ἐπεστάλη, κατεῖχον.

disser, non multum superesse munitionis, ad Ephoros Lacedaemoniorum accessit, penes quos summum imperium erat: atque apud eos contendit, falsa his esse delata: quare aequum esse, illos viros bonos nobilesque mittere, quibus fides haberetur, qui rem explorarent: interea se obsidem retinerent. Gestus est ei mos, tresque legati, functi summis honoribus, Athenas missi sunt."

Tum vero deinde Nepos: „ cum his legatis, ait, collegas suos Themistocles jussit proficisci, eisque praedixit, ut ne prius Lacedaemoniorum legatos dimitterent, quam ipse esset remissus." Thucydides vero, ut ex verbis ejus (*καὶ περὶ αὐτῶν ὁ Θεμιστοκλῆς — πρὶν ἂν αὐτοὶ κομισθῶσιν*) apparet, indicare videtur, Athenien-

nienſium legatos, Abronychum et Aristidem, cum Themistocle Spartae remanſisſe, neque cum Spartanorum legatis rediisſe Athenas. Sed leve hoc discrimen nequaquam impedit, quo minus ſummum in omni hac cauſa adesſe fateamur rerum atque dictionis (1) convenientiam. Pergendum idcirco in utriusque locis ſibi invicem apponendis.

Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν. „ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ· εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς, ὡς πρὸς διαγιγνώσκοντας τολοιπὸν ἰέναι τά τε σφίσιν αὐτοῖς ξύμφορα καὶ τὰ κοινά· τήν τε γὰρ πόλιν ὅτε ἐδόκει ἐκλιπεῖν ἄμεινον εἶναι, καὶ ἐς τὰς ναῦς ἐσβῆναι, ἄνευ ἐκείνων ἔφασαν γνόντες τολμῆσαι· καὶ ὅσα αὖ μετ' ἐκείνων βουλεύεσθαι, οὐδενὸς ὕστεροι γνώμῃ φανῆναι· δοκεῖν οὖν σφίσι, καὶ νῦν ἄμεινον εἶναι τὴν ἑαυ-

Hos postquam Athenas perveniſse ratus est, ad magistratus ſenatumque Lacedaemoniorum adiit, et apud eos liberrime profesſus est: Athenienſes ſuo conſilio, quod communi jure gentium facere posſent, deos publicos, ſuosque patrios ac penates, quo facilius ab hoste posſent defendere, muris ſepſisſe, neque eo quod inutile esſet Graeciae fecisſe: nam illorum urbem ut propugnaculum oppoſitam esſe barbaris, apud quam jam bis clasſes regias fecisſe naufragium.

(1) Non quidem, quod libenter fatemur, Thucydidis verba Nepos ſua fecit; ſed quam ſemper ſectatur, orationis perſpicuitatem, ad haecce quoque applicuit; atque ita Thucydidis obscuriorem dictionem ſententiis magis planis et conciſis illustravit.

ἑαυτῶν πόλιν τεῖχος ἔχειν, καὶ ἰδίᾳ τοῖς πολίταις καὶ ἐς τοὺς πάντας ξυμμάχους ὠφελιμώτερον ἔσεσθαι. Οὐ γὰρ οἷόν τ' εἶναι, μὴ ἀπὸ ἀντιπάλου παρασκευῆς, ὁμοιόν τι ἢ ἴσον ἐς τὸ κοινὸν βουλεύεσθαι. Ἢ πάντας οὖν ἀτειχίστους ἔφη χρῆναι ξυμμαχεῖν, ἢ καὶ τάδε νομίζειν ὀρθῶς ἔχειν."

Thuc. I. c. 135.

Τοῦ δὲ Μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι, πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους, ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς εὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίαν ἐλέγχων· ἠξίουντε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. Οἱ δὲ, πεισθέντες (ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος, καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον) πέμπουσι μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων, ἑτοίμων ὄντων ξυνδιώκειν, ἄνδρας οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν περιτύχωσιν.

C. 136. Ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος, φεύγει ἐκ Πε-

Nep. C. VIII.

Tamen non effugit civium ſuorum invidiam. Namque ob eundem timorem, quo damnatus erat Miltiates, testarum ſuffragiis e civitate ejectus, Argos habitatum conceſſit. Hic quum propter multas ejus virtutes magna cum dignidate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miſerunt, qui eum abſentem accuſarent, quod ſocietatem cum Rege Perſarum, ad Graeciam opprimendam, feciſſet. Hoc crimine abſens proditionis est damnatus.

Id ut audivit, quod non ſatis tutum ſe Argis videbat,

Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης. Δεδιέναι δὲ φασκόντων τῶν Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν, ὥστε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ. Καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῶν προστεταγμένων κατὰ πύστιν οἷ χωροίη, ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον, τὸν Μολοσσῶν βασιλέα, ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι.

bat, Corcyram demigravit. Ibi quum ejus principes civitatis animadvertisset timere, ne propter se bellum his Lacedaemonii et Athenienses indicerent; ad Admetum, Molossorum regem, quocum ei hospitium fuerat, confugit.

Καὶ ὁ μὲν οὐκ ἔτυχεν ἐπιδημῶν· ὁ δὲ τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος, διδάσκεται ὑπ' αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν. Καὶ ἐλθόντος οὐ πολὺ ὕστερον τοῦ Ἀδμήτου, δηλοῖ τε ὅς ἐστι. — Ὁ δὲ ἀκούσας, ἀνίστησί τε αὐτὸν μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ υἱέος, ὥσπερ καὶ ἔχων αὐτὸν ἐκαθέζετο. Καὶ μέγιστον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο.

Huc quum venisset, et in praesentia rex abesset, quo majore religione se receptum tueretur, filiam ejus parvulam arripuit, et cum ea se in sacrarium, quod summa colebatur cerimonia, conjecit. Inde non prius egressus est, quam rex eum data dextra in fidem reciperet: quam praestitit. Nam quum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit, monuitque ut consuleret sibi; difficile enim esse in tam propinquo loco tuto eum versari. Itaque Pydnam eum deduci jussit, et

C. 137. Καὶ ὕστερον οὐ πολλῷ τοῖς τε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι, καὶ πολλὰ εἰποῦσιν, οὐκ ἐκδίδωσιν, ἀλλ' ἀποστέλ-

στέλλει, βουλόμενον ὡς βασιλέα πορευθῆναι, ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν πεζῇ, ἐς Πύδναν τὴν Ἀλεξάνδρου. Ἐν ᾗ ὁλκάδος τυχὼν ἀναγομένης ἐπ᾽ Ἰωνίας, καὶ ἐπιβὰς, καταφέρεται χειμῶνι ἐς τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὃ ἐπολιόρκει Νάξον· καὶ (ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηῒ) δείσας φράζει τῷ ναυκλήρῳ, ὅστις ἐστὶ, καὶ δι᾽ ἃ φεύγει· καὶ εἰ μὴ σώσει αὐτὸν, ἔφη ἐρεῖν, ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγει· τὴν δὲ ἀσφάλειαν εἶναι, μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεὼς μέχρι πλοῦς γένηται· πειθομένῳ δ᾽ αὐτῷ χάριν ἀπομνήσεσθαι ἀξίαν. Ὁ δὲ ναύκληρος ποιεῖται ταῦτα, καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου, ὕστερον ἀφικνεῖται ἐς Ἔφεσον. Καὶ ὁ Θεμιστοκλῆς ἐκεῖνόν τε ἐθεράπευσε χρημάτων δόσει, (ἦλθε γὰρ αὐτῷ ὕστερον ἔκ τε Ἀθηνῶν παρὰ τῶν φίλων, καὶ ἐξ Ἄργους, ἃ ὑπεξέκειτο).

quod satis esset praesidii, dedit. Hic in navem omnibus ignotus adscendit; quae quum tempestate maxima Naxum ferretur, ubi tum Atheniensium erat exercitus; sensit Themistocles, si eo pervenisset, sibi esse pereundum. Hac necessitate coactus domino navis, qui sit, aperit, multa pollicens, si se conservasset. At ille clarissimi viri captus misericordia, diem noctemque procul ab insula in salo navem tenuit in ancoris, neque quemquam ex ea exire passus est. Inde Ephesum pervenit, ibique Themistoclem exponit, cui ille pro meritis gratiam postea retulit.

CAP.

CAP. IX.

„ Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo, quod aetate proximus erat de iis, qui illorum temporum historiam reliquerunt, et ejusdem civitatis fuit. Is autem ait, ad Artaxerxem eum venisse, atque his verbis epistolam misisse." Quae quidem epistola ex Thucydide I. C. 137, versa, deinde exhibetur. Sunt autem haec Nepotis verba attendenda potissimum, cum ob gravissimam, quam Thucydidi in hisce rebus tribuit auctoritatem, tum etiam ob caussas ipsas, quibus hanc Thucydidis firmari fidem statuit. Nam profecto haud a vero aberravit, Thucydidem potius quam alios esse audiendum arbitratus, quippe qui et ejusdem esset civitatis, et proxime quoque ad Themistoclis tempora accederet. Non mirum idcirco, summa rerum capita tam fere accurate apud utrumque convenire; quod et ex illis, quae jam exposita sunt, et ex sequentibus etiam unicuique non perspicuum esse non potest.

Thuc. I. C. 138.

βασιλεὺς δὲ, ὡς λέγεται, ἐθαύμασέ τε αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ ἐκέλευε ποιεῖν οὕτως. Ὁ δ᾽ ἐν τῷ χρόνῳ, ὃν ἐπέσχε, τῆς τε Περσίδος γλώσσης ὅσα ἠδύνατο κατενόησε, καὶ τῶν ἐπι-

Nep. C. X.

Hujus rex animi magnitudinem admirans, cupiensque talem virum sibi conciliari, veniam dedit. Ille omne illud tempus litteris sermonique Persarum dedit; quibus adeo eru-

ἐπιτηδευμάτων τῆς χώρας. Ἀφικόμενος δὲ μετὰ τὸν ἐνιαυτὸν, γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας, καὶ ὅσος οὐδείς πω Ἑλλήνων, διά τε τὴν προϋπάρχουσαν ἀξίωσιν, καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ ἐλπίδα, ἣν ὑπετίθει αὐτῷ δουλώσειν, μάλιστα δὲ ἀπὸ τοῦ πεῖραν διδοὺς ξυνετὸς φαίνεσθαι. — Νοσήσας δὲ, τελευτᾷ τὸν βίον. Λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι, ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο. Μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ ἐν τῇ ἀγορᾷ· ταύτης γὰρ ἦρχε τῆς χώρας, δόντος βασιλέως αὐτῷ, Μαγνησίαν μὲν, ἄρτον, ἣ προσέφερε πεντήκοντα τάλαντα τοῦ ἐνιαυτοῦ· Λάμψακον δὲ οἶνον (ἐδόκει γὰρ πολυοινότατον τῶν τότε εἶναι). Μυοῦντα δὲ, ὄψον. Τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε, κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν, ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντος.

eruditus est, ut multo commodius dicatur apud regem verba fecisſe, quam hi poterant, qui in Perſide erant nati. Hic cum multa regi eſſet pollicitus, gratisſimumque illud, ſi ſuis uti conſiliis vellet, illum Graeciam bello oppresſurum; magnis muneribus ab Artaxerxe donatus, in Aſiam rediit, domiciliumque Magneſiae ſibi conſtituit. Namque hanc urbem ei rex donarat, his uſus verbis, quae ei panem praeberet (ex qua regione quinquaginta ei talenta quotannis redibant); Lampſacum unde vinum ſumeret; Myunta, ex qua opſonium haberet. Hujus ad noſtram memoriam monumenta manſerunt duo, ſepulcrum prope oppidum in quo eſt ſepultus; ſtatuae in foro Magneſiae. De cuius morte multis modis apud plerosque ſcriptum eſt: ſed nos eundem potisſimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magneſiae morbo mortuum; neque negat fuiſſe famam, venenum ſua ſpon-

ſponte ſumſiſſe, quum ſe, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus eſſet, praeſtare poſſe desperaret. Idem oſſa ejus clam in Attica ab amicis ſepulta, quoniam legibus non concederetur, quod proditionis eſſet damnatus, memoriae prodidit.

Quisquis posteriorem hanc Themistoclis vitae partem cum Thucydideis ita contulerit, fateatur neceſſe est, Nepoti in omnibus fere primo loco ad manum fuiſſe Thucydidem. Quod licet ſatis jam videatur expoſitum, quo magis tamen haec expoſitio, ut gravis est, ita abſoluta reddatur; pariter exploranda, quae in eandem incidit aetatem, Pauſaniae vita.

Postquam paucisſimis (1) verbis illustrisſimam Pauſaniae ad Plataeas memoravit victoriam, Nepos ſtatim eodem Thucydide duce inſolentiam ejus deſcribit atque ſuperbiam.

Thuc. I. C. 132.	Nep. C. I.
Ὑποψίας δὲ πολλὰς παρεῖχε τῇ τε παρανομίᾳ, καὶ ζηλώσει τῶν βαρβάρων, μὴ ἴσος βαύλεσθαι εἶναι	Qua victoria elatus (Plataeenſi) plurima miscere coepit et majora concupiscere. Sed primum in eo est

(1) Mirum ſane, Nepotem tam brevem eſſe in Pauſaniae exponendis praeclarisſimis rebus gestis, quippe quae copioſe apud He-

εἶναι τοῖς παροῦσι· τά τε ἄλλα αὐτοῦ ἀνεσκόπουν, εἴτι που ἐξεδεδιῄτητο τῶν καθεστώτων νομίμων, καὶ ὅτι ἐπὶ τὸν τρίποδα ποτὲ τὸν ἐν Δελφοῖς, ὃν ἀνέθεσαν οἱ Ἕλληνες ἀπὸ τῶν Μήδων ἀκροθίνιον, ἠξίωσεν ἐπιγράψασθαι αὐτὸς ἰδίᾳ τὸ ἐλεγεῖον τόδε.

„Ἑλλήνων ἀρχηγὸς, ἐπεὶ
στρατὸν ὤλεσε Μήδων,
Παυσανίας Φοίβῳ μνῆμ'
ἀνέθηκε τόδε."

τὸ μὲν οὖν ἐλεγεῖον οἱ Λακεδαιμόνιοι ἐξεκόλαψαν εὐθὺς τότε ἀπὸ τοῦ τρίποδος τοῦτο· καὶ ἐπέγραψαν ὀνομαστὶ τὰς πόλεις ὅσαι ξυγκαθελοῦσαι τὸν βάρβαρον ἔστησαν τὸ ἀνάθημα.

est reprehenſus, quod ex praeda tripodem aureum Delphis poſuiſſet, epigrammate inſcripto, in quo erat haec ſententia:

„*Suo ductu barbaros, apud Plataeas esſe deletos, ejusque victoriae ergo Apollini donum dedisſe.*"

Hos verſus Lacedaemonii exſculpſerunt, neque aliud ſcripſerunt, quam nomina earum civitatum, quarum auxilio Perſae erant victi.

Thuc. I. C. 94.

Παυσανίας δὲ ὁ Κλεομβρότου ἐκ Λακεδαίμονος στρατηγὸς τῶν Ἑλλήνων ἐξεπέμφθη μετὰ εἴκοσι νεῶν ἀπὸ Πελοποννήσου· ξυνέπλεον δὲ καὶ Ἀθηναῖοι τριά-

Nep. C. II.

Post id proelium eundem Pauſaniam cum claſſe communi Cyprum atque Helleſpontum miſerunt, ut ex his regionibus barbarorum praeſidia depelleret. Pa-

Herodotum enarrata exſtant l. IX. C. 21. 46. 50. 53—57. 60—64. 78 ſeqq. et 82. Id quod ſatis indicat, Thucydidis quam Herodoti imitandi majore eum ductum fuisſe ſtudio.

τριάκοντα ναυσὶ, καὶ τῶν ἄλλων ξυμμάχων πλῆθος. Καὶ ἐστράτευσαν εἰς Κύπρον, καὶ αὐτῆς τὰ πολλὰ κατεστρέψαντο· καὶ ὕστερον εἰς Βυζάντιον, Μήδων ἐχόντων, καὶ ἐξεπολιόρκησαν ἐν τῇδε τῇ ἡγεμονίᾳ.

Pari felicitate in ea re usus, elatius se gerere coepit majoresque appetere res.

C. 128. Εὐεργεσίαν δὲ ἀπὸ τοῦδε πρῶτον ἐς βασιλέα κατέθετο, καὶ τοῦ παντὸς πράγματος ἀρχὴν ἐποιήσατο. Βυζάντιον γὰρ ἑλὼν τῇ προτέρᾳ παρουσίᾳ μετὰ τὴν ἐκ Κύπρου ἀναχώρησιν (εἶχον δὲ Μῆδοι αὐτὸ, καὶ βασιλέως προσήκοντές τινες καὶ ξυγγενεῖς, οἳ ἑάλωσαν ἐν αὐτῷ) τότε τούτους οὓς ἔλαβεν, ἀποπέμπει βασιλεῖ κρύφα τῶν ἄλλων ξυμμάχων· τῷ δὲ λόγῳ ἀπέδρασαν αὐτόν. Ἔπρασσε δὲ ταῦτα μετὰ Γογγύλου τοῦ Ἐρετριέως, ᾧπερ ἐπέτρεψε τό, τε Βυζάντιον καὶ τοὺς αἰχμαλώτους. Ἔπεμψε δὲ καὶ ἐπιστολὴν τὸν Γόγγυλον φέροντα αὐτῷ· ἐνεγέγραπτο δὲ τάδε καὶ ἐν αὐτῇ, ὡς ὕστερον ἀνευρέθη.

Nam cum, Byzantio expugnato, cepisset complures Persarum nobiles, atque in his nonnullos regis propinquos, hos clam Xerxi remisit, simulans ex vinculis publicis effugisse, et cum his Gongylum Eretriensem, qui litteras regi redderet, in quibus haec fuisse scripta, Thucydides memoriae prodidit. — (Tum ipsa apud utrumque traditur Pausaniae epistola.)

C. 129. Τοσαῦτα μὲν ἡ γραφὴ ἐδήλου. Ξέρξης δὲ ἥσ-

Rex tot hominum salute, tam sibi necessariorum, mag-

ἥσθη τε τῇ ἐπιστολῇ καὶ ἀποστέλλει Ἀρτάβαζον τὸν Φαρνάκου ἐπὶ θάλασσαν· — καὶ παρὰ Παυσανίαν ἐς Βυζάντιον ἐπιστολὴν ἀντεπετίθει αὐτῷ, ὡς τάχιστα διαπέμψαι καὶ τὴν σφραγῖδα ἀποδεῖξαι· — ἀντεγέγραπτο δὲ τάδε.

Summa epistolae hujus breviter a Nepote expressa est; quare Xerxis verba non opus est, ut afferantur.

magnopere gavisus, confestim cum epistola Artabazum ad Pausaniam mittit. In qua eum collaudat et petit, ne cui rei parcat ad ea perficienda, quae pollicetur. Si fecerit, nullius rei repulsam a se laturum.

Hisce enarratis, continuo Thucydides pergit in Pausaniae fastu describendo. Nepos vero interim, eum domum revocatum et capitis esse absolutum, tradit, atque ita, quae apud Thucydidem c. 95 et 128 antea jam exposita erant, hoc loco interponit, cf. haec ad c. II. in fine et c. III. initio.

Thuc. I. C. 130.

Ταῦτα λαβὼν ὁ Παυσανίας τὰ γράμματα, ὢν καὶ πρότερον ἐν μεγάλῳ ἀξιώματι ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων διὰ τὴν Πλαταιᾶσιν ἡγεμονίαν, πολλῷ τότε μᾶλλον ἦρτο, καὶ οὐκέτι ἠδύνατο ἐν τῷ καθεστῶτι τρόπῳ βιοτεύειν· ἀλλὰ σκευὰς

Nep. C. III.

Non enim mores patrios solum, sed etiam cultum vestitumque mutavit. Apparatu regio utebatur, veste Medica; satellites Medi et Aegyptii sequebantur; epulabatur more Persarum luxuriosius, quam qui aderant, perpeti possent;

ἅς τε Μηδικὰς ἐνδυόμενος ἐκ τοῦ Βυζαντίου ἐξῄει, καὶ διὰ τῆς Θράκης πορευόμενον αὐτὸν Μῆδοι καὶ Αἰγύπτιοι ἐδορυφόρουν· τράπεζάν τε Περσικὴν παρετίθετο καὶ κατέχειν τὴν διάνοιαν οὐκ ἠδύνατο, ἀλλ' ἔργοις βραχέσι προυδήλου ἃ τῇ γνώμῃ μειζόνως ἐσέπειτα ἔμελλε πράξειν. Δυσπρόσοδόν τε αὐτὸν παρεῖχε, καὶ τῇ ὀργῇ οὕτω χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας ὁμοίως, ὥστε μηδένα δύνασθαι προσιέναι.

C. 131. Οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι αἰσθόμενοι τό, τε πρῶτον δι' αὐτὰ ταῦτα ἀνεκάλεσαν αὐτὸν, καὶ ἐπειδὴ τῇ Ἑρμιονίδι νηῒ τοδεύτερον ἐκπλεύσας, οὐ κελευσάντων αὐτῶν τοιαῦτα ἐφαίνετο ποιῶν· καὶ ἐκ τοῦ Βυζαντίου βίᾳ ὑπ' Ἀθηναίων ἐκπολιορκηθεὶς, ἐς μὲν τὴν Σπάρτην οὐκ ἐπανεχώρει, ἐς δὲ Κολωνὰς τὰς Τρωϊάδας ἱδρυθεὶς πράσσων τε ἐσηγγέλλετο αὐτοῖς ἐς τοὺς βαρβάρους καὶ οὐκ ἐπ' ἀγαθῷ τὴν μονὴν ποιούμενος.

ſent.; aditum petentibus conveniendi non dabat; ſuperbe respondebat et crudeliter imperabat; Spartam redire nolebat; Colonas, qui locus in agro Troadis est, ſe contulerat; ibi conſilia cum patriae, tum ſibi inimica capiebat.

Thuc.

Thuc. I. C. 131.

Οὕτω δὴ οὐκέτι ἐπέσχον, ἀλλὰ πέμψαντες κήρυκα οἱ Ἔφοροι καὶ σκυτάλην, εἶπον τοῦ κήρυκος μὴ λείπεσθαι· εἰ δὲ μή, πόλεμον αὐτῷ Σπαρτιάτας προαγορεύειν. Ὁ δὲ βουλόμενος ὡς ἥκιστα ὕποπτος εἶναι, καὶ πιστεύων χρήμασι διαλύσειν τὴν διαβολήν, ἀνεχώρει τοδεύτερον ἐς Σπάρτην· καὶ ἐς μὲν τὴν εἱρκτὴν ἐσπίπτει τοπρῶτον ὑπὸ τῶν Ἐφόρων· ἔξεστι δὲ τοῖς Ἐφόροις τὸν βασιλέα δρᾶσαι τοῦτο· ἔπειτα διαπραξάμενος, ὕστερον ἐξῆλθε, καὶ καθίστησιν ἑαυτὸν ἐς κρίσιν τοῖς βουλομένοις περὶ αὐτῶν ἐλέγχειν.

Cap. 132. — Ὑποψίας δὲ πολλὰς παρεῖχε, κ. τ. λ.— Ἐπυνθάνοντο δὲ καὶ ἐς τοὺς Εἵλωτας πράσσειν τὶ αὐτόν. Καὶ ἦν δὲ οὕτως. Ἐλευθέρωσίν τε γὰρ ὑπισχνεῖτο αὐτοῖς καὶ πολιτείαν, ἢν ξυνεπαναστῶσι, καὶ τὸ πᾶν ξυγκατεργάσωνται. Ἀλλ' οὐδ' ὡς οὐδὲ τῶν Εἱλώτων μηνυταῖς τισι πιστεύσαντες ἠξίωσαν νεώτερόν τι ποιεῖν ἐς αὐτόν· χρώ-

με-

Nep. C. III.

Id postquam Lacedaemonii rescierunt, legatos ad eum cum Scytala miserunt, in qua more illorum erat ſcriptum, niſi domum reverteretur, ſe capitis eum damnaturos. Hoc nuntio commotus, ſperans ſe etiam pecunia et potentia inſtans periculum poſſe depellere, domum rediit. Huc ut venit, ab Ephoris in vincula publica conjectus est: licet enim legibus eorum cuivis Ephoro, hoc facere regi. Hinc tamen ſe expedivit; neque eo magis carebat ſuſpicione. Nam opinio manebat, eum cum rege habere ſocietatem.

Est genus quoddam hominum, quod Helotes vocatur, quorum magna multitudo agros Lacedaemoniorum colit, ſervorumque munere fungitur. Hos quoque ſollicitare ſpe libertatis existimabatur. Sed quod harum rerum nullum erat apertum crimen, quo argui poſſet, non putabant de tali tamque claro viro ſuſpicionibus oportere judicari, et exſpec-

tam-

μενοι τῷ τρόπῳ ᾧπερ εἰώθασιν ἐς σφᾶς αὐτοὺς, μὴ ταχεῖς εἶναι περὶ ἀνδρὸς Σπαρτιάτου ἄνευ ἀναμφισβητήτων τεκμηρίων βουλεῦσαί τι ἀνήκεστον.

tandum, dum se ipsa res aperiret.

Thuc. I. C. 132.

Πρίν γε δὴ αὐτοῖς, ὡς λέγεται, ὁ μέλλων τὰς τελευταίας βασιλεῖ ἐπιστολὰς πρὸς Ἀρτάβαζον κομιεῖν, ἀνὴρ Ἀργίλιος, παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ, καὶ πιστότατος ἐκείνῳ, μηνυτὴς γίγνεται· δείσας κατὰ ἐνθύμησίν τινα ὅτι οὐδείς πω τῶν πρὸ ἑαυτοῦ ἀγγέλων πάλιν ἀφίκετο· καὶ παραποιησάμενος σφραγῖδα, ἵνα, ἢν ψευσθῇ τῆς δόξης, ἢ καὶ ἐκεῖνος μεταγράψαι τι αἰτήσῃ, μὴ ἐπιγνῷ, λύει τὰς ἐπιστολάς· ἐν αἷς ὑπονοήσας τι τοιοῦτον προσεπεστάλθαι, καὶ αὐτὸν εὗρεν ἐγγεγραμμένον κτείνειν.

Cap. 133. Τότε δὴ οἱ Ἔφοροι, δείξαντος αὐτοῦ τὰ γράμματα, μᾶλλον μὲν ἐπίστευσαν, αὐτήκοοι δὲ βου-

Nep. C. IV.

Interim Argilius quidam, adolescentulus, quem puerum Pausanias amore Venereo dilexerat, quum epistolam ab eo ad Artabazum accepisset, eique in suspicionem venisset, aliquid in ea de se esse scriptum, quod nemo eorum rediisset, qui super tali causa eodem missi erant, vincula epistolae laceravit, signoque detracto, cognovit, si pertulisset, sibi esse pereundum. Erant in eadem epistola, quae ad ea pertinebant, quae inter regem Pausaniamque convenerant. Has ille litteras Ephoris tradidit. Non est praetereunda gravitas Lacedaemoniorum hoc loco; nam ne hujus quidem indicio impulsi sunt, ut Pausaniam com-

βουληθέντες ἔτι γενέσθαι αὐτοῦ Παυσανίου τι λέγοντος, ἀπὸ παρασκευῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ Ταίναρον ἱκέτου οἰχομένου, καὶ σκηνησαμένου διπλῆν διαφράγματι καλύβην· ἐς ἣν τῶν τε Ἐφόρων ἐντὸς τινὰς ἔκρυψε, καὶ Παυσανίου ὡς αὐτὸν ἐλθόντος, καὶ ἐρωτῶντος τὴν πρόφασιν τῆς ἱκετείας, ᾔσθοντο πάντα σαφῶς, αἰτιωμένου τοῦ ἀνθρώπου τά τε περὶ αὐτοῦ γραφέντα, καὶ τἄλλα ἀποφαίνοντος καθ' ἕκαστον, ὡς οὐδὲν πώποτ' αὐτὸν ἐν ταῖς πρὸς βασιλέα διακονίαις παραβάλοιτο, προτιμηθείη δ' ἐν ἴσῳ τοῖς πολλοῖς τῶν διακόνων ἀποθανεῖν· κἀκείνου αὐτά τε ταῦτα ξυνομολογοῦντος, καὶ περὶ τοῦ παρόντος οὐκ ἐῶντος ὀργίζεσθαι, ἀλλὰ πίστιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ διδόντος τῆς ἀναστάσεως, καὶ ἀξιοῦντος ὡς τάχιστα πορεύεσθαι, καὶ μὴ τὰ πρασσόμενα διακωλύειν.

comprehenderent; neque prius vim adhibendam putaverunt, quam se ipse indicasset. Itaque huic indici, quid fieri vellent praeceperunt. Fanum Neptuni est Taenari, quod violari nefas putant Graeci. Eo ille index confugit; in ara consedit. Hanc juxta locum fecerunt sub terra, ex quo posset audiri, si quis quid loqueretur cum Argilio. Huc ex Ephoris quidam descenderunt. Pausanias ut audivit, Argilium confugisse in aram, perturbatus eo venit. Quem quum supplicem Dei videret in ara sedentem, quaerit, caussae quid sit tam repentino consilio. Huic ille, quid ex litteris comperisset, aperit. Tanto magis Pausanias perturbatus orare coepit, ne enunciaret, nec se, meritum de illo optime, proderet. Quod si eam veniam sibi dedisset tantisque implicitum rebus sublevasset, magno esse ei praemio futurum.

Thuc. I. C. 134.

'Ακούσαντες δὲ ἀκριβῶς, τότε μὲν ἀπῆλθον οἱ Ἔφοροι· βεβαίως δὲ ἤδη εἰδότες ἐν τῇ πόλει τὴν ξύλληψιν ἐποιοῦντο. Λέγεται δ' αὐτὸν μέλλοντα ξυλληφθήσεσθαι ἐν τῇ ὁδῷ, ἑνὸς μὲν τῶν Ἐφόρων τὸ πρόσωπον προσιόντος ὡς εἶδε, γνῶναι ἐφ' ᾧ ἐχώρει· ἄλλου δὲ νεύματι ἀφανεῖ χρησαμένου καὶ δηλώσαντος εὐνοίᾳ, πρὸς τὸ ἱερὸν τῆς Χαλκιοίκου χωρῆσαι δρόμῳ καὶ προκαταφυγεῖν· ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ τέμενος· καὶ ἐς οἴκημα οὐ μέγα, ὃ ἦν τοῦ ἱεροῦ, ἐσελθὼν, ἵνα μὴ ὑπαίθριος ταλαιπωροίη, ἡσύχαζεν. Οἱ δὲ τοπαραυτίκα μὲν ὑστέρησαν τῇ διώξει· μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ τε οἰκήματος τὸν ὄροφον ἀφεῖλον, καὶ τὰς θύρας, ἔνδον ὄντα τηρήσαντες αὐτὸν καὶ ἀπολαβόντες εἴσω, ἀπῳκοδόμησαν· προσκαθεζόμενοί τε ἐξεπολιόρκησαν λιμῷ. καὶ μέλλοντος αὐτοῦ ἀπο-

Nep. C. V.

His rebus Ephori cognitis fatius putaverunt, in urbe eum comprehendi. Quo quum essent profecti, et Pausanias placato Argilio, ut putabat, Lacedaemonem reverteretur; in itinere quum jam in eo esset, ut comprehenderetur, e vultu cujusdam Ephori, qui eum admonere cupiebat, insidias sibi fieri intellexit. Itaque paucis ante gradibus, quam qui sequebantur, in aedem Minervae, quae Chalcioecus vocatur, confugit. Hinc ne exire posset, statim Ephori valvas ejus aedis obstruxerunt, tectumque sunt demoliti, quo facilius sub divo interiret. *Dicitur eo tempore Matrem Pausaniae vixisse, eamque jam magno natu, postquam de scelere filii comperit, in primis ad filium claudendum lapidem ad introitum aedis attulisse.* (1)

— His

(1) Quae de matre Pausaniae apud Thucydidem non memorantur, ita narrat Diod. Sic. XI. C. 45. Λέγεται τὴν μήτερα τοῦ Παυσανίου καταντήσασαν εἰς τὸ ἱερὸν, ἄλλο μὲν μηδὲν μήτε εἰπεῖν μήτε πρα-

ἀποψύχειν, ὥσπερ εἶχεν ἐν τῷ οἰκήματι, αἰσθόμενοι, ἐξάγουσιν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἔτι ἔμπνουν ὄντα. Καὶ ἐξαχθεὶς, ἀπέθανε παραχρῆμα. Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους ἐμβάλλειν εἰώθεισαν· ἔπειτα ἔδοξε πλησίον που κατορύξαι· ὁ δὲ θεὸς ὁ ἐν Δελφοῖς τόν τε τάφον ὕστερον ἔχρησε τοῖς Λακεδαιμονίοις μετενεγκεῖν οὗπερ ἀπέθανε. (καὶ νῦν κεῖται ἐν τῷ προτεμενίσματι, ὃ γραφῇ στῆλαι δηλοῦσι.)

— Hic quum semianimis de templo elatus esset, confestim animam efflavit. Cujus mortui corpus quum eodem nonnulli dicerent inferri oportere, quo ii, qui ad supplicium essent dati; displicuit pluribus, et procul ab eo loco infoderunt, quo erat mortuus. Inde posterius Dei Delphici responso erutus, atque eodem loco sepultus, ubi vitam posuerat.

Atque ita quidem, ut videtur, satis superque apparet, ex Thucydide cum plurima de aliorum rebus (1), tum

πρᾶξαί τι, πλίνθον δὲ βαστάσασαν, ἀναθεῖναι κατὰ τὴν εἰς τὸ ἱερὸν εἴσοδον, καὶ τοῦτο πραξάσαν ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἰδίαν οἰκίαν· τοὺς δε Λακεδαιμονίους τῇ τῆς μητρὸς κρίσει συνακολουθήσαντας, ἐνοικοδομῆσαι τὴν εἴσοδον, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ συναναγκᾶσαι τὸν Παυσανίαν λιμῷ καταστρέψαι τὸν βίον. — Hic igitur eundem, quem Nepos, in hisce secutus est auctorem.

(1) Cf. ad *Aristidem* C. II. et III. Thuc. I. 95. de summa imperii maritimi ab Lacedaemoniis ad Athenienses translata et C. 96 de quadringenis et sexagenis talentis quotannis Delos collatis. Ad *Cimonem* C. II. et III. de praecipuis hujus rebus gestis Thucyd. I. 98. 100, 101 et 112, unde summa rerum a Nepote desumta. In *Alcibiade* ipse Nepos C. XI. Thucyd.

tum vero totam ferme Pausaniae vitam a Nepote fuisse expressam. Neque hoc sine prudenti consilio factum. Erat enim Thucydides, qui in historia temporum, quae Persica bella inter et Peloponnesiacum inciderent, unus omnibus caeteris facem praeferre posset, quod ipse I. 97, memoravit: ἔγραψα δὲ αὐτὰ καὶ τὴν ἐκβολὴν τοῦ λόγου ἐποιησάμην διὰ τόδε, ὅτι τοῖς πρὸ ἐμοῦ ἅπασιν ἐκλιπὲς τοῦτο ἦν τὸ χωρίον, καὶ ἢ τὰ πρὸ τῶν Μηδικῶν Ἑλληνικὰ ξυνετίθεσαν, ἢ αὐτὰ τὰ Μηδικά. Τούτων δὲ ὅσπερ καὶ ἥψατο ἐν τῇ Ἀττικῇ ξυγγραφῇ Ἑλλάνικος, βραχέως τε καὶ τοῖς χρόνοις οὐκ ἀκριβῶς ἐπεμνήσθη.

EPHORUS.

In hisce, quae Nepoti adhibuimus, Thucydidis locis, illud sane disquisitionem nostram juvare potuit, quod, integra quum nobis exstarent hujus auctoris scripta, ad ipsos accedere licebat fontes. Difficilior autem minusque aperta illa investigatio, si ex aliis rivulis ex eodem fonte deductis, quae Nepos inde hauserit, suspicari oporteat. Quod in *Ephoro* atque *Theopompo* obtinet, cujus utriusque gravissimum opus, pauca si excipias fragmenta, temporum iniquitas nobis abstulit. Sed vel sic tamen quae ex illis restant, cum Nostro conferenda. Ephori Historiis (1) quantam tri-

cydidem nominatim citat, atque eum adhibuisse videtur ad C. III. et IV. lib. VI. C. 15. 27, 28, 29. 53. 61. 88. et 89; ad C. V. cf. lib. VIII. 45. et 246. 81, 82. cetera.

(1) In his omnibus unice nobis profuere *Ephori Cumaei* fragmenta *a Meyero Marx. edita*, Carolsruhae 1815. cf. etiam Clar. Creuzer. in praef ad Ephori fragm. a Meyero Marx. edita et Clar. Heeren de Trogi Pompeji font. et auct. Oper. Soc. Gött.

tribuerit auctoritatem, quamque multa debeat Diodorus Siculus, docte exposuit summus Heynius de font. et auctor. Historiar. Diod. praesertim Comment. III. in operibus Societ. Gött. Vol. VII. p. 167 et 108.

Pari autem modo Historiis Ephori usum fuisse Nepotem, cum principes quique viri jam monuerunt, tum hoc loco ex Ephori fragmentis explicari oportet.

In Miltiadis rebus, quamvis ab Herodoto copiose tractatis, saepissime tamen (quod supra dictum) ita discessit ab hoc auctore Nepos, ut nemini dubium esse possit, quin aliorum scripta exprimere maluerit. Herodotus enim cum in aliis, tum in primis in Pari illa obsidione enarranda in malam fere partem de Miltiade pronunciat. Nepos contra (in postremo vitae capite) invidiam etiam conqueritur, qua Miltiadem persecuti sint Athenienses, et Pari obsidionem haud profligatam, incendio in continente, non vero sacrilegio cuidam tribuit. Et vero hac ipsa de re, in qua longissime a se invicem disstat uterque, Ephori superest, a Stephano Byzant. servatum fragmentum; quod quantopere Nepotianis congruat, nemo non facile perspiciet. Stephanus Πάρος, νῆσος. — Ἀπὸ ταύτης λέγεται παροιμία τὸ ἀναπαριάζειν, ὥς Ἔφορος ἐν δεκάτῳ. Ὁ δὲ Μιλτιάδης τῶν μὲν ἄλλων νήσων τινὰς ἀποβάσεις ποιησάμενος, ἐπόρθησε. Πάρος δὲ εὐδαιμονεστάτην καὶ μεγίστην οὖσαν τότε τῶν Κυκλάδων, καθεζόμενος ἐπολιόρκει πολὺν χρόνον, τῆς θαλάττης εἴργων, καὶ κατὰ γῆν μηχανήματα ἄγων· ἤδη τῶν τειχῶν πιπτόντων, καὶ ἐπὶ τὸ παραδιδόναι τὴν πόλιν διωμολογημένων, ὕλης τινὸς ἐξ αὐτομάτου περὶ τὴν Μύ-

Gött. Tom. XV, qui et in hac commentatione et in libro de Plutarchi fontibus totam Ephori scribendi operisque disponendi rationem explanavit, ejusque in rebus Graecorum enarrandis fidem firmavit atque auctoritatem.

Μύκονον ἐξαφθείσης, οἱ μὲν Πάριοι τὸν Δᾶτιν αὐτοὺς πυρσεύειν ὑπολαβόντες, ἐψεύσαντο τὰς ὁμολογίας, καὶ τὴν πόλιν οὐκέτι τῷ Μιλτιάδῃ παρέδοσαν. Ὅθεν φασὶν ἡμᾶς ἔτι καὶ νῦν χρῆσθαι τῇ παροιμίᾳ, τοὺς ψευδομένους τὰς ὁμολογίας, ἀναπαριάζειν φάσκοντας.

Quibus cum Nostro collatis, verissima sane videatur summi Valcken. ad Herod. VI. 135 (et 136, p. 501.) sententia, statuentis, Ephorum in Miltiadis rebus expressum esse a Cornel. Nepote. Cf. Meyer Marx ad Ephor. histor. fragm. l. X. p. 212, et Creuzer. Vir. clar. p. 41. fragm. Hecat. in fragmentis antiquiss. histor. Quocirca haud temere nobis agere videmur, perhibentes Nepotem, parum, ut nobis certe visum est, Herodoti studiosum, uti in illa Pari obsidione et reliqua Miltiadis vita, sic etiam in caeterorum, quae in hanc aetatem incidunt, rebus, Ephori historias principem habuisse fontem, summoque studio sectatum fuisse. Quod etiam ex eo verisimilius est, quod summa subinde Nepoti cum Diodoro Siculo, Ephori potissimum sectatore, et rerum est et verborum convenientia. Sic, ut exempla afferam, de nuntio altero post Salaminiam pugnam a Themistocle ad regem misso, ab Herodoto discrepans (vid. supra p. 199.) convenit cum Diod. XI. 418. Pariter congruit nostro de Thermopylis occupatis Diod. XI. 404. cf. Nep. Themist. C. III. init. Diod. XI. p. 413, de Persarum Euboeam superandi consilio. p. 414. de Themistocle angustias quaerendas suadente: cf. Nep. in vita C. IV. et sic porro. Imprimis quoque conferendi de *Thrasybuli* rebus et Atheniensium libertate restituta Diod. XIV. 667. seqq. Nep. Thrasyb. II. seqq. — De *Lysandro*, oracula corrumpere conante Diod. XIV. 649. De oratione in Lysandri domo post ejus mortem inventa XIV. 650. cf. Lysandri vita III. — De Cyro Tissaphernis opera ab Artaxerxe superato XIV. 659. seqq. ad Con. III. Prae caeteris conferatur

de Conone regiis navibus praefecto XIV. 673, ad Con. II. De Lysandro ad Haliartum in pugna cum Thebanis occiso XIV. 705, ad Lys. III. — De *Cononis* itinere ad Artaxerxem XIV. 705, Con. III. De pugna navali ad Cnidum XIV. 707, 708, 709, Con. IV. De muris Athenarum ab eo refectis et caet. l. l. De Tiribazo Cononem in vincula conjiciente l. l. 709, Con. c. V.

Sed ad ipsum Ephorum redeundum. Afferendum enim alterum Ephori fragmentum (1), quod apud Plutarchum in vita Lysandri exstat, atque in Nepotis Lysandro, nulla Ephori mentione facta, ita repraesentatur, ut reliquam quoque Lysandri vitam (praesertim C. II. et IV.) ex eodem fonte ductam, jure suspiceris.

Ephorus.	Nepos C. III.
Meyer Marx p. 237 et seqq. — Plut. C. XXV. p. 447. (coll. cap. XX. in fine). Τῶν ἀναμιχθέντων Ἡρακλειδῶν καὶ κατελθόντων εἰς Πελοπόννησον, πολὺ μὲν ἐν Σπάρτῃ καὶ λάμπρον ἤνθησε γένος· οὐ πάντι δ' αὐτῶν τῆς βασιλικῆς μετῆν διαδοχῆς, ἀλλ' ἐβασίλευον ἐκ δυεῖν οἴ-	

καν

(1) Non quidem negandum est, Ephoro aliquando a Nostro praelatum esse Thucydidem, narrantem, Themistoclem Artaxerxe regnante in Asiam transiisse (vid. C. IX.), quod Ephorus aliique sub Xerxis imperio factum esse tradunt. Veruntamen et Thucydidem studiosissime sectatus esse, neque sine judicii acumine Ephoro usus videtur. Nimirum hac in re Thucydides aetate ad Themistoclem propius accedens, eademque civitate oriundus, non locupletior testis quam Ephorus esse non potuit.

κων μόνον Εὐρυπωντίδαι καὶ Ἀγιάδαι προσαγορευόμενοι, (cf. Meyer Marx p. 115) τοῖς δ' ἄλλοις οὐδὲν ἑτέρου πλέον ἔχειν ἐν τῇ πολιτείᾳ διὰ τὴν εὐγένειαν ὑπῆρχεν. Lyſander cum e neutro genere esſet, ſed ſi Lacedaemoniis eligendi regis poteſtas daretur, nemini quam ſibi ipſi regnum oblatum iri existimaret, ad omnes deinceps Lacedaemonios electionis munus ab Heraclidis transferre conſtituit. Ἔφορος μὲν οὖν φησὶν αὐτὸν, ὡς τήν τε Πυθίαν ἐπιχειρήσας διαφθεῖραι, καὶ τὰς Δωδωνίδας αὖθις ἀναπείθων διὰ Φερεκλέους (Φερεκράτους Diod.) ἀπέτυχεν, εἰς Ἄμμωνος ἀναβῆναι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον διδόντα· τοὺς δὲ δυσχεραίνοντας, εἰς Σπάρτην τινὰς ἀποστεῖλαι τοῦ Λυσάνδρου κατηγορήσοντας. ἐπεὶ δ' ἀπελύθη κ. τ. λ.

Ibidem C. XXX. p. 450. Ἔφορός φησιν ἀντιλεγίας τι-

Iniit conſilia, reges Lacedaemoniorum tollere. Sed ſentiebat id ſe ſine ope Deorum facere non posſe, quod Lacedaemonii omnia ad oracula referre conſueverant. Primum Delphos corrumpere est conatus. Quum id non potuisſet, Dodonam adortus est. Hinc quoque repulſus, dixit, ſe vota ſuscepisſe, quae Jovi Ammoni ſolveret, existimans ſe Afros facilius corrupturum. Hac ſpe quum profectus esſet in Africam, multum eum antistites Jovis fefellerunt. Nam non ſolum corrumpi non potuerunt, ſed etiam legatos Lacedaemonem miſerunt, qui Lyſandrum accuſarent, quod ſacerdotes fani corrumpere conatus esſet. Accuſatus hoc crimine judicumque abſolutus ſententiis etc.

Quam vere de eo foret judicatum, oratio indicio fuit,

τινὸς συμμαχικῆς ἐν Σπάρτῃ γενομένης, καὶ τὰ γράμματα διασκέψασθαι δεήσαν, ἃ παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν ὁ Λύσανδρος, ἐλθεῖν ἐπὶ τὴν οἰκίαν τὸν Ἀγησίλαον, εὑρόντα δὲ τὸ βιβλίον, ἐν ᾧ γεγραμμένος ἦν ὁ περὶ τῆς πολιτείας λόγος, ὡς χρὴ τῶν Εὐρυποντίδων καὶ Ἀγιαδῶν τὴν βασιλείαν ἀφελομένους εἰς μέσον θεῖναι, καὶ ποιεῖσθαι τὴν αἵρεσιν ἐκ τῶν ἀρίστων, ὁρμῆσαι μὲν εἰς τοὺς πολίτας τὸν λόγον ἐξενεγκεῖν, καὶ παραδεικνύναι τὸν Λύσανδρον, οἷος ὢν πολίτης διαλάθοι· Λακρατίδαν δ' ἄνδρα φρόνιμον, καὶ τότε προεστῶτα τῶν Ἐφόρων, ἐπιλαβέσθαι τοῦ Ἀγησιλάου, καὶ εἰπεῖν, ὡς δεῖ μὴ ἀνορύττειν τὸν Λύσανδρον, ἀλλὰ καὶ τὸν λόγον αὐτῷ συγκατορύττειν, οὕτω συντεταγμένον πιθανῶς καὶ πανούργως.

fuit, quae post mortem in domo ejus reperta est, in qua suadet Lacedaemoniis, ut regia potestate dissoluta, ex omnibus dux deligatur ad bellum gerendum; sed ita scripta, ut Deorum videretur congruere sententiae, quam ille se habiturum, pecunia fidens non dubitabat. Hanc ei scripsisse Cleon Halicarnasseus dicitur.

„Haec paene iisdem verbis exhibet Diodorus XIV. 13." — cf. Meyer Marx l. l. Nos supra jam, quanta Nepoti cum Diodoro sit similitudo, indicavimus, et hunc sane locum utriusque comparantes, tantam eam putamus,

mus, ut Diodorus atque Nepos integra ipſius Ephori verba, Plutarchus contra rerum ſummam retuliſſe videantur.

Denique tertium Ephori fragmentum Diodorus ſervavit L. XIV. C. 11. quo Alcibiadis mors exhibetur. Vid. Meyer Marx p. 236.

Ephorus.

Diod. XIV. 11. Φαρνάβαζος ὁ Δαρείου τοῦ βασιλέως σατράπης Ἀλκιβιάδην τὸν Ἀθηναῖον συλλαβὼν ἀνεῖλε, χαρίσασθαι βουλόμενος Λακεδαιμονίοις, τοῦ δ' Ἐφόρου δι' ἄλλας αἰτίας ἐπιβουλευθῆναι γεγραφότος, οὐκ ἄχρηστον εἶναι νομίζω παραθεῖναι τὴν παραδοθεῖσαν ὑπὸ τοῦ συγγραφέως ἐπιβουλὴν κατὰ τοῦ Ἀλκιβιάδου. Φησὶ γὰρ κατὰ τὴν ἑπτακαιδεκάτην βίβλον, Κῦρον μὲν καὶ Λακεδαιμονίους λάθρα παρασκευάζεσθαι ἅμα πολεμεῖν πρὸς Ἀρταξέρξην τὸν ἀδελφόν. Ἀλκιβιάδην δὲ διά τινων αἰσθόμενον τὴν Κύρου προαίρεσιν, ἐλθεῖν πρὸς τὸν Φαρνάβαζον, καὶ περὶ τούτων ἐξηγήσασθαι κατὰ μέρος, ἀξιῶσαι δὲ αὐτὸν δοῦναι ἀναβάσεως ὁδὸν πρὸς Ἀρταξέρξην. βούλεσθαι γὰρ ἐμ-

Φα-

Nepos Alcib. C. IX. in fine.

Nam Cyrum fratrem ei (Artaxerxi) bellum clam parare, Lacedaemoniis adjuvantibus, ſciebat. Id ſi ei aperuiſſet, magnam ſe ab eo initurum gratiam videbat.

Cap. X. Haec quum moliretur peteretque a Pharnabazo, ut ad regem mitteretur, eodem tempore Critias ceterique tyranni Athenienſium certos homines ad Lyſandrum in Aſiam miſerunt, qui eum certiorem facerent, niſi Alcibiadem ſuſtuliſſet, nihil earum rerum fore ratum, quas ipſe Athenis conſtituiſſet. Quare ſi ſuas res geſtas manere vellet, illum perſequeretur. His Laco rebus commotus ſtatuit, accuratius ſibi agendum cum Pharnabazo. Huic ergo renuntiat, quae regi cum Lacedaemoniis eſſent, ir-

φανίσαι πρῶτον τὴν ἐπιβουλὴν τῷ βασιλεῖ. τὸν δὲ Φαρνάβαζον ἀκούσαντα τῶν λόγων, σφετερίσασθαι τὴν ἀπαγγελίαν, καὶ πέμψαι πιστοὺς ἄνδρας ὑπὲρ τούτων τῷ βασιλεῖ δηλώσοντας. οὐ διδόντος δὲ τοῦ Φαρναβάζου τοὺς παραπέμψοντας εἰς τὰ βασίλεια, φησὶ τὸν μὲν Ἀλκιβιάδην ὁρμῆσαι πρὸς τὸν σατράπην τῆς Παφλαγονίας, ὅπως δι᾽ ἐκείνου ποιήσαιτο τὴν ἀνάβασιν. Τὸν δὲ Φαρνάβαζον φοβηθέντα μὴ περὶ τούτων ἀκούσῃ τὴν ἀλήθειαν ὁ βασιλεὺς, ἐπαποστεῖλαι τοὺς ἀνελόντας κατὰ τὴν ὁδὸν τὸν Ἀλκιβιάδην· τοὺς δὲ καταλαβόντας ἔν τινι κώμῃ τῆς Φρυγίας κατεσκηνωκότα, νυκτὸς περιθεῖναι ξύλων πλῆθος· ἀναφθέντος οὖν πολλοῦ πυρὸς, τὸν Ἀλκιβιάδην ἐπιχειρῆσαι μὲν ἀμύνεσθαι, κρατηθέντα δὲ ὑπὸ τοῦ πυρὸς καὶ τῶν εἰς αὐτὸν ἀκοντιζόντων, τελευτῆσαι.

irrita futura, nisi Alcibiadem vivum aut mortuum tradidisset. Non tulit hoc Satrapes, et violare clementiam quam regis opes minui, maluit. Itaque misit Sysamithren et Bagaeum ad Alcibiadem interficiendum, quum ille esset in Phrygia, iterque ad regem compararet. Missi clam vicinitati, in qua tum Alcibiades erat, dant negotium, ut eum interficiant. Illi, quum eum ferro aggredi non auderent noctu ligna contulerunt circa casam eam, in qua quiescebat, eamque succenderunt, ut incendio conficerent, quem manu superari posse diffidebant. Ille autem, ut sonitu flammae est excitatus, etsi gladius ei erat subductus, familiaris sui subalare telum eripuit. Namque erat cum eo quidam ex Arcadia hospes, qui numquam discedere voluerat. Hunc sequi se jubet, et id quod in praesentia vestimentorum fuit, arripuit. His in ignem ejectis, flammae vim transiit. Quem ut barbari incendium effugisse eminus viderunt, telis mis-

sis

sis interfecerunt, caputque ejus ad Pharnabazum retulerunt. At mulier, quae cum eo vivere consuerat, muliebri sua veste contectum, aedificii incendio mortuum cremavit, quod ad vivum interimendum erat comparatum. Sic Alcibiades annos circiter quadraginta natus diem obiit supremum.

Meyer Marx l. l. „ Haec, inquit, partim a Nepote et Plutarcho exponuntur, nec mihi dubium est, quin uterque, licet suppresso auctore, Ephoro suam narrationem debeat. „ Cf. Wesseling. ad Diod. p. 646. Quam Meyeri sententiam uti de hoc, ita de reliquis Ephori, quae supersunt, fragmentis, universe valere vidimus. Quocirca, collatis ita cum Nepote Ephori reliquiis, Wesselingii, Creuzeri atque aliorum principum in historia virorum auctoritate freti, plurima in hasce Nepotis vitas ex Ephori Philippicis profecta fuisse, pro certo habemus.

THEOPOMPUS.

Ephorum excipiat *Theopompus* (1), qui, uti ex ea-

(1) De *Theopompo* egregia est disput. Heereni de Trogi Pompeji fontibus et auctoritate. — Cf. etiam Creuzeri praefatio ad Ephori fragmenta saepius laudata. Quod autem magnopere dolemus, comparare nobis frustra conati sumus, *Theopompi Chii fragmenta, edita a Fried. Koch*, Sedini 1803. pp. 57. 4to. Ab hoc enim historicam Theopompi fidem egregie vindicatam esse, patuit nobis ex ejus prolegomenis, quae post hanc de Theopompi vestigiis apud Nepotem conspicuis disputationem confectam, invenimus in opere, Archiv für Philologie und Pädagogik von Gottfried Seebode Erster Jahrgang, Drittes Heft. In quibus quidem prolegomenis plurima fragmenta ex Athenaeo a nobis quoque allata, cum Nepote conferuntur.

eadem Isocratis disciplina profectus, ita quoque eandem atque Ephorus, temporum passus est injuriam. Nam duo opera, quae reliquit, alterum *Hellenica*, *Philippica* alterum inscriptum, non nisi ex fragmentis quibusdam cognoscere licet. Hellenica, XII libris comprehensa, initium ducebant ab anno ante Chr. nat. 410, ubi Thucydides desierat, et 17 annorum spatium complectebantur. — Philippica LVIII libris comprehensa, res Philippi primi aetate gestas, continebant; neque tantum Macedonum, sed caeterorum etiam populorum maxime insignium res, Philippi aevo gestas, complectebantur; tum quoque plurima a Philippi historia aliena, ut *Sicula*, *origines* et *fata* urbium et gentium, quarum facta erat mentio. Tam late igitur patuit hujus Theopompei operis ambitus, ut historiae universae vices explere posset.

Qua rerum ubertate quum Theopompus unus in paucis sese commendaret, quumque haec commendatio et ornato atque expolito scribendi genere, et philosopha morum et ingeniorum descriptione augeretur maxime, fieri non potuit, quin posterioris aevi historici ad ejus scripta tanquam ad fontem uberrimum accederent, ut inde rerum copiam haurirent pari orationis copiae conjunctam. Hoc fecit Trogus Pompejus, uti demonstravit in disput. laud. Heerenus. Hoc item fecisse videtur Nepos, quod quidem duo potissimum fragmenta Theopompi, unum a Scholiasta Aristidis, alterum ab Athenaeo servatum, luculenter ostendunt. De priore illo, quod ad vitam Cimonis c. III. referendum est, videantur, quae fuse disputata sunt cum a Creuzero praefat. ad Ephori fragmenta, pag. 28 seqq. tum a Meyero Marxio, l. l. p. 224.

Alterum fragmentum, ejusdem Cimonis vitam spectans,

tans, mirumque in modum cum Nostro conveniens, ita sese habet.

Athen. Deipnosoph. XII. 533. a. ὅπερ ὕστερον ἐποίησε καὶ Κίμων, μιμησάμενος ἐκεῖνον (Pisistratum) περὶ οὗ καὶ αὐτοῦ ἱστορῶν ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν ὁ Θεόπομπος φησί· Κίμων ὁ Ἀθηναῖος ἐν τοῖς ἀγροῖς καὶ τοῖς κήποις οὐδένα τοῦ καρποῦ καθίστα φύλακα, ὅπως οἱ βουλόμενοι τῶν πολιτῶν εἰσιόντες ὀπωρίζωνται, καὶ λαμβάνωσιν εἴ τινος δέοιντο τῶν ἐν τοῖς χωρίοις· ἔπειτα τὴν οἰκίαν παρεῖχε κοινὴν ἅπασι, καὶ δεῖπνον ἀεὶ εὐτελὲς παρασκευάζεσθαι πολλοῖς ἀνθρώποις, καὶ τοὺς ἀπόρους προσιόντας τῶν Ἀθηναίων εἰσιόντας δειπνεῖν· ἐθεράπευε δὲ καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν αὐτοῦ τι δεομένους· καὶ λέγουσιν, ὡς περιήγετο μὲν ἀεὶ νεανίσκους δύο ἢ τρεῖς ἔχοντας κέρματα· τούτοις δὲ διδόναι προσέταττεν, ὁπότε τις προσέλθοι αὐτοῦ δεόμενος· καὶ φασὶ μὲν αὐτὸν καὶ εἰς ταφὴν εἰσφέρειν. ποιεῖν δὲ καὶ τοῦτο πολ-

Nepos C. IV. Hunc Athenienses non solum in bello, sed in pace diu desideraverunt. Fuit enim tanta liberalitate, quum compluribus locis praedia hortosque haberet, ut nunquam in eis custodem imposuerit fructus servandi gratia, ne quis impediretur, quo minus ejus rebus, quibus quisque vellet, frueretur. Semper eum pedissequi cum nummis sunt secuti, ut si quis opis ejus indigeret, haberet, quod statim daret, ne differendo videretur negare. Saepe, quum aliquem offensum fortuna, videret minus bene vestitum, suum amiculum dedit. Quotidie sic coena ei coquebatur, ut, quos invocatos vidisset in foro, omnes devocaret; quod facere nullum diem praetermittebat. Nulli fides ejus, nulli opera, nulli res familiaris defuit; multos locupletavit; complures pauperes mortuos, qui, unde efferrentur, non reliquissent,

πολλάκις, ὁπότε τῶν πολιτῶν τινὰ ἴδοι κακῶς ἠμφιεσμένον, κελεύει αὐτὸν μεταμφιέννυσθαι τῶν νεανίσκων τινὰ τῶν συνακολουθούντων αὐτῷ· ἐκ δὴ τούτων ἁπάντων ηὐδοκίμει, καὶ πρῶτος ἦν τῶν πολιτῶν.

sent, suo sumtu extulit. Sic se gerendo, minime est mirandum, si et vita ejus fuit secura, et mors acerba.

Quae quo accuratius inter se quis confert, eo magis Theopompum a Nostro unice expressum fuisse, fateatur oportet. Quare dolendum maximopere Theopompi periisse scripta; quae si exstarent, nullum fore dubium censemus, quin quam Thucydidi, eandem quoque huic Isocratico a Nepote habitam fidem constaret. Negari quidem non potest, in Alcibiade c. IX. Theopompum et Timaeum vocari *maledicentissimos*; sed hoc Nostri effatum haud secus explicandum atque Athenaei illud *δυσμενέστατος* l. VI. 254. *b.* quo cognomine idem Theopompus ab eodem Athenaeo notatur, qui alio loco l. III. 85. *a. eum veritatis amantem fuisse, ejusque pervestigandae studio magnam pecuniae vim insumsisse*, ait. Pariter Nepos, quem vocat maledicentissimum, hujus auctoritati quantum tribuerit, et fragmenta allata, et infra afferenda, et vero ea ipsa demonstrant, quae eodem Cap. XI. proferuntur. „Hunc, inquit, infamatum a plerisque, tres „*gravissimi* historici summis laudibus extulerunt: „Thucydides, qui ejusdem aetatis fuit; Theopompus, „qui fuit post aliquanto natus, et Timaeus, qui quidem duo maledicentissimi, nescio quomodo in illo „uno laudando conscierunt. Nam ea, quae supra „diximus, de eo praedicarunt, atque hoc amplius." &c.

Ita-

Itaque et gravissimum historicum habet Theopompum, et ejus vestigiis se insistere fatetur. Ad maledicentiam autem illam excusandam Casaubonus in loco Athenaei laud. „ Quia, inquit, ingenue vitia hominum Theopompus carpserat, multorum odia veritas illi paraverat; itaque βάσκανον et aliorum virtutibus invidentem multi pronunciarunt, quos refellit Dionysius Halic. (in epistola ad Pompejum cap. 6, T. VI. ed. Reisk. p. 782. sq. ubi plura in illius scriptoris laudem), Lucianus de conscribenda historia (cap. 59.) τὴν αὐτὴν τῷ Θεοπόμπῳ κατηγορίαν ἕξεις, φιλαπεχθημόνως κατηγοροῦντι τῶν πλείστων. Hinc *Theopompinum scribendi genus* nominat Cicero, cum de omnibus omnia libere palam dicuntur, ad Atticum lib. II. ep. 6." Cf. quae in Theopompi laudes afferuntur ab Heereno et Creuzero l. l. tum etiam a Stavereno ad Nepotis Alcibiad. c. XI. Quae omnia si comprehendas, sic de Theopompo statuas oportet, Nepotem ad laudandum subinde quam alios proniorem (1) offensum quidem fuisse Theopompeo carpendi summos viros studio (2); in Cimone tamen et Alcibiade procul dubio, atque ve-

(1) Hoc in Miltiade supra monitum est, ubi, quae in vituperium ab Herodoto, ab illo in laudem vertuntur.

(2) Ad maledicentiae criminationem, Theopompo conflatam, refellendam, haud negligendum ab Athenaeo servatum hujus auctoris fragmentum l. XII. 543. *b*. Παυσανίαν δὲ καὶ Λύσανδρον ἐπὶ τρυφῇ διαβοήτους γενέσθαι, σχεδὸν πάντες ἱστοροῦσι. Διόπερ καὶ Ἄγις ἐπὶ Λυσάνδρου ἔφη, ὅτι δεύτερον ταύταν ἡ Σπάρτη φέρει Παυσανίαν. Θεόπομπος δὲ, ἐν τῇ δεκάτῃ τῶν Ἑλληνικῶν, τἀναντία φησὶ περὶ τοῦ Λυσάνδρου ὅτι „ φιλόπονος ἦν, καὶ θεραπεύειν δυνάμενος καὶ ἰδιώτας καὶ βασιλεῖς, σωφρονῶν καὶ τῶν ἡδονῶν ἁπασῶν κρείττων. Γενόμενος γοῦν τῆς Ἑλλάδος σχεδὸν ἁπάσης κύριος, ἐν οὐδεμίᾳ φανήσεται τῶν πόλεων οὔτε πρὸς τὰς ἀφροδισίους ἡδονὰς ὁρμήσας, οὔτε μέθαις καὶ πότοις ἀκαίροις χρησάμενος." Hinc pa-

verosimiliter etiam in Miltiade ceterisque hujus aetatis viris, Theopompi Hellenicis et Philippicis usum fuisse. Quod etiam magis ad veri speciem adduci possis, si Justinum, Trogi Pompeii epitomatorem, cum Nostro contuleris. Quae enim a Trogo ex Theopompo, ea a Justino ex Trogo contracta sunt. Quod autem Heerenus disputat. II. §. 7 et 8. docuit, brevius a Justino pleraque de bellis Persicis tradita sunt, quam ut inde certo effici possit sitne Theopompum Trogus an alium imitatus; quin etiam in illis adumbrandis Herodotum maxime secutus videtur. Sed in bello Syracusano, in Alcibiadis et Lysandri rebus Theopompum haud dubie ducem habuit. Cf. Just. l. V. 1—8. Tum de rebus Thrasybuli imprimis etiam cum Nostro cf. Just. l. V. 9. et 10. in quibus uterque Ephori et Theopompi reliquias continent. Cf. Heeren. l. l. §. 10. — Praeterea ex Theopompo et Ephoro verosimiliter derivata sunt, quae tradiderunt de Conone Nepos c. II. seqq. et Just. l. VI. 1. imprimis de Agesilai consiliis a Conone impeditis, de Conone regem adorare verito Just. l. VI. 2. de Pisandro, a Conone victo et dignitate Atheniensibus restituta 3. de Lysandro a Thebanis occiso 4. de Conone, moenia Athenarum reficiente 5.

XENOPHON.

Reprehendat forte quispiam nostram disputandi rationem in eo, quod Xenophonte neglecto ad Ephorum et Theopompum accessimus, quum temporum ratio-

pater Theopompum, quidquid alii objicerent Lysandro, ejus temperantiam summis extulisse laudibus. Quo loco usus est verosimiliter Plutarchus in vita. C 2.

tione habita, ille his praeponendus fuisset. Quod ut excusemus, hoc unum dicimus, hujus utriusque scripta ad omnes Nepotis in hanc aetatem incidentes vitas jure posse referri, Xenophontem tantummodo de posterioribus esse conferendum. Sed ad ipsum accedamus auctorem, qui in Graecis scriptoribus tanta orationis est facilitate, suavitate et perspicuitate, ut vel hanc ob causam cum Nostro comparari mereatur. Misso autem orationis illo scribendique genere naturali, utroque unice proprio, res gestas, quas memoriae prodiderunt, conferamus. Qua in re summi Wyttenbachii ex praefatione ad selecta Histor. p. 13, sententiam attulisse juvabit, qui: „Tertio loco, inquit, sunt *Hellenica*, (1) i. e. Rerum Graecarum libri inde ab exitu historiae Thucydideae ad pugnam Mantineensem: opus item egregium, ut Xenophonteum et unicum de hoc argumento ex eadem aetate: sed scriptionis praestantia et ratione, nostro quidem sensu, impar duobus prioribus (Cyropaediam memoraverat et Anabasin). Quibus lectis qui ad hoc tertium accedat, quis non singulare quid ac plane divinum exspectet, ut in majore campo et totius Graeciae luce, tempore aequali et praesente, eodemque magnis et rebus et viris feracissimo? Quis non locos illustres jam e puerili institutione, Nepotis aliorumve lectione cognitos, in hoc opere, veluti sede ac fonte, quaerat? Horum plerique leviter et sparsim tanguntur, veluti res Alcibiadis, Cononis, Iphicratis, Timothei, Epaminondae, Pelopidae, Leuctrica pugna, aliae."

Ex hisce ergo *Hellenicis* L. II. c. 1. §. 17. primum Noster profecisse videtur in Lysandro c. I. ubi: „Athenienses, ait, in Peloponnesios sexto et vicesimo anno bel-

(1) Hoc enim opus maxime nobis ad Nepotem adhibendum est.

bellum gerentes confeciſſe, apparet. Id, qua ratione conſecutus ſit, latet. Non enim virtute ſui exercitus, ſed immodestia factum est adverſariorum, qui quod dicto audientes imperatoribus ſuis non erant, dispalati in agris, relictis navibus, in hostium venerunt potestatem. Quo facto Athenienſes ſe Lacedaemoniis dediderunt."

Xenophon autem l. l. Λύσανδρος δ' ἐπεὶ ἡμέρα ἦν πέμπτη, ἐπιπλέουσι τοῖς Ἀθηναίοις, εἶπε τοῖς παρ' αὐτοῦ ἑπομένοις, ἐπὰν κατίδωσιν αὐτοὺς ἐκβεβηκότας καὶ ἐσκεδασμένους κατὰ Χεῤῥόνησον (ὅπερ ἐποίουν πολὺ μᾶλλον καθ' ἑκάστην ἡμέραν, τά τε σιτία πόῤῥωθεν ὠνούμενοι καὶ καταφρονοῦντες δὴ τοῦ Λυσάνδρου, ὅτι οὐκ ἀντανῆγεν), ἀποπλέοντας τοὔμπαλιν παρ' αὐτὸν, ἆραι ἀσπίδα κατὰ μέσον τὸν πλοῦν· οἱ δὲ ταῦτα ἐποίησαν ὡς ἐκέλευσε. Λύσανδρος δ' εὐθὺς ἐσήμανε τὴν ταχίστην πλεῖν· ξυμπαρῄει δὲ καὶ Θώραξ, τὸ πεζὸν ἔχων.

§. 18. Κόνων δὲ ἰδὼν τὸν ἐπίπλουν ἐσήμανεν ἐς τὰς ναῦς βοηθεῖν κατὰ κράτος. διεσκεδασμένων δὲ τῶν ἀνθρώπων, αἱ μὲν τῶν νεῶν δίκροτοι ἦσαν, αἱ δὲ μονόκροτοι, αἱ δὲ παντελῶς κεναί· ἡ δὲ Κόνωνος, καὶ ἄλλαι περὶ αὐτὸν ἑπτὰ πλήρεις ἀνήχθησαν, καὶ ἡ Πάραλος. τὰς δ' ἄλλας πάσας Λύσανδρος ἔλαβε πρὸς τῇ γῇ. τοὺς δὲ πλείστους ἄνδρας ἐν τῇ γῇ ξυνέλεξαν. οἱ δὲ καὶ ἔφυγον ἐς τὰ τειχύδρια. cf. ad h. l. vita Cononis c. I. „ Fuit etiam extremo Peloponneſio bello praetor, quum apud Aegos flumen copiae Athenienſium a Lyſandro ſunt devictae, ſed tum abfuit eoque pejus res adminiſtrata est. Nam et prudens rei militaris et diligens erat imperii. Itaque nemini erat his temporibus dubium, ſi adfuisſet, illam Athenienſes calamitatem accepturos non fuisſe." Quae quomodo cum Xenophonte aliisque non pugnent, explicuit Boſius, ad h. l.

De Decemvirali potestate v. c. Sami conſtituta vid. Hellen. II. c. 3. §. 6.

In *Alcibiadis* rebus Xenophon Hellen. l. I. c. 4. §. 4—7. ad Nepotis c. V. et VI. conferendus, quamvis ille, Alcibiadem in civitatem restitutum et reducem Athenas, metuisse tradit, ne ab hostibus suis male haberetur, neque antea navi egressum, quam Euryptolemum aliosque sibi amicos conspexisset; de quo metu ne verbum quidem apud Nostrum; in quo Xenophonti assentitur Duris Samius ap. Plutarch. in vita. p. 209. Nepoti tamen Diodorus XIII. 69, ita convenit, ut jure quis opinetur Ephoro, a Diodoro in illis expresso (Heynius de font. Diod. disp. laud. p. 108.) etiam in ipsa descriptione sua Nostrum fuisse usum. Tanta enim orationis est in Xenophontea narratione facilitas, adeoque ab omni ornatu illa remota, ut, licet de ipsis rebus a Nepote non fuerit neglectus; ex Theopompo tamen et Ephoro hic traxisse videatur paulo elatius, quod hoc loco prodit, magisque ornatum dicendi genus. Sed non uno tantum hoc loco a Xenophonte Nepos diversus est. Nam Hellenicis I. c. 5. §. 6—10. cum Nepote et Diodoro XIII. 73. collatis, haud leve discrimen inter singulorum narrata adesse apparet. Nepos Cymen ab Alcibiade non captam, Diodorus tum Cymen, civitatem sociam ab eo vexatam, tum alia peccata in causa fuisse dicit, ob quam imperium in alios transferretur; Xenophon contra pugnam memorat ab Antiocho, absente Alcibiade, cum Lysandro ad Samum ita commissam, ut multae Atheniensium naves caperentur. Atque in his quidem alium quendam a Nostro adhibitum fuisse auctorem, verosimile est; qui tamen, quisnam fuerit, nobis nondum patet.

Uti autem hac in re a Xenophonte noster discessit; ita eum expressisse videtur in Thrasybulo I. II. et III. cf. Xenoph. Hell. l. II. c. 3. §. 8—30. Quae loca quamvis longiora, quae hic opponantur, collata tamen

men, Nepotis Xenophontem imitandi studium cum maxime ostendunt.

Tandem etiam ad Cononis c. III. cf. Hell. l. III. c. 1. §. 2. initio, ad c. IV. cf. l. IV. c. 3. §. 6. et ad c. V. cf. l. IV. c. 8. §. 16.

At vero de Xenophonte haec sufficiant, quippe quem Nostro ducem fuisse, cum ex locis allatis satis pateat, tum in altera Disquisitione aliis exemplis docebitur. Transeundum jam ad alios, eosque Siculos auctores, quorum principes

Philistus et Timaeus.

Uti Graecorum res arctius hac aetate cum rebus Siculis conjungi coeperunt, ita fieri non potuit, quin et Thucydides aliique auctores Graeci *Sicula* suis intexerent historiis, et rerum Sicularum scriptores vicissim plura de Alcibiade aliisque illustribus viris mandarent memoriae. In quibus scriptoribus potissimum censendi sunt Philistus et Timaeus. De cujus utriusque vita atque scriptis doctissima exstat Francisci Gölleri Gymn. Colon. Agr. Prof. disputatio, Lipsiae editâ anno 1818.

Ex hujus igitur sententia (p. 131.) *Philistus* in sexto libro Siculorum Thucydidis vestigia legit, historiam belli Attici exponens. Unde Nepos fortasse profecit, proficere saltem potuit; quandoquidem ejus in Dione c. III. non tantum mentionem facit, sed de eo etiam plura exposita esse monet in eo libro suo, qui de historicis conscriptus erat.

De *Timaeo* Nepos in Alcibiade c. XI. idem, quod de Theopompo, judicium profert, maledicentissimum eum appellans. De quo crimine et etiam ab aliis objecto

vid.

vid. Göller. disp. I. p. 187, seqq. Sed vel sic tamen Nepos hunc quoque *gravissimum* historicum dicit, eumque secutus esse videtur in Alcibiadis rebus exponendis, quod ex ipsius verbis c. XI. satis effici potest. Caeterum operam perdituri nobis videmur, si de utroque scriptore post Gölleri laborem, plura disputare velimus. Quare de horum auctoritate et fide hic consulatur.

SATYRUS.

Praeter memoratos auctores haud negligendus est Satyrus, qui illustrium virorum vitas scripsit. Hic peripateticus philosophus fuit, cujus vita Philippi ab Athenaeo VI. 248. d. XIII. 557. c — e; tum etiam aliae vitae citantur. Locus vero huc prae caeteris referendus, est e libro XII. 534. *b.* ubi: *Περὶ δὲ τοῦ καλοῦ Ἀλκιβιάδου*, inquit, *Σάτυρος ἱστορῶν*, *Λέγεται, φησὶν, ὅτι ἐν Ἰωνίᾳ μὲν ὢν, Ἰώνων ἐφαίνετο τρυφερώτερος· ἐν Θήβαις δὲ σωμασκῶν καὶ γυμναζόμενος, τῶν Θηβαίων αὐτῶν μᾶλλον Βοιώτιος· ἐν Θετταλίᾳ δὲ ἱπποτροφῶν καὶ ἡνιοχῶν, τῶν Ἀλευαδῶν ἱππικώτερος· ἐν Σπάρτῃ δὲ καρτερίαν καὶ ἀσφάλειαν*, (Schweighäus. *εὐτέλειαν*) *ἐπιτηδεύων ἐνίκα τοὺς Λάκωνας· ὑπερῆρε δὲ καὶ τὴν τῶν Θρᾳκῶν ἀκρατοποσίαν. κ. τ. λ.* Haec cum Alcibiadis c. XI. collata adeo conveniunt, ut fortasse argumento esse possint, Satyri vitas Nepoti usui fuisse. Sed fieri etiam potuit, quod adeo vero simillimum est, miram illam Alcibiadis indolem a Theopompo et Timaeo eadem ratione fuisse expressam, et ex hoc tanquam principe fonte tum Nepotem, tum Satyrum sua hausisse. Satyrus quippe toto seculo post Aristotelem vixisse videtur; cf. Voss. de histor. Graec. in operibus, Tom. 4. p. 188.

Ipſe etiam Nepos haud obſcure capite illo XI. fontes ſuos indicat.

C t e s i a s.

Memoravimus ſupra *Rerum Sicularum* auctores, quippe qui principum in Graecia virorum vitam ſubinde adumbraverunt; eandem ob cauſam cum Nepote conferendi ſunt, qui *Perſica* conſcripſerunt, *Cteſias* et *Dinon*. Cteſiae fragmenta collegit et commentatus est clar. Baehrius, cujus graviſſimum idemque doctiſſimum opus ad Nepotis vitas a nobis adhibitum est. Ex his autem Cnidii reliquiis, ut fateamur, quod nobis evenit, non multum efficere licuit de Cteſiae apud Nostrum auctoritate.

In vita Miltiadis c. III. Nepos Cteſiae aſſentitur, dicenti (p. 144 et 145.) Bosporum et Istrum a Dario ponte fuiſſe junctum. In Themistocle c. II. Xerxis claſſis fuiſſe dicitur mille et ducentarum navium longarum; terrestres autem exercitus ſeptingentorum millium peditum, equitum quadringentorum millium. Cteſias p. 158, ſeqq. *Ξέρξης δὲ συναγείρας στρατιὰν Περσικὴν ἄνευ τῶν ἁρμάτων ὀγδοήκοντα μυριάδας καὶ τριήρεις χιλίας ἤλαυνεν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, ζευγνὺς τὴν Ἄβυδον. κ. τ. λ.*

De Athenis a Xerxe captis et deletis dignus est, qui ad Them. IV. conferatur Cteſias rel. p. 70. et Baehrius ad h. l p. 163, ſeqq. *καὶ Ξέρξης τὴν πόλιν κενὴν αἱρεῖ, καὶ ἐμπίμπρησι, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως. ἐν αὐτῇ γὰρ ἔτι τινὲς ὑπολειφθέντες ἐμάχοντο· τέλος κἀκείνων νυκτὶ φυγόντων, κἀκείνην συνέφλεξαν.* Conveniunt haec Nepotianis, atque etiam Herodoto VIII. 51—54. Nam minime negat Cteſias, *arcem* quoque fuiſſe deletam, uti Boſius et Staverenus ad h. l. p. 85. affirmant. In hoc tantum a Nepote diverſus est, quod homines in arce re-

relictos, fugisse noctu, non interfectos esse tradit. Denique ad Nepotis Cononem c. IV. cf. Persica c. 64. p. 80. Sed plura de Ctesia disputare non licet, quandoquidem, quantam ipsi tribuerit auctoritatem Nepos, non satis constat, neque ex fragmentis effici potest, eumne secutus fuerit necne.

Dinon.

De *Dinonis* Persicis aliter res sese habet. Nam de hoc auctore ita Noster in Conone c. V. „ Nonnulli eum ad regem abductum ibique perisse, scriptum reliquerunt. Contra ea Dinon historicus, cui nos plurimum de Persicis rebus credimus, effugisse scripsit; illud addubitari, utrum Tiribazo sciente an imprudente sit factum." Unde quantam Dinoni tribuerit fidem atque auctoritatem, satis superque apparet. Atque ita haud temere statuatur, etiam in vitis, quae praecesserunt, Dinonem a Nostro fuisse expressum. Quod certe fieri potuit, si vera est, quae verosimillima nobis videtur Schweighäuseri ad Athen. l. XII p. 609. *a.* sententia: „ videtur Dinon duo opera de rebus Persarum edidisse, sive, ut aliis verbis dicam, historias suas rerum Persicarum in duas partes distribuisse, utramque pluribus libris comprehensam, quarum partium altera vetustior Persarum historia, altera recentior exponebatur." Dinonis fragmenta, quamvis de rebus agunt, quod dolendum, a Nepotis vitis alienis, apud unum Athenaeum supersunt plurima, l. II. 67. *a. b*, IV. 146. c, XI. 503. f, XIII. 556. *b*, 560. *e*, 609. *a*, XIV. 633. *d.* (1). Praeterea de Dinonis scriptis at-

(1) Dinon a Plutarcho Themist. C. XXVII. in iis citatur, qui tradiderant, Xerxe regnante Themistoclem in Asiam transiisse. Veruntamen non mirum, illa in re Nepotem discessisse a

atque auctoritate vid. Voss. de historicis Graecis Oper. IV. p. 204. *a.* et *b.*

Atque ita quidem eos indicavimus Nepotis fontes, quos aut ipse nominatim citavit, aut e scriptis secum invicem collatis tanquam fontes afferre licuit; aut denique eos, quorum scripta quidem perierunt, fragmenta tamen, quae supersunt ab aliis servata, vestigiis, quibus institerit Nepos, apertis plena sunt et referta. Jam vero ad ejusmodi transeundum auctores, quorum Nepoti ad manum fuisse scripta, conjectura effici licet. Horum in numero primum habendi sunt, quos significavit in vita Themistoclis c. IX. „Scio plerosque ita scripsisse, Themistoclem, Xerxe regnante, in Asiam transiisse. Sed ego potissimum Thucydidi credo: etc." Quos quidem auctores partim in Themist. c. XXVII additis nominibus, ita citat Plutarchus: *Θουκυδίδης μὲν οὖν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι, τεθνηκότος Ξέρξου, πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν. Ἔφορος δὲ καὶ Δείνων καὶ Κλείταρχος καὶ Ἡρακλείδης, ἔτι δ' ἄλλοι πλείονες πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι τὸν Ξέρξην.* Horum Dinonem mox, Ephorum supra jam attulimus; caeteri paucis memorandi.

Charon Lampsacenus.

Charonem Plutarchus Thucydidi jungit; Nepos solum Thucydidem suae sententiae auctorem citat. Neque tamen a veri similitudine abesse videtur, Charonis *Persica* (quae ab Athenaeo de Mardonio et Persarum exercitu, qui circa montem Atho periit, citantur l. IX. 394. *e.*) a Nostro etiam lecta fuisse; nam quod eum nominare h. l. neglexerit, inde forte explicandum, quod a Dinone, quum in ea Thucydidis auctoritatem etiam Ephoro aliisque praetulerit. Vid. supra in iis, quae de Thucydide disputata sunt.

quod Thucydidis auctoritatem Nepos summi duxerit, atque ita solo hujus testimonio fuerit contentus; tum etiam Charon ipse Thucydidi ejusmodi sententiae auctor esse potuit.

De hoc vid. Voss. in histor. Graec. p. 57. *b*, et imprimis Creuzerus in Hecataei Fragm. historicis, item Charonis et Xanthi, Heidelb. 1806.

Clitarchus.

Cum Dinone Plutarchus ejus filium jungit *Clitarchum*. „ De quo Alexandri comite ac historiographo obscurior quaestio est (sunt verba Heereni in disput. de fontibus et auctor. vitar. Parallel. Plutarchi in oper. Götting. societ. novis Tom. I. p. 25. disput.). Quomodo enim in Alexandri historia narrationi de Themistocle locus esse potuerit, jure dubites. Scripserat tamen Clitarchus et alia; (γλώσσας ejus saepius laudat Athenaeus) nisi forte in ipsa Alexandri historia prima quoque Persici regni fata episodio interjecto enarraverit, adeoque de Themistoclis fuga ibi locutus sit."

Heraclides Ponticus.

Denique *Heraclides Ponticus* memoratur, de cujus auctoritate et scriptis l. l. egit Heerenus p. 18 et 24. „ Fuit, inquit, Speusippi et Aristotelis auditor, et conscripsisse videtur *virorum Illustrium vitas*." cf. de variis Heraclidis Casaubonus ad Athen. IV. 145. *a*.

De sepulcro Themistoclis prope oppidum Nepos c. X. mentionem facit, idque ad suam memoriam mansisse dicit. Quod quum principes Romani, qui literarum causa Athenas fere proficiscebantur, procul dubio visere solerent; nisi ipse Nepos, certe Atticus, litterarum ille et antiquitatis studiosissimus, cui Noster vitas suas inscripsit, illud contemplatum ivisse videtur. Idcirco non opus est, ut de hoc sepulcro ex scriptis alio-

aliorum Nepotem hausisse statuamus, quod de Plutarcho, idem memorante, fecit Heerenus, l. l. p. 23.

Jam vero in laudandis illis scriptoribus pergere possimus, quos a Plutarcho in vitis citatos, Heerenus recensuit, uti *Stesimbrotum*, *περὶ Θεμιστοκλέους*, etc. *Clidemum*, de rebus Atticis, *Phanodemi* Ἀττικὴν Ἀρχαιολογίαν, *Neanthis Cyziceni* Ἑλληνικὰ, *Aristonis Stoici διατριβὰς ἐρωτικὰς*, *Phylarchi* historias, *Callisthenis* Hellenica. At vero ne semel quidem quemquam ex his auctoribus nomine citavit Nepos; neque etiam ex fragmentis, quae ex illorum scriptis apud Athenaeum plurima exstant, certi quid de ipsorum apud Nepotem auctoritate effici potest.

ORATORES.

Quamobrem missis historicorum fragmentis, etiam de alio scriptorum genere videndum est. Oratorum nimirum monumenta a Nepote non neglecta fuisse, uti ex ipsa rerum ratione potissimum efficitur; ita quoque ex nonnullis Nepotis locis cum illorum scriptis comparatis, non satis quidem, at quodammodo tamen apparet. Sic, ut exemplum afferam, in vita Miltiadis c. VI. de victoriae Marathoniae praemio Miltiadi tributo, totum illum locum ex Aeschinis oratione adversus Ctesiphontem a nostro translatum esse, statuit Lambinus.

Aeschines Ed. Reisk. 80. 26. Προσέλθετε οὖν τῇ *διανοίᾳ καὶ ἐς τὴν στοὰν τὴν ποικίλην· ἁπάντων γὰρ ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται· τί οὖν ἐστιν ὦ Ἀθηναῖοι ὃ ἐγὼ λέγω· ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται· τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγὸς; οὑτωσὶ μὲν ἐρωτηθέντες ἅπαντες ἀποκρίναισθε ἂν, ὅτι Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται πῶς; οὐκ ᾔτησε τὴν δωρεὰν ταύτην; ᾔτησεν, ἀλλ' ὁ δῆμος οὐκ ἔδωκεν, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος*

τες συνεχώρησεν αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας.

Nepos autem ita: „ Namque huic Miltiadi, qui Athenas totamque Graeciam liberavit, talis honos tributus est, in porticu, quae Poecile vocatur, quum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero prima ejus imago poneretur, isque hortaretur milites, praeliumque committeret." Qui quidem Nepotis locus quamvis etiam inde derivari posſit, quod porticus Poecile Nostri aetate adhuc exſtiterit; ita tamen tota Aeſchinis de praemiorum pristina paucitate oratio cum Nepotiana convenit, ut Lambini ſententiam nostram facere nulli dubitemus. Sic enim Aeſch. προλέγω ὑμῖν, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ μὴ καταλύσετε τὰς ἀφθόνους ταύτας δωρεὰς καὶ τοὺς εἰκῇ διδομένους στεφάνους, οὔθ' οἱ τιμώμενοι ὑμῖν εἴσονται χάριν, οὔτε τὰ τῆς πόλεως πράγματα ἐπανορθωθήσεται, ſeqq. Quae omnia, quamvis fuſius expoſita, eodem tamen redeunt atque ea, quae de praemiis tribuendis Noster affert.

Tum vero in Alcibiadis rebus inſignis est locus de Alcibiade *a plerisque infamato* c. XI. qui hic afferatur oportet. Quamvis enim in historicis fortasſe plurimi fuerint, qui Alcibiadis laudibus detrectare odiumque hominum in eum excitare ſtuderent, potuit tamen Nepos hoc loco oratorum etiam cogitare ſcripta, quae de Alcibiade ſua aetate exſtabant. In his primum locum tenebat *Andocidis adverſus Alcibiadem oratio*, de qua egregie disputavit Ruhnk. historia critica oratorum Graec. p. 52. ſeqq. (1). Tum etiam *Antiphontis oratio*, quae responſionem continebat ad convicia et maledicta ante ab Alcibiade in Antiphontem conjecta. Vid. Schweighäuſ. ad Athen. XII. p. 525. *b.* ubi de hac oratione ejusque conſilio agitur.

Mi-

(1) Non video, quare Staverenus post Ruhnkenii operam, Lyſiae hanc orationem tribuerit. Vid. ad c. XI. Alcib.

Minime autem omnium negligendum *Philosophi Platonis* Symposion, tum quia unicum ex philosophis scriptis est, quod afferri posse nobis visum est, tum etiam, quod a Nepote ipso expressis verbis memoratur Alcib. II. In palmario hoc Platonis opere, festiva quaedam eademque verissima habetur Alcibiadis ingenii descriptio, unde haud parum Noster profecisse videtur. Quam quidem accuratius exponerem, nisi satius esse existimarem ad alteram transire aetatem, quam complectatur

DIS-

DISQUISITIO II.

AGESILAUS, IPHICRATES, CHABRIAS, TIMOTHEUS, EPAMINONDAS, PELOPIDAS, DION, TIMOLEON, DATAMES, EUMENES, PHOCION.

Prima disquisitione de illis egimus viris, quorum vita in Persica fere bella et Peloponnesiacum incidebat, et universe de Graecis egimus, Pausaniam et Lysandrum Spartanos Atheniensibus adjungentes; nunc de iis agendum, qui post illa tempora maxime floruerunt, neque tantum de Atheniensibus et Spartanis, sed de Thebanis, Syracusanis et alius originis viris.

Hanc autem disputationem ita instituemus, ut de nonnullis separatim agamus. Quocirca primus sit

AGESILAUS.

XENOPHON.

In iis, qui de Agesilao egerunt, primum locum sine dubio tenet *Xenophon*, tum in libro de *Agesilao* conscripto, a quo memorando ipse Nepos initium hujus vitae duxit (1), tum in *Hellenicis*, unde plurima quo-

que

(1) Xenophontis Agesilaum quicumque cum hac Nepotis vita conferat, videat necesse est, saepissime illum librum a Nostro

que derivata fuerunt. Sic, ut exemplis rem exponam eadem ratione Agesilai cum Leotychide de regno contentionem enarrarunt Nepos c. I. et Xenophon Hellen. l. III. c. 3. §. 1, 2, 3. uterque Lysandri auctoritatem Agesilao utilissimam praedicantes. De classe ab Artaxerxe comparata, ad bellum Graecis inferendum Nep. II. Xenophon III. c. 4. §. 1. De consilio belli regi faciendi Nepos l. l. Xenoph. l. l. §. 2. seqq. De induciis ab Agesilao et Artapherne factis jurejurando interposito Nepos l. l. Xenoph. l. l. §. 5 et 6. De servata ab Agesilao religione, quam violarat Tissaphernes, et de Deorum hominumque benevolentia, quam ideo sibi conciliatam dicebat Agesilaus Nepos l. l. Xenoph. §. 6. et imprimis §. 11. De Agesilai dolo ad Phrygiam depopulandam Nepos c. III. Xenoph. l. l. §. 12.

Atque ita quidem deinceps singulae res ab Agesilao gestae, ex singulis Xenophontis locis derivari possunt; quam tamen operam neque necessariam, et taedii plenam existimamus. Quocirca attulisse sufficiat ad c. III. Xenoph. l. l. §. 15—19. 21—24., ad cap. IV. Xenoph. l. l. c. 5. §. 1. seqq. l. IV. c. 1. §. 1. imprimis c. 2. §. 1. seqq. c. 3. impr. §. 9.

Ephorus.

Praeter Xenophontem Nepoti ad manum quoque fuisse Ephori historias, nemo quisquam negaverit, qui Diodorum l. XIV. p. 710. cum Nepote c. V. contulerit. Nam et de nomine *belli Corinthii* uterque mentionem faciunt, et in aliis quoque consentiunt.

tro adhibitum esse, quare opus esse non censemus, ut singula afferamus. Satis etiam quanti illum libellum fecerit, Nepos indicat, quum, *eximie*, dicat, *Agesilaum a Xenophonte Socratico collaudatum esse*.

tiunt (1). In his autem Diodoro praeivisse Ephorum, ostenderunt Meyer Marx l. l. p. 244, et Wesseling. ad Diod. l. l. p. 707, ex fragmento a Demosthenis Scholiasta servato.

Theopompus.

Ephoro accedat oportet Theopompus, a quo maximas Agesilao tributas fuisse laudes, ex Plutarchi Agesilao p. 601 abunde putet. Neque vero ex Justino, qui brevius haec omnia contraxit, narrationis Theopompeae ratio effici potest. Sed, quod de donis ab Aegyptiis Agesilao missis, ex Theopompo ap. Athen. exstat fragmentum IX. p. 384. a. indicio esse potest, Theopompum, a Plutarcho saepius in Agesilai vita citatum, etiam a Nostro consuli potuisse, et verosimiliter consultum esse, quippe qui in aliis vitis ad verbum fuerit a Nepote expressus.

Iphicrates, Chabrias, Timotheus.

Xenophon.

Quemadmodum Xenophon, Lacedaemoniorum studio et amore ductus, illustres Spartanos celebravit, sic in Agesilao illius scripta prae caeteris tam a Plutarcho, quam a Nepote expressa fuerunt. In hisce autem Atheniensium vitis Xenophontem quidem non neglexisse videtur; plura enim inde derivare potuit, uti laudes Iphicratis in exercitandis militibus, et disciplina militari emendanda Nepos Iphic. I. Xen. Hell. VI.

c. 2.

(1) Cf. ad Nepot. II. Diod. XIV. p. 703 et 704. Wess. ed. ad Nep. IV. Diod. p. 707 et 708, et etiam Diod. XV. p. 26 et alia.

c. 2. §. 16—19. imprimis 20. 21. 25. 27. tum etiam de mora Lacedaemoniorum ab Iphicrate interfecta Iphicr. II. Xen. Hell. IV. c. 5. §. 13 seqq. porro de Chabriae ope Evagorae in Cypro lata Nepos Chab. II. Xen. V. c. 1. §. 10. denique de Timotheo Laconicen depopulante, Corcyram sub Atheniensium imperium redigente, et classem Lacedaemoniorum fugante, Nepos Timoth. II. Xenoph. V. c. 4. §. 63 et 65. Attamen plura horum triumvirorum facinora memoravit Xenophon, de quibus ne verbum quidem apud Nostrum. Et vicissim, quae in Xenophontis opere, quod primo loco de ipsis Graecis agit, desunt de rebus in Aegypto atque alibi gestis, a Nepote in vitis undique collecta atque comprehensa sunt. Praeterea etiam diversa ratione de Iphicrate uterque judicavit. Nepos enim Iph. I. „ nusquam, inquit, culpa sua male rem gessit; semper consilio vicit; caet." (1). Xenophon autem summis quidem imperatoriam ejus artem laudibus effert, belli tamen Thebani tempore, Lacedaemoniis eum auxiliantem, omnia partim temere, partim sine ullo fructu gessisse, scripsit Hellen. VI. c. 5. §. 41.

Theopompus.

Sed alii fuere, quorum vestigia in his saepius legeret Nepos. Servavit enim ex *Theopompo* fragmentum Athenaeus l. XII. p. 532. *b.* quod iisdem fere verbis apud Nepotem exstat; qua ex re satis intelligitur, Theopom-

(1) Est haec fere Nepotis judicandi ratio, ut in magnis viri cujusdam meritis ac virtutibus leviuscula subinde vitia obliviscatur. Et, si Pausaniam et Lysandrum excipias, in quos magis quam Xenophon aliique, invectus est, maledicentiae criminatio cuivis historico potius, quam Nostro objiciatur.

pompum in his universe vitiis Nostro viae ducem fuisse.

Theopompus.

Ἐν δὲ τῇ τρισκαιδεκάτῃ τῶν Φιλιππικῶν, περὶ Χαβρίου τοῦ Ἀθηναίου ἱστορῶν, φησίν· „Οὐ δυνάμενος δὲ ζῆν ἐν τῇ πόλει, τὰ μὲν διὰ τὴν ἀσέλγειαν καὶ διὰ τὴν πολυτέλειαν τὴν αὐτοῦ τὴν περὶ τὸν βίον, τὰ δὲ διὰ τοὺς Ἀθηναίους. ἅπασι γάρ εἰσι χαλεποί. διὸ καὶ εἵλοντο αὐτῶν οἱ ἔνδοξοι ἔξω τῆς πόλεως καταβιοῦν, Ἰφικράτης μὲν ἐν Θρᾴκῃ, Κόνων δ' ἐν Κύπρῳ, Τιμόθεος δ' ἐν Λέσβῳ, Χάρης δ' ἐν Σιγείῳ, καὶ αὐτὸς ὁ Χαβρίας ἐν Αἰγύπτῳ." Καὶ περὶ τοῦ Χάρητος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ τεσσαρακοστῇ φησίν· „Χάρητός τε, ὠθροῦ τε ὄντος καὶ βραδέος, καὶ τοι γε καὶ πρὸς τρυφὴν ἤδη ζῶντος· ὅσγε περιήγετο στρατευόμενος αὐλητρίδας, καὶ ψαλτρίας, καὶ πεζὰς ἑταίρας. καὶ τῶν χρημάτων τῶν εἰσφερομένων εἰς τὸν πόλεμον, τὰ μὲν εἰς ταύτην τὴν ὕβριν ἀνήλισκε, τὰ δ' αὐ-

τοῦ

Nepos Chabr. C. III.

Hoc ille nuncio Athenas rediit, neque ibi diutius est moratus, quam fuit necesse. Non enim libenter erat ante oculos civium suorum: quod et vivebat laute et indulgebat sibi liberalius, quam ut invidiam vulgi posset effugere. Est enim hoc commune vitium in magnis liberisque civitatibus, ut invidia gloriae comes sit, et libenter de his detrahant, quos eminere videant altius: neque animo aequo pauperes alienam opulentium intuuntur fortunam. Itaque Chabrias, quoad ei licebat, plurimum aberat. Neque vero solus ille aberat Athenis libenter, sed omnes fere principes fecerunt idem; quod tantum se ab invidia putabant futuros, quantum a conspectu suorum recessissent. Itaque Conon plurimum Cypri vixit, Iphicrates in Thracia, Timotheus Lesbi, Chares Sigeo.

Dis-

τοῦ κατέλιπεν Ἀθήνησι, τοῖς τε λέγουσι, καὶ τὰ ψηφίσματα γράφουσι, καὶ τῶν ἰδιωτῶν τοῖς δικαζομένοις. ἐφ' οἷς ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων οὐδεπώποτε ἠγανάκτησεν, ἀλλὰ διὰ ταῦτα καὶ μᾶλλον αὐτὸν ἠγάπα τῶν πολιτῶν, καὶ δικαίως· καὶ γὰρ αὐτοὶ τοῦτον τὸν τρόπον ἔζων. κ. τ. λ.

Dissimilis quidem Chares eorum factis et moribus, sed tamen Athenis et honoratus et potens.

Neque tantum ex hujus loci similitudine, sed ex ipsius Nepotis quoque verbis patet, quod supra dictum est. Sic enim Iphicrate III. „ Fuit autem et animo magno et corpore, imperatoriaque forma, ut ipso adspectu cuivis injiceret admirationem sui. Sed in labore remissus nimis, parumque patiens, *ut Theopompus memoriae prodidit*; bonus vero civis, fideque magna."

Deinde Justinus, qui ex Theopompi fontibus per Trogum Pompejum pleraque sua hausit, de Iphicrate cum Nostro convenit. Cf. VI. 5. ad Iph. c. I. et II.

EPHORUS.

In Ephori fragmentis nobis quidem non apparuere, ex quibus has Nepotis vitas illustrare possemus. Sed Ephorum de his temporibus egisse, nequaquam dubium est. Vid. Heynii Disput. III. de Diodori fontibus, initio. Diodorus autem plurima continet, quae cum Nepotianis aptissime congruunt, v. c., ubi Iphicrates Lacedaemonios ad Corinthum concidere dicitur, Nep. Iph. II. Diod. XVI. pag. Wess. 712 et 713, de Artaxerxe eum exercitui conductitio praeficien-

ciente Nep. l. l. Diod. XV. pag. 33—35. quamvis Noster eum praefuisse duodecim millibus, viginti millibus Diodorus scribat; porro de disciplina Iphicratis militari, armisque ab eo mutatis Nep. I. Diod. l. l. de Iphicrate una cum Timotheo a Charete accusato, quod, exorta tempestate, confligere noluissent Nep. III. Diod. XV. p. 97. Nepos Timotheo III.

Chabrias ab Acoride, rege Aegyptiorum, dux arcessitur, et sine populi consensu imperatoris munus suscipit, Nepos Chabr. II. Diod. l. XV. p. Wess. 23. Chabrias, foedere a Cleombroto rupto, cum Timotheo et Callistrato dux eligitur, et militum phalangem obnixo genu hastaque projecta, hostium impetum excipere jubet; qua nova re Agesilaus obstupefactus, suos revocat, Nep. Chabr. I. Diod. l. l. p. 26 et 27. Quem tamen Nepotis locum ex *Theopompo* aut *Callisthene* Wessel. ad Diod. h. l. profectum esse putat, quamvis et Diodorum et Nepotem ex Ephoro in his profecisse, nobis aeque simile videtur. Fortasse etiam uterque Isocratis discipulus memorabile illud Chabriae strategema memoriae mandarunt. Nam gloriam et admirationem inde maximam nactus erat Chabrias, statuaeque ad eundem corporis gestum conformatae fuerant, Nep. l. l. Diod. l. l. p. 28.

Chabrias sua sponte ad opem Aegyptiis ferendam profectus, classi praefuit, dum pedestribus copiis praeesset Agesilaus, Nep. II. fine, Diod. XV. p. 75. Tandem de Chabriae morte in obsidione Chii, iisdem ferme uterque verbis agunt, Nepos tamen privatum, Diodorus classi praefectum eum vocans, Nep. IV. Diod. XVI. p. 87.

Denique etiam ad Timotheum cf. Diod. XV. p. 30, 31. impr. 32 et 67. et XVI. p. 98.

Hisce igitur allatis ex Diodoro exemplis, uti satis no-

nobis probasse videmur, potuisse ex Ephoro Nepotem multum proficere; ita profecisse re vera, pro certo habemus.

ORATORES.

Supra historicis adjunximus oratores; neque hoc loco illi negligendi. Licet enim alios nunc deinceps historicos, (v. b. Callisthenem) conferre longe mallemus, ex quibus, si aut exstarent eorum scripta, aut Nepos suos saepius citasset fontes, plura fortasse explicare liceret; locupletes tamen illarum rerum testes etiam fuere *Demosthenes*, *Aeschines*, alii, quippe Iphicratis, Chabriae, et Timothei aequales. Sic, quum a Theopompo, certe a Justino differre videtur Nepos de Amyntae et Euridices liberis, neque etiam ille habet, quae in *Iphicrate* ab hoc memorantur, Just. VIII. c. 4; unice Nepoti Iphicr. c. III. assentitur Aeschines *de falsa legatione* ed. Reisk. 31, 40. 32, 7. 48, 6. tradens, Iphicratem imperatorem missum ad restituendum Macedoniae regnum liberis Amyntae. Idem quoque Aeschines moram Lacedaemoniorum ab Iphicrate interfectam dicit contra Ctesiph. 88, 28. Quo loco etiam Chabriae pugnam navalem ad Naxum et auxilium Timothei, Corcyraeis latum, haud diverse a Nostro memoravit.

Neque negligenda est *Lycoleontis* pro Chabria oratio, ex qua fragmentum habet Aristoteles Rhetor. III. p. 653. Vid. Ruhnk. hist. crit. orat. Graec. p. 64. Hanc enim Nepoti prodesse potuisse ad accuratam rerum cognitionem, unusquisque facile videat.

Tandem citetur oportet Demosthenis oratio in Leptin. Vol. I. Reisk. p. 479, ubi Chabriae laudes celebrantur.

EPA-

Epaminondas, Pelopidas.

In Epaminondae conſcribenda vita longe aliam Noster ſecutus esſe videtur rationem, atque in iis, quos hucusque contemplati ſumus. In his enim, ſi unum Alcibiadem excipias, mira quaedam habetur in moribus notandis brevitas. In illa autem, non tantum copioſa magis et accurata ingenii et morum exhibetur deſcriptio, ſed rerum geſtarum enarratio etiam tota ad viri characterem, quae dicitur, exprimendam inſtituta fuit. Quare propoſito ſuo ſatisfecisſe, atque imaginem conſuetudinis et vitae Epaminondae rite expresſisſe videtur. Quod eo majoris momenti habendum est, quoniam Plutarcheam Epaminondae vitam temporum nobis abſtulit iniquitas. Nepos autem ſic ejus ingenium atque dotes, variis doctrinis artibusque informatas, depinxit; ſic etiam ejus indolem, ad temperantiam omnesque virtutes comparatam, ex dictis factisque illustravit, ut, quem *principem Graeciae* Cicero dixit, dignis laudibus extulisſe, et ejus praeſertim vitae ſummam operam dedisſe videatur. Quae vero in Epaminonda imprimis de Thebarum libertate ab exſulibus primum reſtituta deſiderantur, accurate in Pelopida tradita ſunt, atque omnino utriusque vita ita est conjuncta, ut, quod in hac fuſius exponitur, brevius hoc in illa enarretur. Quod autem ad harum vitarum fontes attinet, principes illorum haud ad noſtra pervenisſe tempora videntur. Xenophontem enim, testem quamvis illarum rerum locupletem, magis tamen Lacedaemoniis quam Thebanis faventem, ſaepius Epaminondam ne nominasſe quidem conſtat, ubi hujus prudentia maxime laudanda fuisſet, atque a Nepote unice celebrata est. Conſentiunt quidem de Thebis a Phoebida occupatis Nepos Pelop. I. Xenoph. Hell. V. c. 2. §. 17. ſeqq. Sed vero in exſulum Thebanorum reditu exponendo cum in aliis disſentiunt, tum maxime

in eo, quod Xenophon principes partes Melloni tribuit, ne memorato quidem Pelopidae nomine, Nepos autem exsulum ducem ipsum Pelopidam dicit, Xen. V. c. 4. §. 1. seqq. Nepos Pel. II. Et quod universe valet, tot tantaque ab uno de bello Thebano accuratissime enarrata, praetermissa sunt ab altero, ut alii sine dubio Nepotis potissimum duces sint habendi.

EPHORUS, CALLISTHENES.

In his primum locum tribuendum esse *Ephoro*, probabile est ex Diodoro, cum Nostro collato. Diodorus enim eadem fere tradit de Epaminondae eloquentia in communi Graecorum concilio, in quo Atheniensium nomine verba fecit Callistratus l. XV. p. 32, Nepos Epam. VI. de Epaminondae dotibus atque indole, l. l. de Epaminonda, Thebanorum duce in Leuctrica pugna pag. 43 - 45. de eodem privato in expeditione contra Alexandrum, dein duce a militibus creato, et exercitum salvum domum reducente. l. XV. p. 58. et 59. Nep. VII. de Messene illius opera restituta p. 55. tum etiam de Epaminondae morte in pugna ad Mantineam p. 70. seqq.

Eadem quoque ratione et de Thebis, Epaminonda duce, Graeciae capite disserunt, et ejus laudes omnino celebrant, cf. p. 72, et Nepos passim.

Uti in Epaminonda, sic etiam in Pelopida plurimum Nepos Diodoro congruit. Exempla sunto, Pelopidas dux Thebanorum cum Epaminonda, Diod. l. l. p. 51. Nepos Epam. VIII. in fine; Pelopidas ab Alexandro Pheraeo captus et in libertatem restitutus, p. 58. et 61. Nep. Pelop. V. Pelopidas dux a Thessalis vocatus contra Alexandrum, et in pugna equo in eum concitato, conjectu telorum confossus, p. 65. Pelopidae laudes; in Cadmea recuperanda opera; idem in Leuctrica pug-

pugna dux sacrae cohortis, in Sparta oppugnanda alterius cornu dux; legatus ad Persas profectus et Messenen restituens p. 66. Nepos in vita. Jam de Diodori fontibus si quaeras, ejus ducem in Leuctrica pugna describenda fuisse *Callisthenem*, Wesselingius opinatur ad Diod. l. XV. p. 46. Heynius comm. laud. III. p. 110, Callisthenem dicit per totum adeo XV et XVI librum a Diodoro exscriptum. Unde jure hunc auctorem Nostro quoque hic praeivisse statuas. Neque tamen unus Callisthenes est memorandus. Nam quem in caeteris Nepoti pariter et Diodoro praeivisse constat, eundem *Ephorum* etiam in Epaminondae et Pelopidae rebus facem utrique praeferre potuisse, jure efficitur ex loco Plutarchi de Garrul. c. 22. Unde satis intelligi Meijer Marx p. 251 ostendit, Leuctricam pugnam prolixe esse ab Ephoro enarratam, adeo ut inter notissimas ejus descriptio celebraretur. „Quo minus (ita pergit) de auctore dubitare debemus, quem in eadem explicanda secutus sit Diodorus l. XV. p. 55, qui in multis a Xenophonte dissentit: licet ibi dubius haereat Wesselingius T. II. p. 47: 33"

Theopompus.

Uti ex Diodoro de Ephoro quodammodo conjicere licuit, sic etiam ex Justino conjectura agendum de Theopompo. Nam etiam hujus desiderantur fragmenta, ex quibus certi quid efficias. Eum tamen haec tempora attigisse, neque neglexisse Epaminondae res gestas, quamvis Agesilaum summis extolleret laudibus, iniquum se praeberet in Epaminondam, ostendit Heerenus de Trogi Pompeii et Justini fontibus, disput. altera laud. p. 216. Quum vero ex Justini brevitate vix quidquam concludi possit, cf. l. VI. c. 7. 8. 9. et Epaminondae laudes, ibi celebratae, ex Ephoro potius, quam e Theopompo ductae videantur, hoc unum

unum monuisse sufficiat, Theopompum, a Nostro in his duumviris Thebanis describendis ita verosimiliter adhibitum fuisse, ut Ephorum aliosque praeponeret Theopompo, ubicunque hic maledicentior esse videretur.

Sed praeter hosce, aliis usum fuisse Nepotem, haudquaquam dubitandum. Ex Thebanis quoque historicis eum aeque atque Plutarchum profecisse, ideo probabile videatur, quod tam accurate, tamque fuse de Epaminondae educatione et institutione exposuit. cf. Heerenus de font. Plut. in Pelopidae fontibus et Heyn. de font. Diod. p. 113.

Dion, Timoleon.

Rerum Sicularum quam arcta fuerit cum Graecis conjunctio, nemo non intelligit, qui reputet, plurimas Siciliae civitates e Graecia fuisse profectas. Quocirca res a Graecis gestae tradi ab historicis vix potuerunt, quin de colonis Siculis, a quibus saepissime Graecarum civitatum pependit ratio, simul ageretur. Ita factum, ut *Ephorus* quoque et *Theopompus* ex industria *Sicula* historiis suis interseruerint. Ephorus quidem satis fuse Siciliae historiam hic illic exposuisse videtur, cf. Meyer Marx l. l. p. 252. 253. et seqq. impr. 255. 259. Heynius disput. laud. III. p. 116. Ex hujus tamen operibus quum fragmenta non servata sint talia, quae cum Nepote collata, manifeste probent, eum a Nostro expressum fuisse, neque Diodorus, quam plurimis in rebus cum Nepote unice congruens, unum Ephorum, sed Theopompum aliosque habuerit duces; non opus esse videtur, ut Diodori copiam hoc quoque loco cum Nepotis conferamus concinnitate, quum vix certi quidquam de Ephoro, ut fonte Nepotis, inde effici possit. Satis vero ex iis, quae de Ephoro supra dicta sunt, colligi potest, in re-

rebus Siculis pari verisimilitudine illo Nostrum usum fuisse.

„Theopompum tres libros 41. 42. 43. rebus Siculis exponendis impendisse, ipse Diodorus indicat; complexos autem eos esse spatium 50 annorum inde a Dionysii senioris dominatu usque ad exilium Dionysii junioris, Diod. XVI. 71". Heynius comm. laud. p. 116. cf. Heeren. comm. laud. de Just. font. p. 227. idemque. font. Plut. de *Dione* et *Timoleonte*. Ex hoc igitur auctore etiam in his vitis, uti in superioribus, profecisse Nepotem, verosimillimum est; licet ex Diodoro potius quam ex Justino, *Theopompea* de *Dione* et *Timoleonte* (1) peti possint.

His accedat tertius oportet, non ille quidem historicus, sed multorum historicorum instar gravitate et auctoritate, philosophus *Plato*. Qui quidem a Dionysio majore, Dionis rogatu Syracusas arcessitus, epistolis ad Dionysium minorem, Dionem et Dionis familiares datis, quantopere Dione delectaretur, ipsumque adamaret Dion, tum etiam quam vim in Dionysium haberet, egregie illustravit. Quibus epistolis plurimum debere Nepotem, non est quod dubitemus.

Praeter hos Graecos plurimi fuere, qui ex industria res Siculas descripserunt. Primo loco memorandus *Philistus*, de quo superius paucis jam diximus. Legendus de eo Göllerus, in libro laudato. Egerat Philistus quatuor libris de Dionysii senioris rebus, duobus libris complexus erat res per quinquennium a Dionysio juniore gestas. Hunc igitur Nepoti ducem et esse potuisse et fuisse revera, nemo est quin videat. Nam qnod *ami-cum*

(1) Heyn. de Just. font. p. 226. in nota. „Timoleontis historiam enarrasse Theopompum patet ex Plut. op. I. p. 237. Justinus Timoleontis nomen appellare neglexit; sed Trogum omnem belli, ab eo gesti, historiam exposuisse, docet prologus libri XXI."

cum non magis tyranni quam tyrannidi eum dicit Nepos, indicio est, ejus cogitandi rationem minus placuisse Nostro, libertatis studia semper et ubique celebranti; historias autem Philisti Nepoti non profuisse, nequaquam illud probat. Imo vero, quae adduntur: *Sed de hoc in eo meo libro plura sunt exposita, qui de historicis conscriptus est*; satis demonstrant, Philistum, ut historicum, Nostro fuisse et cognitum et dignum visum, de cujus in historiam meritis data opera exponeret. Quod tamen ad ipsa fragmenta attinet, in illis desunt, quae Nepoti Philistum praeivisse probent.

Philisto jungatur oportet *Timaeus*, quem, quamvis *maledicentissimum* vita Alcib. c. XI. vocatum, jure tamen ducem sibi sumsisse videtur Nepos. Quod quum de Alcibiadis rebus ipse memoret, tum de Dione et Timoleonte satis ex operum gravitate, (*gravissimum* etiam Nepos eum vocat) et auctoritate ipsius apud Diodorum plurimosque alios scriptores antiquos efficitur. Citantur ejus historiarum XLIII, partim *Sicula*, partim *Graeca* complexi, de quibus vid. Göller. p. 205. In fragmentis non supersunt, quae cum Nepotis vitis hoc consilio conferantur, ut inde utriusque convenientia appareat (1).

Haud quoque negligendi *Athanas* Syracusanus, qui res Dionis libris XIII persecutus est, de quo Heynius font. Diod. p. 115 (2), et *Timonides*, Dioni aequalis et socius, a quo historiae conscriptae sunt, ultimos Dionysii Junioris septem annos et sequentem aetatem complexae. De Timonide egit Göllerus l. l. p. 120 et 129.

Fere omnia a Nepote in utraque hac vita tradita, a

(1) Ex Plutarchi etiam Timoleonte c. IV. satis constat, hunc pariter atque Ephorum et Theopompum de his temporibus egisse, quod universe omnium testimoniis confirmatur.

(2) Vid. Plut. Timol. cap. XXXVII.

a Diodoro et Plutarcho, paucis exceptis, eodem modo sunt exposita. Excipienda autem imprimis, quae de dicto illo Homerico a Dione relato c. VI. et de ejus licentia in bonis amicorum diripiendis narravit Noster; quae neque apud Diodorum, neque apud Plutarchum reperiuntur, et fortasse ex Philisto, Dioni inimico, aut ex Timaei malevolentia orta fuere.

DATAMES.

Datamis vitam ita Nepos exorditur: „ Venio nunc ad fortissimum virum, maximique consilii omnium barbarorum, exceptis duobus Carthaginiensibus Hamilcare et Hannibale, de quo hoc plura referemus, quod et obscuriora ejus gesta pleraque, et ea, quae prospere ei cesserunt, non magnitudine copiarum, sed consilii, quo tantum non omnes superabat, acciderunt; quorum nisi ratio explicata fuerit, res apparere non poterunt." — Obscuriora Datamis gesta fuisse, inde satis patet, quod de eo omnes fere historici, quorum scripta etiam nunc exstant, aut tacent omnino, aut saltem paucissimis agunt. Diodorus tantummodo ejus strategema in pugna adversus Pisidas exponit l. XV. p. 74. cf. Nepos c. VI. neque tamen fontes, unde haec duxerit, indicat. Quamvis igitur de Datame, unde Nepos profecerit, certi quid statui nequeat, veri tamen est simillimum, neque *Ctesiam* ab eo neglectum, et imprimis expressum fuisse *Dinonem*, cui, quantum in Persicis tribuerit, ipse Cononis vita, in fine, declarat.

EUMENES.

Eumenis vitam ex aliis fontibus atque praecedentes esse repetendam, ipsa temporum ratio docet. De quibus tamen Heerenus Font. Plut. ita disputavit, ut ejus argumenta ad Nepotem quoque transferre possimus.

mus. Uti enim ille ex Plutarchi cum Diodoro convenientia fontes Plutarchi effecit, sic Nepos cum eodem collatus, quamvis brevius contractas, easdem tamen res illustriores, ab Eumene gestas, eodemque modo memoriae prodidit, atque ideo eosdem fontes adiisse videtur. In quibus primum locum tenet *Hieronymus Cardianus*, Eumenis popularis et amicus, qui in principibus sui aevi historicis habitus, Alexandri ejusque διαδόχων historias literis mandavit. Hic igitur quum Eumeni, cum in aliis tum in extrema quoque pugna cum Antigono commissa, socius affuerit, (in qua vulneratus est) quam locuples testis esset habendus, rite Diodorus, Trogus Pompejus et Plutarchus intellexerunt, eoque idcirco potissimum duce usi sunt. Neque minorem Hieronymo fidem atque auctoritatem a Nepote habitam, inde satis intelligitur, quod Nepotiana et Diodoro et Plutarcho universe mirum in modum congruunt, ideoque ex eodem fonte orta videntur.

Porro ipsius *Eumenis* epistolae memorantur, e quibus fortasse Nepos pariter atque Plutarchus profecit. Tum etiam afferendi, de quibus supra dictum est, *Clitarchus* Dinonis filius, qui de Alexandro et proximis ei temporibus egerat, quamvis levis fidei scriptor habitus, *Duris Samius*, qui a Philippi aetate exorsus fuerat, et *Phylarchus*, qui viginti octo libris historias suas complexus erat. Neque tamen de his triumviris, quamvis inde fortasse profecerit Nepos, certi quidquam statui potest.

PHOCION.

De *Phocionis* vitae fontibus parum quoque constat. Quod ad summam rerum, Nepos cum Diodoro et Plutarcho congruit. Itaque universe conferantur, quae de Plutarchi Phocione attulit Heerenus, qui a Plutarcho

no-

nominatos *Duridem* et *Idomeneum* citat, et utriusque memorat *Historias Graecas*.

Fortasse his addi potest *Menodotus Perinthius*, qui res Graecas XV libris perscripserat, atque etiam Achaeorum foedus, Arati consilia contra Philippum, exposuerat, usque ad illa tempora opus suum extendens, quo rex Macedonum consilia cum Annibale adversus Romanos iniit; cf. de hoc Heynius comm. laud. p. 114.

In iis tamen, quae a Nostro Phocioni objecta c. II. de amicitiae fide ab eo Chareti non praestita, apud Plutarchum aliosque non leguntur, verosimiliter maledicentiores homines *Theopompum* aut *Timaeum* facem Nepoti praetulisse, Lambini est sententia, quam nostram facere haud dubitamus.

DIS-

DISQUISITIO III.

DE REGIBUS, HAMILCAR, HANNIBAL, CATO, ATTICUS.

Postremos, qui superſunt, Nepotis quinque libellos, quamvis rerum narratarum temporumque ratione maxime a ſe invicem diverſos, hac una tamen disquiſitione ita complectemur, ut ſeparatim de ſingulis, quae afferenda videantur, explicemus.

De Regibus.

Hunc de Regibus libellum, uti initio hujus disputationis jam indicavimus, fortasſe ex majori Nepotis opere ortum fuiſſe, tum ex Catonis vita brevius contracta veroſimile ſit, tum etiam ipſa Nepotis verba indicare videntur: „ Namque eos attingere noluimus, quod omnium res gestae ſeparatim ſunt relatae". Nepotem enim ejusmodi regum vitas conſcripſiſſe, easque hoc loco ſignificari, Lambini est et Voſſii ſententia, nobis certe probabilior visa, quam Boſii, qui aliorum ſcripta de ſingulorum rebus gestis intelligi malit. Quidquid autem ſit, paucis etiam de fontibus agendum, quibus in his regum rebus uſus esſe videtur.

De Cyro apud Masſagetas in proelio interfecto fortasſe eundem, quem Justinus, *Theopompum* ſecutus fuit

ſuit, cf. Heerenus disput. laud. p. 211, quamvis Herodoto quoque hac in cauſa asſentiatur, cf. Herod. I. c. 214. Pariter ex Theopompo ſive potius ex Perſicis *Dinonis* a Nostro duci potuerunt, quae de *Artaxerxis* Macrochiros corporis forma et fortitudine memorantur. Quae Perſica etiam fons habenda ſunt eorum, quae de Artaxerxe Mnemone et Xerxis morte C. I. adduntur.

De morte Philippi a Pauſania interfecti cum Justino convenit Noster; cujus tamen rei pervulgatae ſi fontem quaeras, eundem denuo Theopompum uterque ducem habuisſe videtur, cf. Heeren. de font. Just. p. 218.

De Dionyſio eadem atque Noster ratione disputavit Cicero Tusc. Quaest. l. V. c. 20. (Nepos tres, duas Cicero Dionyſii uxores memorat, de qua tamen disſenſione componenda agit Staverenus ad C. II. de Regibus.) Tum etiam Nepos ita congruit cum Diodoro Siculo, ut eosdem utrumque fontes adiisſe putemus, in quibus praecipui, (quos attulit Heynius de Diod. font. p. 115.) memorandi ſunt, *Philistus*, de quo ſupra dictum est, et *Antiochus* Syracuſanus, qui ad media Dionyſii ſenioris tempora in Siculis ſuis procesſerat. Praeterea, in vita Dionis memorati *Ephorus*, *Theopompus* et *Timaeus* a Nostro conſuli potuerunt. De morte tamen Dionyſii Justinus a Nepote differt, non morbo eum decesſisſe, ſed inſidiis interfectum tradens. Quare ſi Theopompus hac quoque in re Trogo Pompejo praeiverit, ut univerſe ſtatuit Heerenus Disp. laud. de font. Just. p. 227. ex ceteris hac in cauſa alium ducem ſibi ſumſit Nepos.

Quae C. III. de Antigono, Demetrio, Seleuco et Ptolemaeo enarrantur, ex eodem *Hieronymo Cardiano* fluxerunt, ex quo Demetrii vita a Plutarcho expresſa est. Vid. Heerenus in Plut. Demetr. vita atque in Justin. font. p. 221. tum etiam, quae ſupra in Eumenis vita a nobis dicta ſunt.

HA-

HAMILCAR. HANNIBAL.

Uti nulla fere aetas in antiqua Graecorum historia magis inclaruit, quam Persicorum bellorum tempora; ita Hamilcaris et Hannibalis seculo nullum magis in Romana historia celebratum. Quae autem fuit Punicorum bellorum fama omnium ore celebrata, eadem scriptorum copia, qui illorum historiam memoriae prodiderunt. Horum tamen quasi chorum ducere *Polybium*, gravissimum antiquitatis auctorem, satis inter omnes constat; de cujus laudibus historicis egregie egit vir clar. A. van Goudoever disput. Phil. de hist. Pol. laud. Quare quum et in hac disputatione et a Vossio de Historicis, aliisque scriptoribus, Polybiani operis praestantia satis fuerit exposita; non opus est, ut pluribus de Polybii in Punicis bellis describendis auctoritate disputemus.

Huic igitur etiam a Nepote primum locum in ducibus, quos sibi sumsit sequendos, fuisse tributum, cum rerum temporumque ratio doceat, tum etiam ipsius testimonium et loca utriusque auctoris innumera, secum invicem collata, demonstrant. Ipse enim Hannibalis vita c. XIII. quaerens, quibus consulibus Hannibal interierit, Polybium nominatim citat. Tum vero tota fere Hamilcaris vita, et prior vitae Hannibalis pars, tot Polybianae narrationis indicia refert, ut nemini utriusque scripta conferenti, ullum hac de re dubium esse possit. Quare quum haud opus sit memorare loca, quae, quod summam rerum attinet, prorsus ex Polybio expressa sunt, operae pretium tamen fore existimamus, quatenus uterque dissentiat, breviter indicare. Nepos Hann. c. IV. init. „ Conflixerat *apud Rhodanum* cum P. Cornelio Scipione Consule eumque pepulerat. Cum hoc eodem apud Padum decernit; saucium inde ac fugatum dimittit. Tertio idem Scipio cum collega Tiberio Longo apud Trebiam adversus eum venit.

Cum

Cum his manum conseruit; utrosque profligavit." Idem c. VI. init. „ Hic (Hannibal) invictus patriam defensum revocatus, bellum gessit adversus P. Scipionis filium, quem ipse primum apud *Rhodanum*, iterum apud Padum, tertio apud Trebiam fugaverat." Polybius l. III. c. 65. 69. seqq. pugnam ad Padum itemque ad Trebiam cum P. Scipione commissam tradit; tum etiam (c. 43.) Rhodanum ab Hannibale trajectum eodem tempore, quo Scipio classe in ea Galliae loca advectus fuisset; nullam tamen pugnae ad *Rhodanum* commissae mentionem facit. Quare hac in causa alios Nepos secutus esse videtur auctores. Duobus enim locis illam pugnam memorat; neque verosimile nobis est, Nepoti illo praelio indicatum fuisse, aut certamen illud, quod Polyb. l. III. c. 43. cum barbaris Celtis ab Hannibale, Rhodanum trajiciente, commissum esse tradit, aut pugnam inter utriusque ducis speculatores equites, a Polybio c. 45. relatam.

Porro animadvertenda est Polybii et Nepotis diversissima pugnas, deinceps commissas, enarrandi ratio.

Secundum Polybium l. III.	Secundum Nepotem. c. IV.
Hannibal post Centenii cladem	Hannibal post Centenium occisum
Primum in Apuliam pervenit c. 88. *Quintus Fabius maximus Dictator* se ei objecit circa *Aecas* c. 88. 89. Hannibal Capuam petere instituit c. 90. In *agro Falerno*, locorum angustiis clausus se expedivit c. 92 et 93. *Marcum Minucium magistrum Equi-*	Primum in *Apuliam* pervenit, ubi ei obviam venerant duo Consules C. *Terentius* et L. *Paulus Aemilius*. Utriusque exercitus uno praelio fugavit, Paullum Consulem occidit, et aliquot praeterea Consulares. c. V. Tum Hannibal Romam profectus, in vicinis ur-

Equitum fugavit. c. 104 et 105.

Tum demum Consules creantur *L. Aemilius et C. Terentius*, et dictatores magistratu abeunt. Utriusque exercitus uno proelio fugantur (ad Cannas). Paulus Consul occiditur et aliquot praeterea Consulares c. 113—117.

Deinde Romam petiit Hannibal, l. IX. c. 5. Secundum Livium l. XXV. c. 16. (qui etiam hoc loco Polybium expressisse videtur) *Tib. Sempronium Gracchum* sustulit. *Marcum Claudium Marcellum* Consulem interfecit Polyb. l. X. c. 32.

urbis montibus moratus, reversus est *Capuam*. *Quintus Fabius Maximus Dictator* in *agro Falerno* se ei obiecit. Hic clausus locorum angustiis, se expedivit Hannibal.

Deinde *M. Minucium Rufum* magistrum equitum fugavit. *Tib. Sempronium Gracchum* Consulem in *Lucanis* absens sustulit. *M. Claudium Marcellum* Consulem apud Venusiam interfecit.

Neque tantum res ab Hannibale in Gallia et Italia gestae alio ordine apud Polybium atque apud Nepotem enarrantur; sed etiam de Hannibalis fatis post pugnam ad Zamam a se inviecem discedunt. Hoc enim proelio commisso, Nepos c. VI. extr. et c. VII. init. Hannibalem ait Adrumetum fugisse, et in hac fuga Numidarum evasisse insidias, tum vero Adrumeti mansisse, ibique bellum renovare conatum. Itaque illo in apparando occupato, bellum a Carthaginiensibus cum Romanis compositum.

Polybius contra l. XV. c. 19. ipsum Hannibalem acerrimum Carthagine fuisse pacis ineundae suasorem. Cui assentitur Livius l. XXX. c. 35. seqq. qui tamen Hannibalem ex pugna Adrumetum fugisse, sed mox Cartha-

gi-

ginem accitum, pacis fuisse auctorem, addit. Neque etiam Livius memorare neglexit, fuisse, qui Hannibalem ex acie ad mare pervenisse, inde ad regem Antiochum extemplo profectum traderent, postulantique ante omnia Scipioni, ut Hannibal sibi traderetur, responsum esse, Hannibalem in Africa non esse. In hisce igitur alios Noster sibi duces sumsit praeter Polybium, quem ubivis fere a Livio expressum constat. Fortasse eundem Polybium secutus est Livius, quum traderet *Magonem* una cum Hannibale ex Italia domum esse revocatum, sed brevi ante in agro Insubrium vulneratum, nondum superata Sardinia ex illo vulnere mortuum. l. XXX. 19. De quo *Magone* Nepos non tantum refert, eum post pugnam ad Zamam una cum Hannibale praefuisse exercitui, atque res in Africa gessisse c. VII. sed etiam, Romanis querentibus, utrumque fratrem cum imperio adhuc apud exercitum esse, Magonem ab exercitu revocatum. Deinde c. VIII. ab Hannibale clam Africam accedente, si forte Carthaginienses ad bellum inducere posset, Magonem fuisse excitum; quo facto, ipsum eadem, qua fratrem, poena affectum; illos naves solvisse et vela ventis dedisse. Et Hannibalem quidem ad Antiochum pervenisse. De Magonis interitu autem duplicem memoriam proditam esse; namque alios naufragio, alios a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquisse. Quamobrem quum in plurimis a Polybio Noster discedat, paucis exponendum est, quosnam alios sibi in illis rebus enarrandis verosimiliter praeeuntes habuerit.

In Historicis, qui bella Punica memoriae prodiderunt, primus memorandus *Q. Fabius Pictor*, C. F. de quo vid. Vossius de Hist. Lat. p. 5. Qui tamen Fabius, quum nimis studuerit Romanis, neque raro Carthaginiensium obtrectaverit laudibus, vix fieri potuit, ut a Nepote saepius exprimeretur, quippe cujus vitae ad Hamilcaris et Hannibalis laudes celebrandas unice

com-

compositae videantur. Neque etiam in fragmentis veterum Historicorum, Sallustio Cortii adjunctis, indicia adsunt, ex quibus Nepotem Fabio usum fuisse appareat.

De *L. Cincio Alimento*, qui Fabii aequalis fuit haud magis constat, neque ex ejus fragmentis certi quidquam effici potest.

Tertius fuit *Marcus Porcius Cato*, Censorius dictus, qui sub Fabio maximo, belli Punici secundi tempore militavit, et senex *Origenes* conscripsit. Quem quidem virum quanti fecerit Nepos, non tantum ex ejus vita, hodieque superstite, patet, sed inde imprimis probatur, quod T. Pomponii Attici rogatu, de Catonis vita et moribus separatim se confecisse librum tradit. Quare fieri vix potuit, quin hunc Catonem in Hamilcare et Hannibale proxime sequeretur. Cujus sententiae ponderi haud parvum momentum inde accedit, quod in narrando aeque atque Noster brevitatis studiosissimus fuerit Cato. Noster enim: „ Ab adolescentia, inquit (Catonis vita c. III.) confecit orationes. Senex scribere historias instituit, quarum sunt libri septem. Primus continet res gestas regum pop. Rom. Secundus et tertius, unde quaeque civitas orta sit Italica. Ob quam rem omnes *Origenes* videtur appellasse. In quarto autem bellum Poenicum primum: in quinto secundum. Atque haec omnia capitulatim sunt dicta. — In quibus multa industria et diligentia comparet, multa doctrina."

Ex quibus, nisi omnia nos fallunt, satis superque apparet, quarto et quinto originum libro usum fuisse Nostrum; quamvis nulla, quae certo hoc demonstrent, in fragmentis etiam nunc habeantur.

Praeter Catonem multi *annales* condiderunt, uti L. Scribonius Libo, A. Postumius Albinus, L. Calpurnius Piso, L. Cassius Hemina, Q. Fabius Maximus Servilianus, C. Fannii duo, alii; de quibus quid Noster

ter profecerit, nobis non apertum est. De his omnino cf. Vossius hist. Lat.

Sed ante hos omnes memorandi fuerant *Silenus* et *Sosilus* Lacedaemonius, quos Nepos ipse Hann. c. XIII. cum Hannibale in castris fuisse dicit, simulque vixisse, quam diu fortuna passa sit. Tum etiam hoc Sosilo Hannibalem literarum Graecarum usum esse doctore addit. De quibus tamen quam parum constet, probant quae ad Nepot. l. l. Staverenus disputavit. Quidquid sit, probabile videtur, utrumque haud contemnendae prorsus fidei fuisse auctores, et tamquam testes oculatos fortasse Nostro in iis praeivisse, in quibus a Polybio discedit. Polybium enim Sosilo parum tribuisse auctoritatis patet ex l. III. c. 20. De *Sileno* conf. Cic. de Divin. I. 24. qui eum diligentissime res Hannibalis persecutum esse scribit. *Sosilum* τὰ περὶ Ἀννίβαν septem libris comprehendisse, testis est Diodor. Ecl. l. XXVI. c. 3. ubi vid. Wesseling.

His adjungatur oportet *Lucius Coelius Antipater*, qui belli Punici secundi historiam conscripsit. De quo fusius agendum esset, nisi palmariae de eo exstarent disputationes, *Bavii Antonii Nauta* et *G. Groen van Prinsterer* in annal. academ. Lugduno-Bat. anni 1821. Ex quibus commentationibus tum universe Coelii apud recentiores historicos auctoritas intelligitur, tum etiam in posteriore peculiari loco haec de Nepote scripta sunt p. 79. c. II. §. 4. „ De Nepote locutus sum respiciens ad conscriptas ab ipso Romanorum Imperatorum vitas; cujus operis quod ad bellum Punicum secundum pertinebat, omne periit. Sed de vita Hannibalis paulo accuratius agam: nam vix potest dubitari, quin ad eam concinnandam Coelii opere fuerit usus, quod etiam duo triave loca probabilius reddunt. Ita c. III narrat, Poenos Alpes, quae Italiam a Gallia sejungunt, ibi superasse, ubi olim Hercules; cujus ob transitum saltus is Grajus

appellabatur; quam opinionem cum nostri narrationi convenire putat Lipsius Epist. ad Belg. Cent. I. Ep. 93. Tum c. V Fabium Maximum (id quod in nostro Livius reprehendit) *Dictatorem* appellavit. Neque hic omittere possum c. VII de fratre Hannibalis Magone quasi adhuc vivo sermonem esse; licet jam ante proelium apud Zamam ex vulnere eum mortuum esse tradat Livius l. XXX. c. 19. Nepoti assentitur Appianus pag. 30. (Edit. Steph. Lutet. 1551) quo loco in conditionibus pacis a Scipione propositis, haec etiam memoratur; ἐν ἑξήκοντα ἡμέραις Μάγωνα χρὴ Λιγύων ἀποστῆναι. Item Zonaras l. 9. c. 13. qui tradit Magonem ad patriae opitulandum simul fere cum fratre reversum ad Ligures remissum fuisse. Utra opinio ex Coelio repetenda sit, statui nequit; hoc autem probabile est, fontem erroris in nomine pluribus viris communi esse quaerendum."

De *T. Pomponio Attico* ne multus sim, ipsa Attici vita, a Nostro literis mandata, impedit; conf. praeter hanc vitam Voss. l. l. p. 16. Ejus autem annales Nostro ad manum fuisse, ex Hann. c. XIII. constat.

Denique memorandus *Sulpitius*, eodem capite XIII. Hann. a Nostro citatus. De quo videnda sunt, quae habet Vossius l. l. p. 29. qui eum *Sulpicium Galbam*, avum imperatoris Galbae fuisse opinatur.

CATO.

Tum in breviore, quae nunc exstat, quam in deperdita (Cat. c. III citata) Catonis vita fusius conscripta, ipsius *Catonis* scriptis Nepos pariter atque Plutarchus usus fuisse videtur. De quibus scriptis cf. Heerenus in Plut. Catonis fontibus. Neque tamen verosimile est, fontes plerosque in Hamilcare et Hannibale modo indicatos in Catonis rebus a Nostro fuisse neglectos.

ATTICUS.

Haec Attici vita cum caeteris collata, mirum sane, quantum accurata scribendi ratione ab iis discedat. Neque tamen inde dubium de auctore movendum. Sunt enim plura, ex quibus illud discrimen ortum putemus. Namque primum ad aliud vitarum genus referendum est, in quo de viris doctis, in primis historicis, doctius fortasse et accuratius ipse Nepos egit: quod, ni fallimur ex Catonis illo, si exstaret, majore libro, luculenter quoque appareret. Tum etiam longe alia esse debuit Nepotis de amico Attico, quam de Themistocle et Hannibale scribentis oratio. Ex amicitiae enim sensibus et elatius dicendi genus et oratio plenior non oriri non potuit. Quod cum nemo non sentiat, qui unquam amici sive adhuc vigentis, seu mortui laudes celebraverit, tum quoque ex ipsa Attici vita satis superque apparet. Hujus autem vitae si fontes quaeras, nemo sane ipso Nepote, familiaritate cum Attico conjuncto, accuratius et fide dignius ejus res memoriae prodere potuit. Quare ipse Nepos testis locupletissimus summo jure habetur (1).

(1) De fragmentis quo minus agamus, plura sunt, quae nos impediant. Primum enim de Nepotis auctoritate ex ipsis vitis, ni fallimur, ita constat, ut argumentorum gravitati ex fragmentis nil momenti addi possit. Sunt enim fragmenta ejusmodi, ut inde nihil fere de fontibus nisi conjectura sit efficiendum. Praeterea *universe* Nepotis scripta contemplati sumus, summam rerum, neque minus quaeque ad fontes suos referentes; qua in re, quamvis longo intervallo distantes, summorum tamen virorum exemplum nobis sequendum proposuimus. Denique de fragmentis si ageremus, potius ad quem quidque librum pertineret, quam unde ortum, quaestio foret.

Et sic quidem, quantum nobis librorum copia atque tempus concessit, viam ad Nepotis fontes indicavimus. Quam si quis modo longiorem, breviorem modo fuisse reprehendat, is reputet, quaesumus, longe diversam in Nepotis, quam in aliorum v. c. Plutarchi fontibus explorandis, sequendam esse rationem. Plutarchus ubivis fere, Nepos rarissime duces suos nomine citat. Ille accuratius et fusius principum virorum non pervulgata tantum facinora, sed victum, institutionem, mores, atque adeo minutissimas res plerumque exponit; hic contra illustrissima cujusque facta adumbrat, neque ad remota minusque in vulgus nota accedere solet. Unde factum, ut Plutarcho plures adeundi essent fontes, Nepos vero principes cujusque aetatis solummodo adhiberet auctores. Sed ob eandem nos quoque majorem v. c. Herodoto et Thucydidi conferendo dedimus operam, ut sic tandem, ex orationis dictionisque similitudine, et accurata rerum comparatione, unde Nepos sua, plerisque auctoribus saepe communia, hausisset, ostenderetur. Contrarium autem brevitatis studium subinde fortasse in disputatione nostra v. c. in Datame et Phocione vituperatum, ideo excusandum, quod pauca, eaque aut certa aut verosimillima afferre, quam diutius in rebus obscuris haerere maluerimus. At vero ne in fine nostrae disputationis pluribus hancce excusemus scriptionem, doctiorum impedit, cui eam lubenter censendam tradimus judicium. Nostrum est, ex fontium ratione, quanta sit Nepotis auctoritas, paucis absolvere.

Thucydidem, fide historica nemine inferiorem, religiose secutus est in eorum vitis, quorum nisi aequalis Thucydides, certe proximus aetate fuit (vide supra p. 211).

Quod

Quod ideo Nepotis auctoritatem magis etiam firmat, quia uno fere Thucydide duce de illis temporibus egit; quae a nullo alio rite illustrata, ipse Thucydides profitetur (p. 223).

Herodoto saepius Ephorum praetulit; quod nemo quisquam miretur, qui et Plutarchi aliorumque de Herodoti fide dubitationes et gravissimam Ephori apud eosdem auctoritatem cognoverit. Licet enim doctissimi viri Herodoti caussam egregie defenderint; Nostro tamen non est vitio vertendum, quod cum gravissimis historicis iniquior fuerit de fide Herodoti judex.

Ephori et *Theompompi* diligentissimum Nepotem fuisse sectatorem (p. 223 et 231 seqq.) haud profecto vituperemus, si, horum duumvirorum auctoritate Diodorum Siculum, Trogum Pompejum, Plutarchum aliosque gravissimos historicos fretos fuisse, ex Heynii, Heereni, Marxii commentationibus didicerimus.

Praeterea Nepos haud neglexit *Xenophontem*, cujus Hellenica unicum fere illius aetatis esse fontem, supra memoratum est (p. 237). Ad res Siculas et Graecas ita adhibuit *Timaeum*, ut sibi ab hujus aeque atque a Theopompi maledicentia caveret (p. 240). Pariter *Philisti* non quidem scripta Nostro fuere neglecta, at mores tamen et tyrannidis studium reprehensum (p. 262). De rebus Persicis eos imprimis consuluit, qui ex industria Persica condiderant. Quod autem prae Ctesia in his Dinone usus fuit (p. 243), ideo probandum, quod principes historici Dinonis auctoritatem fere omnes Ctesiae praetulerint. (vid. Heerenus in font. Plutarchi Artaxerxis vita).

De Eumene *Hieronymum Cardianum* ipsius Eumenis amicum (p. 264); de Hamilcare et Hannibale plerosque ipsorum aequales consuluit, (p. 268); verbo, tam accurate temporum rationem Noster habuit, tam diligenter ipsos scriptorum mores cognoscere studuit, tamque longe ab omni maledicentia ipse fuit alie-

alienus, ut, virtutem etiam in hoste probans, ad veritatem scribere non potuisse tantum, sed etiam maximopere studuisse sui dicendus. Quod judicium, ex ipsorum fontium ratione factum, quum et aequalium, Attici, Ciceronis, aliorum auctoritate confirmetur, et probetur imprimis testimoniis recentiorum, scripta Nepotis saepissime adhibentium (vid. Plut. vitae Romanorum in Heereni libro de font Plut.) nulli dubitamus, quin ejus laudibus, a summo Wyttenbachio (Bibl. Crit. vol. III. parte IV. p. 116 seqq.) quamvis breviter, egregie tamen celebratis, hanc quoque adjungamus haud minimam laudem, *summam Nepotis scriptis fidem et auctoritatem esse tribuendam* (1).

(1) Huic disquisitioni meae, secundis praemiis ornatae, supplementum quoddam addere constitueram, quo accuratius nonnulla, minus fuse a me tractata, explicarem; editis autem, qua de re laetor, Vir. Doctiss. Hisely et Wichers disquisitionibus, opusculo meo neque addendum quidquam, neque in eo mutandum putavi.

WESSELII SCHOLTEN,

SS. LITTERARUM IN AEDE, QUAE DICITUR, HOSPITALI, APUD BATAVO-DELPHENSES INTERPRETIS.

SPICILEGIUM ANIMADVERSIONUM IN CICERONIS DE ORATORE LIBROS.

PARS PRIMA.

Nec vero exantlare quis possit tot illos et tantos labores, quot quantique suscipiendi sunt Critico, nisi amore ducatur literarum, ut, prouti amantes pro amatis, sic ipse pro hisce deliciis suis, nil non sustineat et perpeti et perficere.

VAN HEUSDE
in epist. ad Creuzerum.

L. S.

Cum non is ſim, cujus vel munus vel officii ratio requirant, ut totum me tradam litterarum ſtudio Latinarum, neque etiam, hac virium mearum et exercitationis tenuitate, aliquam, in hoc ſtadio, ingenii doctrinaeque laudem me adepturum ſperem; hujus qualiscunque libelli inſtituti ratio videtur reddenda.

Itaque, cum, pro ſummo, quo ſemper tenebar, litterarum ſtudio Latinarum, otioque, quod mihi, a muneris mei negotiis conceſſum erat, hujus aliquam quoque partem Latinorum auctorum ſcriptis legendis impenderem, in primis delectare me ſolebat Cicero. Cujus cum orationis elegantia et concinnitas, in uſu collocationeque verborum; tum ingenii, in disſerendo, acumen; in ornando ſententiarum vis, atque copia; in distinguenda oratione facetiarum ſales atque lepores; tum denique, in quarumcunque rerum tractatione, doctrinae copia conſilii-que prudentia nunquam non animum percellunt,

ac-

ac in humanae naturae, quae ad tantam ingenii doctrinaeque praestantiam evehi possit, admirationem rapiunt.

Ante aliquod igitur tempus inprimis incidi quoque in libros ejus, qui inscribuntur, *Rhetoricos*, quorum illi, qui *de Oratore* titulum prae se ferunt, ita mihi placuerunt, ut legendo eos relegendoque ad eorum quasi familiaritatem et intimam amicitiam admitti conatus sim. — Cum igitur unice id egerim, ut ad eorum intelligentiam pervenirem, et perfecti oratoris speciem atque formam, uno quasi oculorum obtutu, intueri ac animo percipere possem; non potui non offendere in quosdam locos, in quos jam ante multi, iique, Latinarum peritia litterarum, egregii Viri, offenderant; itaque, quodcunque in me erat judicii diligentiaeque, id adhibui, ut, quantumcunque possem, ad horum intelligentiam locorum, proficerem. Quidquid igitur erat conjecturae meae, id margini editionis, qua in legendo utor, (Ernestinae) adscripsi et, reiterata dein horum librorum lectione, studiosissime commentatus sum. — Sed cum nimis paucae essent animadversiones, quas hac ratione collegissem, quam, quod, hac sua tenuitate, aliqua cum specie ac forma probabili in publicum prodire possent, auctoritate Viri cujusdam Cl., quocum has meas notulas communicaveram, plura hujus generis colligendi, si otium et facultas daretur, cepi consilium. Ac, ne incertus hac in re vagarer, ducem mihi elegi, et quantum quaeso! Ernestium, cujus, ut in cuncta Ciceronis, quae supersunt, scripta sic in primis quoque in hos, *de Oratore*, libros summa sunt merita.

Hunc

Hunc igitur ita sum secutus, ut omnes, quas in dialogos de Oratore scripsit, notas diligenter non legerim tantum, sed quantumcumque potuerim, ratione ac judicio legerim; plurima, accurata aliquot editionum ac codicis Trajectini collatione, confirmarim; in nonnullis autem, sive his auctoritatibus, sive ipso meo, qualicunque, judicio, ab ejus sententia aliquando discesserim.

In quo, ipse nihil omnino mihi sumsi, sed tantum id feci, ad quod suos ipse discipulos Ernestius admonuit; quam in rem conferri possunt, quae disserit, vir summus, in praefatione editionis ejus, opp. M. T. Ciceronis majoris pag. 8 et 9. Quod si forte non satis modeste hac in re versatus esse ducar, virorum doctissimorum justas reprehensiones gratissimo animo me accepturum profiteor, quamvis semper modestiam critici inprimis primariam legem duxi, et huic obtemperare, pro virili, conatus sum. Si quis autem in hoc qualicunque specimine ingenii passim acumen desideret, diligentiam certe meam in adhibendis, quorum copia mihi erat, adminiculis, non multum desiderabit. At quam ingratus codicum et editionum collatio sit labor, vel me haud monente, ii norunt, qui hac in re multum versati sunt. Ac ingenue fateor, nisi utilitatem qualemcunque, quae inde redundare posset, spectassem, magnum futurum fuisse periculum, ne remissius hac in re fuerim versatus, cujus nunc quidem me ipse arguere non possum. — Quisquis vero sit hujus operis fructus, haud prorsus tamen inanem operam me impendisse, confido, ac si non multum, aliquid saltem lucis uni alterive loco affudisse, nec unquam sine probabili ratione ab Ernestii sententia discessisse,

mi-

mihi ipse persuadeo. — Hoc autem monendum adhuc censeo, in dijudicandis notulis meis, illas Ernestii, ad meliorem meae quoque sententiae intelligentiam, esse conferendas.

Superest, ut aliquid dicam de codice Trajectino ac de editionibus, quibus, in hoc animadversionum criticarum opusculo, usus sum. — Itaque, pro summa, qua semper est humanitate, ac familiaritatis amicitiaeque vinculo, quo cum eo junctus sum, Vir in Academia Rheno-Trajectina, Regis optimi Guilielmi I. auspiciis ad pristinam celebritatem reflorescente, Clarissimus, hujusque, tum temporis Rector Magnificus, Jodocus Heringa, cui plurima debeo, quarum gratiam referre numquam potero, agere autem, ad vitae usque extremum halitum, semper studebo, Codicis, qui servatur in Bibliotheca Rheno-Trajectina, inspiciendi copiam mihi dedit. — Qui quidem codex, communi charta, satis nitide scriptus, quamvis non remotae admodum vetustatis (videtur enim scriptus Sec. XIII vel XIV.) lectiones tamen praebet, haud contemnendas, ac meliores passim, quam codex Erlangensis, quo usus est Ernestius. Consentit quoque, plurimis locis, antiquissimis Borromaei et Fulvii Ursini libris, quos contulit Paullus Manutius. Cujus rei exempla sunt. Lib. III. C. I. §. 4. C. XL. §. 160. C. LVIII. §. 218. alibi. Haud continua serie, sed distinctis verbis est scriptus, addita quoque aliqua, quamvis parum accurata, interpunctione. Scatet autem scribendi erroribus, ut vel inde statim agnoscas, eum, qui hujus scribendi codicis operam in se susceperit, Latinae linguae fuisse ignarissimum. — Pro *ii*, *iis*, *iisdem*, *ejus*

caet.

caet. fere ubique habet *hi*, *his*, *hisdem*, *hujus*: quod item, alio in codice animadvertit Ernestius. Literae majusculae ab initio pericoparum absunt, relictae scilicet alius librarii operae, qui in hac arte, quae erat picturae quaedam species, quaeque Secc. XII. usque ad XV. magni fuit habita, in primis excelleret. Particulae *per*, *pro*, *prae* saepius, ut aliis etiam in codd. in verborum compositionibus permutantur. Ablativis, qui grammatice ita dicuntur, passim praemittuntur praepositiones, ubi abesse debeant. Nec alienus sum ab opinione, scriptum hunc codicem esse, a librario, origine Germano, propter litterarum *u* et *o* passim permutationem; sic pro *num* aliquoties reperi *non*, pro *tundentibus*, *tondentibus*, similia. Notum enim est Germanos has litteras, eodem fere sono, pronunciare. — Videtur quoque hic codex aliquando delituisse in monasterio quodam Brugensi. Hoc enim inde colligerem, quod in fine ejus, post Latinam Gorgiae Platonis versionem, (quae item hoc codice continetur) legatur „ *sequitur* „ *salutaris admonitio, ad quadragesimalis je-* „ *junii observationem.* — *Metrum sapphicum* „ *cum Adonico, authore* Petro Burro *Bru-* „ *gensi.*" Quae admonitio, barbaro satis sermone scripta, deinceps sequitur. Fuit autem ille Petrus Burrus, testante Jo. Alb. Fabricio „ Brugensis Canonicus Ambianus, defunctus A°. 1507. aet. 75. Poeta lyricus eximius." Hactenus de Cod. Trajectino.

Editionum autem conferendarum admodum curta mihi fuit suppellex, majorem quoque partem, e Bibliotheca Rheno-Trajectina mecum communicata; duabus quoque R. Stephani et

et J. Gruteri editionibus, aliunde commodo mihi datis.

Itaque in usum adhibui primum, ut temporis rationem sequar, editionem Roberti Stephani, *Parisiis* A°. 1539., ut titulus prae se fert
„ ex Petri Victorii codd. maxima ex parte
„ descripta, Viri Docti, et in recensendis Au-
„ thoris hujus scriptis, cauti et perdiligentis,
„ quem nos " (inquit Rob. Steph.) „ industria,
„ quanta potuimus, consecuti, quasdam oratio-
„ nes redintegratas, tres libros de legibus mul-
„ to, quam antea, meliores, et reliquias de
„ commentariis, qui *de republica* inscripti erant,
„ magno labore collectas undique, descriptasque
„ libris, vobis exhibemus."

Mentio quoque, in hac editione recensenda, facienda est catalogi variarum lectionum, volum. Hujus editionis primo subjuncti, cui haec editoris verba praemissa sunt: „ Jam Rhetoricos M.
„ Tullii confeceramus, cum allatum est nobis
„ exemplar Venetum, a P. Victorio, docto
„ homine in primis et in hoc genere solertis-
„ mo, emendatum, quod deinceps perpetuo se-
„ cuti sumus. Et quod unum in his libris,
„ qui jam descripti a nobis erant, relinqueba-
„ tur, ut eos cum Victorianis componeremus,
„ varietatesque separatim describeremus, utrum-
„ que nos diligenter fecisse, ex hoc, quem sub-
„ jiciemus indice, poteritis cognoscere." — Sequitur editio Caroli Stephani, Parisiis A°. 1554. quatuor voluminibus, maximi moduli, typis impressa. Huic proxime accedit, quae prodiit ex officina Gryphiana Lugd. A°. 1578. 8. voluminibus, forma 12, quae sane praebet lectiones melioris notae, et hoc nomine omnino praeferen-

renda est editioni, a Car. Stephano comparatae. — Huic temporis ratione succedit editio Manutiana, quae, auctore Aldo, nepote, facta est *Venetiis* ab A°. 1578 - 1583. decem voluminibus, maximi moduli, quae, quamquam summa cum editoris negligentia, in corrigendis operarum peccatis, comparata, ut minus intelligentes facile in errores ducat gravissimos, passim tamen optimae notae praebet lectiones. Quod ad commentarium Audomari Talaei attinet, qui textui *dialogorum de Oratore* est subjunctus, non magni hic quidem est momenti; quae vero passim adduntur, Paulli Manutii animadversiones perpaucae, majoris sunt pretii, et ad criticam rationem maxime accommodatae, in primis propter Borromaei et Fulvii Ursini codices manuscriptos, quibus usus est Manutius. Monendum, hac opportunitate, adhuc videtur, quod in isto hujus editionis exemplari, quod servatur in Bibliotheca Rheno - Trajectina desiderantur paginae octo, quibus continentur, quae inde a Cap 21. §. 96. init. usque ad Cap. 33. §. 150 verba: *paratius atque accuratius dicere*, sequuntur, quae quidem, mala olim fraude cujusdam bibliopolae, compensantur totidem paginis, iisdem numeris, superne notatis, ex *Historia M. T. Ciceronis*, a Franc. Fabricio concinnata. Quae res ideo mihi monenda visa est, ut sibi caveat quisque, ne simili fraude etiam nunc circumveniatur. — Gruterianae porro editionis illius exemplo usi sumus, quae curata est *Hamburgi*, A°. 1618, quatuor tomis, formae maximae, a Frobenio, de qua, quid Ernestii judicio addam, non habeo. Subsequitur editio D. Gothofredi, ad Lambinianam fere

fere expresſa, additis in margine quoque, ubi textus ab illo Lambini discedit, lectionibus ejus et conjecturis, adſcriptis etiam ſuis aliorumqne notulis, non contemnendis. — Prodiit autem *Coloniae Allobrogum*, apud Petr. et Jac. Chouët A°. 1632. uno volumine, litteris minutisſimis. — Ex iis, quae univerſa Ciceronis opera comprehenderunt, ultima mihi fuit, quae ex officina Joan. Blaeu in lucem edita est *Amſtelaedami* A°. 1659. Gryphianae prorſus conſentiens, niſi, quod, paucis admodum locis, aliam praebeat lectionem. Secutus autem est textum Gruterianum, cui tanquam baſis fuit textus Victorii, haud ſemper ipſe e libris ſcriptis, aliorumque conjecturis feliciter mutatus.

Restant editiones dialogorum *M. T. Ciceronis de Oratore*, quae ſeparatim prodiërunt, et primum quidem illa, quae prodiit *Antverpiae*, ex officina Joannis Lóeï A°. 1543. forma 8. cum ſcholiis Phil. Melanchtonis, quae, paucis admodum locis, a *Gryphiana* et Joan. Blaeu recedit, aliquando lectionem praebet meliorem. — Videtur igitur expresſa quoque ad Victorii in primis recenſionem. — Brevitatis ſtudio eam, in notis, Melanchtonis nomine citavimus.

Dein ad manus quoque fuit editio Jac. Proust Viri Cl. e ſocietate Jeſu, quae prodiit Oxonii A°. 1723. forma 8. e typographeo Clarendoniano, impenſis Steph. Fletcheri, cum interpretatione et notis viri illius Cl., additis ſubinde ab editore paucis, cum in interpretatione, tum in notis, nonnullis quoque pasſim immutatis. Quod ad criticas rationes attinet uſus est editor in primis

mis editionibus Oxon. et Cantabr. quae hujusmodi subsidia abunde suppeditant, haud prorsus tamen neglecta MSS. collatione, ut genuinus magis et perspicuus prodiret auctoris textus. In usum denique adhibui exemplar editionis Thomae Cockmanni, hujus interpunctum manu, plurimisque in locis emendatum. — Haec autem editio ita est comparata, ut ad intelligendos hosce *de Oratore* libros, multis sese nominibus studiosae juventuti commendet, operaeque pretium fore existimem, si aliquando, adhibitis virorum doctorum, nostri aevi subsidiis, cum notis selectis recuderetur.

Plura autem qui de his editionibus, tantum non omnibus, legere cupiat, adeat D. Jo. Aug. Ernestii *praefationes ad M. T. Ciceronis Opp. omnium edit. maj. parte priori, inde a pag.* 16 seqq. ejusdemque Cl. Viri *Historiam criticam Opp. Ciceronis, typographorum formulis editorum*, insertam ejus *Opusc. Philoll. et Critt. p.* 135.

Absolutum autem jam fere erat hocce, qualecunque, opusculum, cum mihi, superiori anno innotuerunt editiones horum de oratore dialogorum C. G. Schützii et C. M. Mülleri *altera*, quantum, pro tenuitate mea, judicari potui, post Ernestii editionem, suis meritis haud destituta, quin multis nominibus commendanda. Videtur tamen Schützius nimium tribuisse codicibus, quos contulit, Guelferbytanis, eorumque auctoritate facilius, quam par est, a vulgata lectione recessisse. Nimis quoque sibi indulget Vir doctissimus in adhibenda critica, quae dicitur, conjecturali; ut adeo, contra omnium codicum et editionum auctoritatem, ex suo ipse

ingenio vel mutet, vel resecet, vel etiam transponat, quaecunque, non satis intellecta, sibi, spuria aut glossatoris manum redolere, aut denique librarii errore male descripta videantur. Quam Schützii rationem, si viri critici, in veterum auctorum scriptis recensendis, sequi omnino vellent, vereor ut ab ipsis auctoribus, si monstrari adhuc sua ipsis possent scripta, pro suis agnoscerentur. Utilis saepe quidem est critica conjecturalis, nec pauca per eam sanitati sunt restituta; at illa caute est adhibenda; et quidem prompta manu et oculis, ad hanc rem diu exercitatis, opus est; ne sana, pro male sanis, recta, pro pravis, integra pro vitiosis habeamus, et resecando et medelam adhibendo, et, ut falso saepe opinamur, sanitati auctoris cujusdam consulendo, violentas potius ei manus inferamus et sic insanabili languori eum tradamus. Legenda et relegenda omnino sunt cuique, Criticam exercenti, quae, in hanc rem, eleganter omnino et docte de *Critici* munere disseruit *Davides Ruhnkenius*, in elogio *Hemsterhusii*, quem, ea maxime parte, qua gloriam suam imprimis fundavit, hoc est Critices scientia, in hoc elogio spectandum praebuit.

Altera Mülleri editio, quamvis in multis Schützium nimis presse sequatur, tamen hujus editioni, hoc nomine, est praeferenda, quod cautius, in adhibenda critica conjecturali, procedat; pluribus locis vulgatam lectionem contra Schutzii emendationes in tutelam recipiat, ac strenue ab omni eam injuria defendat; multa quoque, quae ad meliorem rerum ac verborum intelligentiam faciunt, collegerit, ipseque addiderit; ut adeo, si optio esset instituenda, hanc edi-

editionem, prae illa Schutzii, studiosae juventuti commendaremus.

Utramque autem, quantumcunque fieri potuit, in usum nostrum adhibuimus, et ad nostras qualescunque notulas diligenter quidem examinavimus; sed ita, ut quoque consultum sit brevitati. Quis autem nostri laboris sit fructus, videant Viri Doctissimi! — Quodsi vero a gravioribus nostri muneris negotiis aliquando otium nobis contingat, non alieni sumus a cogitatione, comparandae Tullii dialogorum de Oratore novae editionis, additis selectis nonnullis virorum doctorum prisci seriorisque aevi notis, cum criticis, tum in primis grammaticis, meliorem horum dialogorum intelligentiam spectantibus. Quam in rem certe Schützii et Mülleri editiones deinceps universe excutiemus, et si quae alia nobis praesto erunt adjumenta, ea diligenter adhibebimus.

Qua autem ratione, quae nobis suppetebant, adminiculis usi simus, ex ipso nostro opusculo satis patebit; nulli certe editioni fuimus addicti, sed judicio ac ratione, quantumcunque potuimus, id elegimus, quod et ad intelligentiam et ad universam contextae orationis et Ciceroniani etiam sermonis rationem aptissimum visum est. Hanc autem in primis nobis legem posuimus, ne temere a vulgata lectione discederemus. Quam quidem, pluribus locis, contra Ernestii sententiam, (sit pace hujus egregii Viri dictum) defendere conati sumus. De multis judicium nostrum non interposuimus, minus nobis ipsi fidentes, quam aliorum judicio, quid prae ceteris eligendum censerent, relinquentes. — Quo tamen successu in his studiis fuimus

occupati, aliorum, non nostrum erit judicium, eorum scilicet, qui in his litteris quasi toti vivunt ac assidue exercentur; Ernestiorum nostratium scilicet h. e. Wyttenbachiorum, Heusdiorum, Bakiorum, Lennepiorum, Borgerorum, Boscharum, Mahniorum, Peerlkampiorum, aliorumque egregiorum virorum, qui Patriae nostrae laudi gloriaeque sunt.

Nihil praeterea habeo, de quo moneam lectorem, nisi de consilio, quo scriptionem hanc *Speciminis Spicilegii* titulo inscripsi. Quis enim, post tantam tamque copiosam Ernestii messem, aliud sibi relictum speret, quam, ut passim spicas legat, easque rarissimas. En habes rationem, cur *Spicilegii* usus sim titulo. Alia autem tituli partis alterius, *Speciminis* dico, ratio est. Cum enim minus literarum assuetus essem cultura, valde verebar, ne oculis minus exercitatis atque adeo hebetioribus, in eum errorem inciderem, ut, dum me spicas legere existimarem, nil nisi inania stramenta colligerem. Itaque huncce manipulum Viris doctis et in campo litterario quasi messoribus, *Speciminis* nomine, offero, ut inde judicent, num pergere mihi aliquando, si concedatur otium, liceat, an vero, ut ad alia potius omnia, quam ad hoc studium, me transferam. Qua de re non dubito, quin humaniter me sint commonefacturi.

Scripsi Harderovici A°. MDCCCXXI.

M.

M. TULLII CICERONIS

AD

Q. FRATREM

DIALOGI TRES DE ORATORE.

DIALOGUS PRIMUS.

Cap. III. §. 10. *quin omnem — cogitatione comprehenderit.* — Haud cum Ernestio, summo viro, existimaverim jungenda esse: *scientiae cogitatione;* sed, si praeferenda sit lectio, quae praebet: *cogitatione*, illi, qua legitur *cognitione*, (qua de re dubius adhuc haereo,) connectenda mihi videntur: *cogitatione comprehenderit*, et *scientiae* referendum puto ad *materiam*, quod praecessit. — In cod. qui est in Bibl. Rheno-Traject. legitur *scientia et cognitione;* eandem lectionem praebent editt. R. et C. Stephani et quae prodiit ex officina Joan. Loëi A°. 1543. *Antverpiae* cum Scholiis Phil. Melanchtonis, quam deinceps, compendii caussa, Melanchtonis nomine, citabimus; itemque illa Jac. Proust, quae prodiit *Oxonii* 1723. — Aldus dedit *scientia et cogitatione.* Vulgat. praebent Grut. et Müllerus; Schützius

zius autem *scientia et cogitatione*, collatis, quae supra §. 9. habentur: *vel scientia et pervestigatione, vel disserendi ratione comprehenderint*. Lectio autem, quae praebet *cognitionem*, omnino videtur praeferenda, ac per *cognitionem* idem h. l. intelligendum esse, quod ibi per *pervestigationem*.

Cap. VII. §. 25. *qui tum tribunatum plebis petebat*. Haud sollicitandus videtur locus; neque opus est legendo cum Pearcio: *tribunus plebis erat*, aut cum Ernestio: *qui tribunatum gerebat*. — Isto enim tempore, quo in Tusculanum, sui colligendi causa, Crassus sese contulit, quo etiam convenerant Quint. Muc. Scaevola, Crassi olim socer et M. Antonius ejusdem familiaris, itemque adolescentes C. Cotta et P. Sulpicius, isto inquam tempore, *Drusus*, cui familiares erant Cotta et Sulpicius, *tribunus plebis* erat, cujus tribunatus tamen, pro senatus auctoritate susceptus, infringi jam debilitarique videbatur. *Cajus* autem *Cotta*, eodem isto tempore *tribunatum*, in sequentem annum, *petebat*, quod *P. Sulpicius* deinceps *facturus putabatur*, quibus quidem adolescentibus Senatorius ordo dignitatem suam, contra Philippi consulis auctoritatem atque molitiones, qui equitum factioni maxime favebat, defensum iri sperabat, quam nunc quidem, Drusi tribunatu, labantem sentiebat. Cum deinceps ad nostram venerunt notitiam editiones Schützii et Mülleri, non sine voluptate vidimus, nostrum de hoc loco judicium hujus utriusque viri judicio confirmari. Nec obstant, quae narrantur Lib. III. cap. III. §. 11. *Cajum Cottam, paucis diebus, post mortem Crassi, depulsum per invidiam tribunatu*, qui-

quibus verbis, ut recte animadvertit Schützius, cui assentitur Müllerus, non indicatur, eum dejectum fuisse a tribunatu, *quem jam gesserat*, sed repulsâ exclusum a tribunatu *quem petebat*. cff. duumviri ad h. l. — Doctiss. Thorbecke in *Comment. de perfecto oratore e sententia Ciceronis* p. 40 de C. Aurel. Cotta disputans narrat; „petebat tribunatum eo anno, quo „mortuus est Crassus: sed eo, paucis diebus „post, per invidiam est depulsus: quod ita in„tellexit Jo. Aug. Ernesti, quasi C. Cotta, eo „tempore fuisset tribunus plebis, sed ipsa tem„poris ratio docet, Ciceronem potius significare, „Cottam de petitione tribunatus depulsum fuis„se." — Nostram igitur de h. l. sententiam et hic vir Doctiss. confirmat. — Vulgata quoque lectio adest in Cod. Traject. nec non apud Melancht. Ald. Proust, R. et C. Stephanum, qui e vet. Cod. notavit *qui tum tribunus plebis petebatur*, et apud Grut.

§. 28. *dicebat*. — Post *dicebat* interpungendum censeo, non, ut Ernestius fecit, post *tum*. — *Dicebat* autem referendum ad *Cotta* §. 26. Eadem, qua nos, ratione interpunctum reperimus in Cod. Traject. et in edit Petr. et Jac. Chouet, quae prodiit *Coloniae Allobrogum* a°. 1632. 4°. Melancht. habet sine *et: in ambulationem ventum esse dicebat: tum Scaev.* caet. quam lectionem quoque notarunt R. et C. Steph. et edidit Aldus. Schützius et Müllerus post Brutum et Lamb. ejecerunt *dicebat*.

duobus spatiis tribusve factis, h. e. deambulato bis terve spatio illo, quod ambulationibus in Tusculano destinatum erat.

§. 29. *Immo vero commodius etiam* sc. *dixisse*

se et subintelligendum: *tu te abjicere potes*, nempe *in pulvinos*, quos mox Crassus poposcit. Abest a Cod. Traject. *que* post *pulvinos*.

Cap. VIII. §. 30. *quo velit — unde velit*. Assentimur Ernestio, arbitranti, utroque loco legendum esse *velis*, sed hoc jam Gothofredus conjecerat, in notis ad edit. Petri et Joan Chouët; edidit quoque sic Aldus. Vulgatam praebent Cod. Traj. C. et R. Steph. Melancht. Jac. Proust et Grut. — Schützius et Müllerus vulgatam praebent lectionem, et per ellipsin τοῦ *aliquis*, tertiam pers. sing. infinite poni putant.

§. 32. *provocare improbos*. Varia lectio, quae praebet *integros*, orta mihi videtur e lectione, a prima manu, *in te*. Jam vero, cum continue olim scriberent *inte*, sciolus aliquis librarius id sic supplevit *integros*. Cum autem *integros* et *improbos* simul stare non possent, hinc ab aliis aliter deinceps descriptum, et sic in nonnullos codd. irrepsit lectio *integros*.

Cap. X. §. 43. *putares esse*. Equidem simpliciter legerim *putas esse*. Ex hoc enim facillime, iterata a librario prima verbi *esse* syllaba, oriri potuit *putasses esse*, quod habet MS. Erl. — *putas esse* legitur quoque in Cod. Traject. in edit. Gryph. Joan. Blaeu, apud Lamb. Melancht. Ald. R. Steph., Grut. et Jac. Proust. — C. Steph. habet *putasses*, sed e vet. cod. notavit *putas esse*. Nec, fateor, video, cur h. l. modus, qui dicitur, conjunctivus, obtinere debeat, quem tamen praefert Ernestius. — Schützium quoque et Müllerum deprehendimus nostrae favisse sententiae.

Cap. XIV. §. 60. *de omni reipublicae genere*

re dici. — Quamquam asſentior Erneſtio, putanti, *dici* h. l. minus eleganter repeti, ſpurium tamen illud eſſe, haud dixerim. Cur enim Ciceroni non aliquando accidere potuerit, quod proverbio dicitur:

Quandoque bonus dormitat Homerus (*)?

dici obviam quoque est in Cod. Traject. apud Ald. Lamb. et Jac. Prouſt. C. Steph. edidit *de omni republica dici*, ſed e priori cod. notavit lectionem: *de omni reipublicae genere*, quae item est lectio R. Steph. et Grut. cf. Schützius, nobis aſſentiens.

Cap. XVIII. §. 82. *Namque egomet — veniſſem.* Aut cum omnibus editt. primis et MS. Erl. legendum: *proconſul*, aut pro *qui* ſcribendum *cum* et post *attigiſſem* inſerenda particula copulativa *et*, qua ratione verborum conſtructio bene ſeſe habebit. *Proconſul* praebent quoque editt. Gryph. Joan. Blaeu. C. et R. Steph. Melancht. et Aldus, quod item legitur in Cod. Traject. ibi autem ante *cum proconſul*, abest *tamen*, quod certe, librarii errore, deinceps, in ſequenti periodo, alieno loco reperitur: *ſed* tamen *cotidie mecum* caet. Illi *tamen* vero ſuperſcriptum, ſeriori, ut videtur, manu, reperi *cum*. Lamb. habet *pro conſule*.

Itaque, ſi admittamus lectionem *proconſul*, quae certe praeferenda videtur, locus ſic videtur interpungendus: *Namque egomet, qui ſero ac leviter Graecas litteras attigiſſem, tamen cum, proconſul in Ciliciam proficiſcens, Athenas veniſſem, complures tum ibi dies*

(*) Horat. de art. Poet. vers 359.

dies sum, propter navigandi difficultatem, commoratus. — *Proconsule* praebent Jac. Proust et Grut.

Similem autem locum et vitium quoque simile reperisse mihi videor, de *Legg.* lib. I. cap. 20. §. 53. Ubi *Atticus*, *Marco* affirmante, controversiam de fine bonorum, plenam quamvis dissensionis, inter doctissimos aliquando tamen judicandam esse, *qui, istuc*, inquit, *fieri potest L. Gellio mortuo?* Resp. *Marcus, quid tandem id ad rem? Quia*, inquit *Atticus*, *me Athenis audire ex Phaedro meo memini, Gellium, familiarem tuum, cum proconsule ex praetura in Graeciam venisset, Athenis philosophos, qui tum erant, in locum unum convocasse* caet. Hic quoque pro *proconsul*, legitur *proconsule* nisi forte, utroque loco, legendum *pro consule*, quod tamen minus placet. cf Müllerus.

Animadvertendum praeterea duco, Antonium summa h. l. modestia narrare, qua occasione, in hominum doctissimorum, qui tum Athenis degebant, notitiam et familiaritatem venerit, eorumque de officio et ratione oratoris diversam sententiam cognoverit, ne hac re gloriari, et ut suo tempore fere consuetum erat, maximopere se efferre videretur. — Horum igitur Graecorum philosophorum commercium se non studiose quaesivisse, sed forte fortuna accidisse, indicat, ut, dum in Ciliciam, publico ibi munere functurus, iter intenderet, complures dies Athenis, ubi portus erat opportunus, Piraeus scilicet, commorandum sibi fuisset, propter navigandi difficultatem, vento nempe aut vehementer nimis aut adversum flante, quo utroque in casu, in ista artis navigandi infantia, periculosum fuisset

ſet mari ſeſe committere. Itaque hanc Athenis commorandi necesſitatem commercii cum Graecis istis philoſophis anſam dedisſe.

Cap. XXV. §. 113. *ſic igitur - ſentio.* Est haec quoque lectio Melancht. C. Steph. Gryph. et Joan. Blaeu, annuente Cod. Traject. — Grut. et R. Steph. *ſic igitur cenſeo.* Schützius et Müllerus praebent quoque *ſentio.*

§. 114. *Latera, vires.* Haec etiam lectio est in Cod. Traj. apud C. et R. Steph. Melancht. asſentientt. Gryph. Joan. Blaeu et Grut. cff. Schützius et Müllerus.

§. 115. *Ita — ornati.* Idem verborum ordo est in Cod. Traj. praeterquam quod primum *ita* ante *iisdem*, quod in hoc cod. ſcribitur *hisdem*, ab eo abest. Uterque Steph. et Grut. plane Ernestio asſentiunt; refragatur autem Melancht. qui vulg. praebet lect. cff. Schützius et Müllerus item Ernestio annuentes.

Cap. XXV. §. 115. *ut non nati, ſed — ficti esſe videantur.* Liceat mihi ab Ernestii, ſummi viri, ſententia hic aliquantulum discedere: nam neque „ hic aliquid deëſſe ad ſenſum et ad concinnitatem" cum viro praeclaro judicaverim, quod ſupplendum esſet verbis: *ad dicendum*; neque pro *ficti* legerim *facti*, quo modo idem ille vir corrigendum esſe ſentit. Crasſus enim quorundam naturales, ad dicendum, facultates adeo praeclaras esſe ait, ut eos non ab humana ſtirpe oriundos, ſed Deorum quaſi progeniem esſe diceres. Quod autem ad illud *ficti* attinet, elegantius hoc quidem, quam *facti* videtur; *fingere* enim est vox propria in re ſtatuaria, Deusque hîc aliquis proponitur, qui tanquam

quam ſtatuarius, hos, oratoriis muneribus natura inſtructos, veluti ſtatuam, ſummo finxerit artificio.

Univerſe autem *fingere* de iis, quae arte, etiam qualicunque, fiunt, uſurpatur. Sic de *Officiis* Lib. I. cap. 44. §. 157. obviam est de apum examinibus, favos fingentibus: *Atque ut apum examina non fingendorum favorum cauſa congregantur, ſed, cum congregabilia natura ſint, fingunt favos* caet. *ficti* habent quoque editt. Gryph. Joan. Blaeu, Lamb. Melancht. R. Steph. Grut. et Jac. Proust. — C. Steph. et Gothofred., in nota, habent *facti*. In Cod. Traject. legitur *electi*. Schützius, qui hic respici putat Prometheum, idem plane habet; nec non, qui ab ejus auctoritate vir totus pendet, Müllerus nobiscum ſentit.

§. 116. *vitia in dicente, quam recta videat.* Singularis est lectio apud Melancht. *vitia in dicente judicet, quam ea laudet, quae recta videat*, orta profecto e gloſſa, quae deinceps in textum recepta est. Melanchtoni conſentit R. Steph. praeterquam, quod *in dicente* omittat, cf. Schützius.

§. 117. *homini novo.* — Ernestio aſſentior existimanti, transpoſita haec eſſe, et post *aequali meo* ponenda. Vulg. lect. praebet quoque Cod. Traject. in quo item legitur *videt*, qua in re MS. Erl. a. m. pr. conſentit. — cff. Schützius et Müllerus, qui putant, transpoſitione h. l. non opus eſſe, quin gravius (*homini novo*) postponi verbo *fuiſſe*, ita, ut idem ſit ac *quamvis homini novo*.

Quis vestrum aequalem meum. Sic quoque habet Cod. Traject. ſed probo Pearcium, Ernes-

nestiumque illud *meum* tollentes et pro *habuit* restituentes *habet*, secuti in eo R. Steph. *aequalem*, sine *meum*, praebet quoque Jac. Proust.

Cap. XXXI. §. 140. *scriptum dissideat.* In Cod. Traject. est *dissentiat*. Codd. Guelff. B. C. *scriptura dissentiat* cf. Müllerus.

Cap. XXXII. §. 145. *quodcumque sibi proposuerit, minus aberret.* Singularis est lectio in Cod. Traj. *quodcunque sibi proposuerat munus haberet.* Suspicor, a prima manu scriptum esse *minus haberet* corruptum ex *aberret*, ex quo a posteriore manu, addita adhuc lineola ante *i* in *minus*, factum *munus*, nam lineola haec atriore ceteris atramento scripta videtur, quarum sive emendationum, sive corruptelarum plura in hoc cod. passim occurrunt exempla.

Cap. XXXII. §. 146. *atque id egisse.* „Frigidum esse videtur" ait Ernestius, in nota ad h. l. — Et ego in hunc locum offendi, atque priusquam Ernestii notas inspexeram, exemplaris mei margini adscripseram *elegisse* aut *attendisse*. Re autem propius considerata, locum integrum esse statui, nec quidquam in eo mutandum. In quam opinionem me induxit Viri cujusdam Cl. quocum meam de hoc loco conjecturam communicavi, judicium atque auctoritas. Itaque verba: *atque id egisse*, quamquam absolute, Latine tamen scripta esse puto. — Scilicet Crassus de eloquentiae arte h. e. de ejus praeceptis disserens, horum praeceptorum originem inde repetit, quod homines quidem observaverint ea, quae sua sponte homines eloquentes facerent, atque id *egerint* h. e. *summo in id studio incubuerint, ut observarent ea, et inde artem aliquam rationemque dicendi concin-*

cinnarent. — Ceterum Lamb. jam conjecerat *atque in artem redegisse*, quae certe conjectura Ernestio ansam praebuit conjiciendi *ad artemque redegisse.* In Cod. Traject. et in cunctis, quas inspicere mihi licuit, editt. reperi quoque *atque id egisse.* — Ut autem sive Lambini sive Ernestii conjecturae pretium suum tribuamus, et in dijudicandis hujus animadversionibus summa fide versemur, praeter locum, quem, pro sua conjectura, in nota ad h. l., e § 186. citavit, alius adhuc et majoris, ut videtur, ponderis afferri potest e Lib. II. Cap. XXXIII. §. 142. ubi legitur quoque phrasis: *et ad artem facile redacturum.* — Schützius et Müllerus praebent *digessisse*, quorum uterque conferri in notis potest: difficilior autem lectio *atque id egisse*, nobis etiamnunc artis criticae lege, praeferenda videtur.

§. 147. *quique ea.* — Ernestius habet: „ int. *ingrediuntur* nisi quid excidit." Nos autem *quique ea* plane delenda esse putamus, atque lectionem hanc sic fere in textum irrepsisse: — Librarius aliquis e cod., litteris, ut fere solet, continuatis scripto, post verba *in stadium* e sequentibus, *quae agenda*, descripsit quaea; dein, oculorum aberratione, iterum scripsit *quaeagenda*, et, vel errore suo detecto, priora non delevit, ne suo exemplari externae elegantiae atque nitoris aliquid decederet. — Alius deinceps librarius, cui hoc exemplar describendum dabatur, in eo legit: *qua ea quae agenda.* Sed illud *qua* vitiosum putans, pro eo restituit *qui*, ut referretur ad antecedens *ii.* At vel ipse hic, vel alius quoque vidit, vel sic tamen post *qui*

ila-

aliquid deësse, ut conjungeretur cum: *qui ingrediuntur*, quod mox praecesserat: itaque particulae *qui* affixit copulativum *que* et sic orta videtur lectio *quique ea*. Jam vero si haec lectio, prorsus e textu eliminetur, omnia videntur plana, nec quidquam difficultatis praebere orationem, si ita legamus: *Sed ii, qui ingrediuntur in stadium, quae agenda sunt in foro, tanquam in acië, possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra praediscere ac meditari.*

Sed alia adhuc ratio nobis, ab omni parte hanc orationis partem perpendentibus, sese obtulit, qua nil prorsus, in textu vulgari, esset mutandum, et omnis hujus loci difficultas, apta verborum constructione, tolleretur, quae quidem sic foret instituenda: *Sed ii quique*, (plur. pron. quisque) *qui ingrediuntur in studium, ea, quae agenda sunt in foro, tanquam in acië, possunt etiam nunc, exercitatione quasi ludicra, praediscere ac meditari.* Hujus alterutrius rationis, si cuiquam placere potuerit, optionem sibi faciat, quamquam haud diffiteor, *sed ii quique qui* durius videri. — Ejusmodi autem exempp. passim apud Ciceronem occurrunt, ut orat. in Cat. II. c. VIII. §. 17. ubi una eademque serie legitur: *quem, quia, quod* caet. In Cod. Traject. legitur: *sed his qui ingrediuntur ad studium, quique ea quae agenda sunt in foro, tamquam acië possunt etiam nunc exercitatione quasi ludicra* perdiscere *ac meditari.* In quo animadvertendum illud *his* scriptum pro *iis*, cujus rei plurima passim in hoc cod. occurrunt exempla, ut *hisdem* pro *iisdem.* Melancht. et uterque Steph. habent: *Sed iis qui ingrediuntur ad studium*, assentientt. editt. Gryph.

Gryph. et Joan. Blaeu. *Ad stadium* autem est e conjectura Lambini. Jac. Proust *sed iis, qui ingred. in stadium* caet. sic quoque Grut. — A Ciceronis autem ratione haud alienum esse illud: *ingredi ad studium*, vel e cap. XXI. §. 94. patet, ubi legitur: *qui ante, quam ad discendum ingressi sumus* caet.

Sed observanda adhuc hujus loci elegantia. Utitur enim Cicero similitudine, ducta e re militari; quemadmodum igitur milites, ante quam in militiam proficiscuntur, in iis omnibus, quae pugnas et praelia spectant, quasi in ludo exerceantur, ut, acië instructa, bene sint, ad dimicandum cum hoste, praeparati, sic quoque Crassus eloquentiae studiosos, ante, quam in forum prodeant, publice dicendi causa, exerceri vult atque praeparari, ut sive causam defendant, sive contra dicant, apud auditores gratiam ineant, et hac ratione faciliorem de adversario certioremque victoriam reportent. cff. omnino Schützius et Müllerus in notis ad h. l.

Cap. XXXIV. §. 154. *in quotidianis autem cogitationibus.* In Cod. Traject. est *exercitationibus*, quod jam Pearcius sive conjecerat, sive ex libris protulerat. Et ego hoc quidem praetulcrim; nam bene sonare videntur *in quotidianis exercitationibus — illam exercitationem* et, quod ad sensum, illud *exercc.* aptissimum est. C. Steph. habet *in quotidianis concertationibus.* In indice autem variarr. lectt. notavit prius *cogitationibus.* Utramque lectionem *exercitt.* et *concertatt.* notavit quoque Gothofredus. Ald. praebet: *commendationibus.* Vulg. adest apud Jac. Proust R. Steph. et Grut., qui in nota habet „*in q. a. concitationibus.*

„ Non

„ Non abit ab hac ſcriptura ed. Vet. et Pall. „ noſtri; poſt cuſi *cogitationibus.*" P. Manutius edidit: *commentationibus* cf. Müllerus, qui cum Manutio quoque praefert *commentationibus*, quod facit quoque Schützius, qui in Guelff. B, C. reperit *concitationibus*.

§. 157. *Medium in agmen.* Et hic locus in primis est elegans. Recte eum explicat Ernestius. Conferri cum hoc loco debet ſimilis locus, de Legg. lib. III. cap. 6. §. 14, ubi Marcus, veteres, qui de magiſtratibus disputaverant, graecos doctisſimos enumerans, de Phalereo Demetrio, Theophraſti diſcipulo, ait: *mirabiliter doctrinam ex umbraculis eruditorum, otioque, non modo in ſolem atque pulverem, ſed in ipſum discrimen aciemque produxit* cf. omnino Müllerus.

Cap. XXXV. §. 160. *Silentium est conſecutum.* Cod. Traject. habet: *ſubſecutum*, quod meo, qualicunque, Latinitatis ſenſu praetulerim. —„ Verbo compoſito " inquit Müllerus, „ exprimitur omnium ſilentium esſe ſequutum."

§. 162. *Quin tu igitur facis idem.* — *Quin* h. l. idem est ac *cur non*, ita, ut ex Cotta Scaevola quaerat: *cur tu igitur non idem facis, quod faceres* caet. Tum vero, post *venisſes*, cum interrogandi ſigno est interpungendum, ut quoque fecerunt R. Steph. et Grut. aliique. Cicero ſaepius particula *quin* hac uſus est ſignificatione, ut Cic. Rab. Perd. 6. *quin continetis vocem* et de Legg. II. cap. 4. §§. 13 et 14. nec non Livius *Lib.* I. 5. 7 et ſic quoque ſaepisſime apud Plautum Terentiumque occurrit. Cod. Traj. praebet *facis*, ac deinceps; *ſi in aliquam domum plenam ullam ve-*

tiisses caet. abest igitur *ornamentorum*. Ceterum lectio: *yllam venisses* orta ex *villamve venisses*, omissa semel a librario, in discribendo codice, syllaba *ve*. Sic quoque post *v* in *vllam* omissa est littera *i*. — C. Steph. *vel in villam*. Melancht. *ornamentorum illam*, cui consentit Gryph. — Editt. Grut. et Joann. Blaeu habent *villamque*. Lectionem *illam* jam notavit C. Stephanus, atque edidit R. Steph. — Grut. in nota habet: „ *d. p. o. villamque*] est a Pal. „ pr., nam edit. pr. *vel villam*, sequentes *il-* „ *lam* sed male; nam omnes scripti: *ullam* aut „ *villam*." cff. Müllerus et Schützius." Ut autem hoc quoque animadvertam §§. 161, et 162. elegantiarum sunt plenissimi. — Simile illud, quo utitur Cotta §. 161. in primis est elegans, ac ipse Cicero, Cottae personam gerens, dum Crassi divitias ac ornamenta ingenii laudibus effert, lectissima et ornatissima utitur oratione, seseque eloquentissimum et disertissimum ostendit. — —

tu valde. Haud cum Ernestio, praeeunte ed. W. deleverim particulam *que*, post *tu*; saltem, hac deleta, cum M. S. E. ei substituerem *qui*. In Gryph. et Joan. Bleau obviam quoque est *tuque*, nec non apud Gothofred. — Cod. Traj. et Lamb. habent: *tu qui*. Deinceps quoque in Cod. Traj. legitur, scribendi errore, *juberes et* pro *juberet*, itemque *si esses familiaris*, sed pro *petes*; quae vera est lectio, praebet *petis*. C. Steph. *tu qui*. Melancht. *tuque*, uterque *esset famil.* et *petes*. Ald. et R. Steph. *tuque* — *esset* — *petes*. Grut. et Jac. Proust *tuque esset* — *petis*. Grut. in nota: „ haud secus Pall. aliquot et Pith. prius impressi *esses* et *petes*." cf. omni-

hinc Müllerus, in nota ad h. l. qui edidit quoque *tuque*. Schützius praebet *tu*, sine *que*.

Cap. XXXVI. §. 165. *De naturis hominum — reprimerentur.* Grut. in nota: „ pro istis omnibus solum est in Memmiano et Pal. pr. et „ sec. *de naturis, quomodo hominum mentes* „ caet. et forsan cetera sunt a librariis." Equidem putaverim, omissa ea potius esse a librario, usque ad *quibus*, quod, cum alter cum *naturis* haud convenire videret, mutavit in *quomodo*. — Schützius, et Harles *incitantur* et *reprimuntur* ex edit. omnib. Rom. et Kob. ediderunt. Müllerus vulgatam sequitur lectionem, quod fit quoque a nobis.

§. 166. *Innumerabilia et immensa.* In Cod. Traj. est *universa*, sed nil facilius quam quod ex *immensa* factum sit *universa*, quod cuivis, codicem nostrum inspicienti, statim patebit. C. Steph. tantum habet: *quae sunt immensa*, assentiente Lamb. notavit autem ille lectionem vetustiorem: *innumerabilia et immensa*; vulgatam autem habent ceterae, quas evolvi, editt.

Quos multas horas exspectavit caet. Haud assentior Ernestio, dicenti: „ locum hunc vix satis esse sanum " nullam enim difficultatem fere praebet, si, cum editt. prr. legamus *exspectavi* et *properarem*, quod utrumque referendum ad Crassum. Et hanc quidem lectionem unice veram esse, e contexta oratione, demonstrare conabimur. Non enim nostrae sententiae repugnat, quod putat Ernestius, nomen *Scaevola*, quod non, ut cum grammaticis loquar, casu nominativo, sed vocativo est accipiendum. Sermo enim h. l. Crassum inter et Scaevolam obtinet. — Ac, ne altius rem repetam, videamus initium

V 2 ca-

capitis hujus XXXVI. Ibi, *Enimvero, inquit Crassus, mirari non ſatis queo, etiam te haec, Scaevola! deſiderare ac tuis auribus. — Ain' tu, inquit ille* (Scaevola) et protrahit ſermonem usque in finem §. 165. Cum initio §. 166. respondet Crasſus: *Potes igitur — oratores putare eos, quos multas horas* exspectavi, *cum in campum* properarem, *et ridens et ſtomachans, Scaevola! cum Hypſeus — liberaretur.* Jam rurſus respondet Scaevola: *Ego vero istos — non modo oratoris nomine, ſed ne foro quidem dignos putarim.* Et ſic porro ſermo, Crasſum inter et Scaevolam, continuatur. Addit autem, hoc ultimo loco, Cicero, jam ipſe loquens, in parentheſi, (*memini enim, mihi narrare Mucium*) h. e. *Scaevolam*, quem ſupra §. 164. eodem etiam nomine, loquentem induxerat. Illic enim est: *Ego, mehercule, inquit* Mucius, quo nomine, variandae orationis cauſa, et ne nimis crebro Scaevolae nomen repetat, uſus fuisſe Tullius noster videtur. — Ac, ne quis Scaevolae nomen nimis longe, hoc nostro loco, ab orationis initio distare putet, quam, quod accipi caſu vocativo, ut dicunt, queat, recurrat velim ad initium Cap. XXXVI, ubi idem nomen, ſpatio ſatis longo, a ſermonis initio remotum reperitur. — Conſentientem nobiscum habemus cod. Traj. — Vulgatam autem praebent Aldus, Lamb. C. et R. Steph. Grut. Melancht. Jac. Proust. Gryph. et Joan Blaeu. Schützius et Müllerus quoque vulgatae calculum ſuum addunt, qui tamen ſuis, ad h. l. notis, ut a mea discedam ſententia, me permovere nondum potuerunt. Aliter autem judicare non potuerunt duumviri, quod verba illa: *memini enim, mihi nar-*

narrare Mucium, tribuant Scaevolae cum Crasso disputanti; cum, nostro, si quid valet, judicio, tribuenda sint Ciceroni, qui ipse narrat, se meminisse, Mucium, quem cum Crasso disserentem inducit, sibi narrasse hanc inter hosce duumviros disputationem. Conferri tamen merentur Schützii et Mülleri itemque Jac. Proust notae, quae hunc locum, quam optime explicant.

§. 167. *Juris civilis prudentia.*] Grut. notavit „ Pal. pr. sec. Sof. Pith. Mem. *scientia*, „ quod forsan hic convenientius."

Cap. XXXVII. §. 170. *Cum multis aliis rebus* caet. Pro *cum* legitur in cod. Traj. *et*, quod praetulerim, consentientibus editt. primis et R. Steph. in quibus etiam *et* legitur pro *tum* ante *praecipue*. — Utrumque autem abest a cod. Traj. et Grut., qui tamen praebet *cum multis* caet. Jac. Proust: *et multis aliis in rebus* — *et praecipue*. — Schützius *quum multis* — *tum praecipue* Müllerus *et multis* — *et praecipue*. — Cum Schützio et Müllero quoque *efferendum*, non *ferendum*, legendum esse putamus. Müllerus e Lib. III. 56, 214. citat *tantopere ferri*, pro *maxime laudari*, quod tamen errore librarii sic scriptum esse judicamus, in cod. quodam, omissione alterius litterae *e*, seu in fine vocab. *tantopere* seu in initio verbi *efferri*, legentis: *tantopere ferri*.

Illum divitem. De officc. Lib. II. Cap. 16. §. 57. de eo dicit Cicero: *P. Crassus, cum cognomine dives.*

Quod cum P. Scaevolae frater esset solitus ei persaepe dicere. Dicere non possum, quanto affectus sim gaudio, puerili fere, cum in Gryphia-

phiana mea editione, qua sola, praeter Ernestinam, tum utebar, hunc locum plane fere repererim, ut emendari eum vult Ernestius. — Scilicet in editione operum M. T. Ciceronis, quae prodiit *Lugduni* apud Antonium Gryphium Anno 1578, et ut titulus Tomi *Rhetoricorum* secundi perhibet, „ ad castigatissima quaeque „ exemplaria, praecipue Victorii, ac Pauli Manutii castigata," locus, hic hoc modo, sese habet: *quod, cum P. Scaevolae frater esset, solitus* est *ei persaepe dicere, neque illum in jure civili satis illi arti facere posse, nisi dicendi copiam assumpsisset, (quod quidem hic, qui mecum consul fuit, filius ejus, est consecutus,) neque se ante causas amicorum tractare atque agere coepisse, quam jus civile didicisset.* En habes illud *est* post *solitus*, de quo Ernestius ait: „ puto excidisse " habes etiam verba: *quod quidem hic — consecutus* in parenthesi, de quibus Vir summus ita sententiam suam pronunciat: „ Denique haec — parenthesi sunt „ accipienda." Itaque jam suo tempore Gryphius ex Victorio, qui eandem praebet lectionem, sic edidit, ut integritati hunc locum restituere voluit Ernestius. — Postea, inspectis aliis editt. consentientes Gryphianae reperimus: Lamb. Melancht. C. Steph. et Ald. affirmante cod. Traj. — Vulgatam praebent Jac. Proust et Grut., qui tamen pro *Scaevolae* expressit *Scaevola* e Pal. pr. Pith. ac Mem. — Schützius quoque et Müllerus idem perhibent. Prior e *Guilielmii* verisim. p. 42. e M. S. Tolos. citat: *quod cum P. Scaevola superesset*, quod ipsi placeret, si, pro *frater* ex editt. pr. servaretur, *fratri*. Nobis autem haec Glos-

sam

ſam olent. Quod autem attinet ad verba *illi arti*, quae uncis incluſit Erneſtius, quaeque valde Gloſſam olere putat, ea mihi quoque, ſpuria aliquando viſa ſunt. Nunc autem non eſſe ſollicitanda exiſtimo.

Si quis autem, cum Erneſtio, rejicienda haec duo vocabula putet, ſic forte in textum irrepſiſſe poſſint. Scilicet librarius aliquis, oculorum aberratione, continua litterarum ſerie, ut olim mos erat, ſcripſit: *in jure civili ſatiſiliſatis*, (nam librarios magis depinxiſſe, quam deſcripſiſſe libros, vel me haud monente, ſatis notum.) Alius deinceps librarius, hunc librum deſcripturus, haec verba, continue ſcripta, ſic fere legit: *in jure civili ſatis ilis atis facere poſſe.* Itaque, cum haud intelligeret, quid eſſet illud *ilis atis*, et mendoſe haec ſcripta eſſe, et recte quidem, exiſtimaret, vel in textu emendavit *illi arti*, vel margini ſui codicis haec, tanquam gloſſam, adſcripſit, unde alii deinceps libri hanc lectionem receperunt. In Cod. Traj. quoque adest *illi arti*, nec non in omnibus, quas inſpicere mihi licuit editt. cf. Schützius.

Cap. XXXVIII. *Poſſe ſe facile ceteris armis prudentiae tueri atque defendere.* Recte judicat Erneſtius, *ſe* et *cauſas*, quod libri vulgati habent, ante *tueri*, ſimul ſtare non poſſe; ſed haud cum illo deleverim *cauſas*, auctoritate librorum aliquot editorum et M. S. E. Nam cauſa quidem afferri poteſt, cur nonnulli editores atque librarii etiam deleverint illud *cauſas*, ſc. propter ſenſum; ſed idonea ſatis ratio dari nequit, de modo, quo in textum venerit, niſi ab initio adfuerit; cum illa lectio, quae praebet *ſe* omiſſo *cauſas*, ante *tueri*, per ſe, nullam ha-

habeat difficultatem. At, unde venerit *se* ratio, et illa admodum simplex, reddi potest: sc. repetita, librarii incuria, ultima verbi *posse*, quod mox praecedit, syllaba. Quod quomodo non viderit vir sagacissimus, valde miror.

Praebent quoque *causas* omisso *se* C et R Steph. Gryph. Joan. Blaeu, Ald. Melancht. Lamb. et Jac. Proust, atque adeo nostrum de hoc loco judicium confirmant. A cod. autem Traj. abest utrumque *se* et *causas* quod item obtinet in cod. Guelf. A. — Vulgatam praebet Grut., qui, in nota, scripsit: „ pronomen „ istud [se] inserendum autumabat Gulielmius, „ exstatque diserte in M. SS. Pall. posterioribus „ omnibus; item in editione principe." — Schützius et Müllerus praebent *se*, omittunt vero *causas*.

§. 173. *Testamentorum ruptorum aut ratorum.* Equidem non ausim contra editt. prr. et MM. SS. auctoritatem, cum Ernestio, quem Schützius et Müllerus sequuntur, in suspicionem adducere illud *ruptorum* aut *ratorum*, tanquam a Glossatore natum. Nam in loco, qui, mea, qualicunque, sententia, nullam offert difficultatem, Glossae idoneam rationem me invenire haud posse, lubens fateor. Quod autem a nonnullis edd. abest illud *aut ratorum*, inde repeti possit, quod secutae sunt librum, in quo a librario, in describendo codice manuscripto, facili errore, propter utriusque vocabuli similem sonum, posterius omissum sit. Habent autem lectionem *ruptorum aut ratorum* cod. Traj. Ald. Lamb. Melancht. C et P Steph. quorum prior e vetustiore cod. sive lib. edito notavit: „ *aut raptorum* unde deinceps facile ortum

„ est,

„ est, *ruptorum*, quod ansam dedit librario al-
„ terum illud *ruptorum* delendi, unde illa lec-
„ tio orta, quae tantum habet *ruptorum*, omis-
„ so *ratorum*." — Adest quoque haec lectio in edit. Jac. Proust. — Grut. *ruptorum*. In nota habet: „ delevi, quod sequebatur in vulgatis:
„ *aut ratorum*, quod non exstaret in Mem. aut
„ Pitt., solumque haberet sec. *testamentorum*
„ *raptorum*. Primus vero ac Tosanus, alterque
„ Memmii: *testamentorum ruptorum aut rap-*
„ *torum*, ut appareat, appositum, a scribis,
„ pro lectione variante." cff. Duumviri S. et M. saepius laudati.

§. 175. *Testamento exheres filius*. Pace Ernestii V. Cl. minime spuria et a Glossatore adscripta haec judicaverim. — Nam, si recte video, *lex* et *testamentum* h. l. sibi in vicem opponuntur; lege enim, qua bonorum paternorum heres erat filius, in hereditatem hic egit paternam; ad testamentum autem provocabat is, quem pater, nuncio de filii morte credito, heredem fecerat, quo sc. testamento ille exheredem filium asserebat. — Jam vero hac de re orta est quaestio de jure civili, possitne exheres esse filius, quem pater, testamento, neque heredem neque exheredem scripsisset nominatim? — Adsunt quoque illa *test. exh. fil.* in cod. Traj. nec non in cunctis, quas excussi, editionibus. — Aldus in commentario, ad h. l. notavit: „ Haec
„ tria verba: test. exh. factus" (dubito an *factus*, errore, scriptum sit pro *filius*, nam in textu Aldino est *filius*) „ in nonnullis exempla-
„ ribus non sunt, videnturque expungenda esse,
„ quia cum sequenti sententia pugnant, quae
„ est; *quem pater testamento neque heredem*

„ *ne-*

„ *neque exheredem scripsisset nominatim.*" In eandem fere sententiam nonnulla quoque notavit Gothofredus. Quibus igitur calculum suum adjecisse videtur Ernestius, quem secuti sunt Duumviri, saepius citati.

Cap. XXXIX. §. 176. *Marcelli* — *Stirpe* — *Claudii patricii gente, caet.* — *Stirps* et *Gens* h. l. sibi opponuntur, ut deinceps, *jus stirpis*, ac *jus gentilitatis*. — *Gente* abest a cod. Traject.; habet autem C. Steph., qui in varr. lectt. notavit: *hereditate gentem ad se*; habent item R. Steph. Grut. Melancht. Ald. Lamb. Gothofred. — Schützius transpositione usus est et praebet *Claudios, Marcellos et patricios*. Optime hunc locum explicat Jac. Proust, quocum fere convenit Schützius. Müllerus vulgatam praebet.

Ejusdem hominis hereditatem. *Hominis* veram puto lectionem, non *nominis*. Legitur quoque *hominis* in cod. Traject. nec non in editt. Gryph. Ald. Melancht. R. Steph. — At C. Steph. Grut. Jac. Proust et Lamb. praebent: *nominis* — C. Steph. autem notavit quoque lectionem *hominis*. — Schützius edidit *nominis*, quem vide, in nota, ad h. l. Müllerus autem: *hominis*, qui consuli quoque potest.

§. 177. *Esset mortuus*. — Ernestius in nota ad h. l. „ hic lacuna sit, necesse est," inquit, „ quam neminem reperi deprehendisse." Fateor nec mihi in h. l. lacunae suspicionem obrepsisse, quamquam, me in eo perdiu haesisse, lubens confiteor. Licet autem non is sim, qui mihi ipse persuadeam aut aliis persuadere cupiam, me nodum solvisse, sententiam tamen meam qualemcunque in medium proferre nullus dubito.

to. — Scilicet levi forsan mutatione locus in integrum restitui possit; nempe legendo *cum*, pro *qui*; eadem ratione, qua in proxime antecedenti et subsequenti periodo legitur: *cum Marcelli* caet. *cum ego* caet. Sic in singulis interrogativum *nonne* responderet τῳ *cur*, quod praecessit. Hoc sumto, periodi constructio sic fere sese habeat: *si* (is), *cui jus esset exsulare Romae, cum Romam in exsilium venisset, se ad aliquem, quasi patronum, applicavisset, intestatoque esset mortuus, nonne in ea causa, jus applicationis, obscurum sane et ignotum, patefactum in judicio atque illustratum est a patrono?* De jure applicationis Gothofredus, in nota ad Lamb. haec habet, „ *jus applicationis*, id est, jus succedendi clienti, qui se ad nos applicuerit." Et lectu dignissima est, ad hujus loci illustrationem, nota, quam textui subjecit Jac. Proust.

Fortassis et *si* in, *si se ad aliquem*, caet. spurium est et pro eo legendum *et*; tum planior adhuc esset oratio et sic construenda; *Cum Romam in exsilium venisset* (is) *cui Romae exsulare jus esset* et *se ad aliquem* caet.

Et, quo magis adhuc inducimur, ut illud *si* pro spurio habeamus, facit, quod facile, propter sensum, a quodam librario, sive in textu, sive in margine, addi potuerit, postquam semel particula *et* cum ultima verbi *esset* syllaba coaluerat. — Alia tandem adhuc succurrit ratio, qua forte legendum sit, *et sese*. Schützius Ernestio assentitur, et lacunam, post *esset mortuus*, supplendam censet sic: *ejusne hereditas ad patronum an ad agnatos pertineret*. Müllerus autem, quod, haud sine magno gaudio, vidimus, fere nobiscum consentit, et conjectura

lo-

locum ita restituit: *quid, quod item in centumvirali judicio certatum esse accepimus, quum Romam in exsilium venisset, cui Romae exsulare jus esset, et is se ad aliquem, quasi patronum applicavisset, intestatoque mortuus etc.*

Cap. XL. §. 183. *Continuone, an ubi lustrum conditum, liber sit?* Sic legitur in textu Ernest. in notis autem est: *an ubi lustrum conditum sit?* In edit. Gryphiana, neglecto illo, *continuone*, quod equidem pro spurio duxerim, legitur: *si non sit conditum lustrum, sitne liber?* Quae lectio etiam exstat in edit. Joan. Blaeu in edit. Victor. et MSS. Guelff. B. C. — Lamb. *si modo sit conditum lustrum, sitne liber?* in nota est: „ al. *si non sit conditum lus-* „ *trum?* et ita habent exempla non- „ nulla vulg." In cod. Traject est; *si non sit conditum lustrum, sitne liber?* Sic quoque C. Steph. qui ex vetust. notavit: *continuone ante lustro condito liber sit.* — Steph. assentiunt Melancht. et Aldus, quibus calculum adjicere haud vereor. — Grut. et Jac. Proust vulgatam praebent lectionem. Notavit autem ille: „ restitutio loci debetur Cujacii membra- „ nis, qui adeatur lib. XVII. observv. c. 20. ne- „ que divertit exemplar Pithoei, in quo: *an* „ *tibi lustrix conditum liber sit;* nam Mem- „ mii unus: *an ubi jam ter lustrum condi-* „ *tum liber sit*, alter vero: *continuone, an* „ *tribus lustris conditis liber sit.* Quod et in „ Pall. pr. sec. tert. oct. item nono, nisi quod „ et is praeterea praemittat vulgatam; hoc mo- „ do: *si non sit conditum lustrum? continuone* „ *an tribus lustris conditis liber sit*, quomo- „ do item restat in editt. primis; nam posterio-

„ res,

„ res, sic, *si modo sit conditum lustrum, sitne* „ *liber?*"

Notante Schützio, in Ox. U. est quoque: *in tribus lustris conditis sitne liber.* Müllerus citat Antonii van Beem, dissert. *de manumissionibus*, in qua, pag. 20, hic noster locus copiose, ut ille refert, explicatur, inserta Thesauro dissertt. juridd. editt. ab Oelrichs, Vol. II. cf. Ernest. ad *Tacit. annal.* XIII. 27.

Cap. XLII. §. 191. *repleri justa juris civilis scientia.* In edit. Gryph. et Joan. Blaeu, pro *justa* legitur *ista*, quae lectio, testante Ernestio, in aliis quoque editt. prr. reperitur. — Lamb. habet *justa.* — Gothofr. in nota ad Lamb. conjecit *replere istam — scientiam.* Sc quoque ediderunt. R. et C. Steph. in variis autem lectt. hic notavit, ex antiquiore sive cod. sive edit. *repleri ista juris civilis scientia*, quam lectionem reperi quoque apud Melancht et Ald. — Equidem assentior Ernestio, cui placet *ista* pro *justa.* Grut. edidit *justa*, notavit autem „ Pall. posteriores, item edit. antiqua *ista*, prio„ res, item Pith. et Memm. *replere istam juris* „ *civilis scientiam*, quod amplectendum existimabat Gulielmius, aut certe examinandum. Notante Schützio Guelf. B et C. praebent *ista*, ipse autem itemque Müllerus praetulerunt *justa.*

Cap. XLV. §. 198. *qui, cum ingenio sibi auctore*, caet. Non item vitiosum hunc locum duxerim, ut eum putat Ernestius; et levi forsan medela sanitati restituendus. — Scilicet, opponi sibi videntur, *ingenio auctore* et *jure auctoritate* pro quo posteriore legendum censeo: *juris auctoritate.* — Itaque sic interpungen-

gen.

gendus videtur locus; *qui cum ingenio sibi auctore dignitatem peperissent, perfecerunt, ut, in respondendo, juris auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio, valerent.* Crassus nempe h. l. disputans, quantum valeat juris civilis scientia, ad comparandum sibi honorem dignitatemque, multos quidem, ait, sibi peperisse dignitatem, *ingenio auctore* (h. e. ut mox sequitur, *ipso ingenio*, ita, ut ingenium causa, auctor sit dignitatis comparatae) hos ipsos autem *respondendo* (sc.; cum in causis consulerentur) atque adeo sententiam suam dicendo, consiliumque dando effecisse, ut plus etiam valerent *juris auctoritate*, (h. e. illa ipsâ civilis scientiâ juris ejusque interpretandi facultate, qua sibi auctoritatem conciliaverant, ita, ut haec ipsa juris scientia, quasi auctor et causa esset, cur tantum valerent,) quam ipso ingenio.

Itaque non opus est, ut mihi saltem videtur, ut cum Ernestio, acutissimo viro, illud, *cum* ante *ingenio*, delendum esse existimemus, nec est, quod cum eo quaeramus: quid porro est: *in respondendo jure?* quis ita dixit?" Nos enim *respondendo* absolute positum, ut saepius, (cap. XLVIII. §. 212. *Brutus* cap. XC. §. 306. *consulentibus respondendo*) judicamus, et post idem verbum interpungimus, illud *jure*, leviter mutatum, referentes ad sequens *auctoritas*. Eodem quoque sensu occurrit cap. seq. §. 201. de *scientia juris publici*. — Fortassis etiam pro *juris auctoritate*, legendum: *jure auctore*, cum prius ortum sit ex bis scriptis ultimis verbi *auctore* syllabis, librarii cujusdam negligentia, hunc fere in modum: *auctoretore*, unde alius deinceps fecit: *auctoritate*. Fieri saltem ita potuisse,

le; rei criticae vel leviter peritus haud facile inficias ibit. Caeterum Viri docti, quid hac de re sit, judicium interponant. In cod. Traj. est: *reperisse — in respondendo jure plus etiam* caet. abest autem *auctoritate* post *jure*. — C. et R. Steph. Grut Melancht. Lamb. edit. Gryph. et Joh. Blaeu omnes habent *reperissent*. Gothofr. notavit *peperissent*. — Guelf. B et C item praebent: *reperissent*. Cum jam fere absolutum esset hocce opusculum, ecce legendo, ut in horis subsecivis soleo, Ciceronis scripta, animadverti, me in explicando illud *respondendo jure* inani forsan opera contendisse, cum omnia bene sese habeant, nec quidquam mutandum sit, nec causae fuisse Ernestio, quaerendi: quis ita dixit?" nam respondere huic viro jam licet „ Cicero ipse saepius" scilicet in lib. de *Legg*. I. c. IV. §. 12. Quintus, *at mehercule*, inquit, *ego arbitrabar posse id populo nostro probari, si te ad jus respondendum dedisses*. — *Respondere jus* est igitur, ut mox illud explicat Marcus, *jus interpretari*. Sic quoque haec phrasis occurrit de *Legg*. lib. II. cap. 12. §. 29. ibi est: *Plures autem Deorum omnium singuli singulorum sacerdotes et respondendi juris et confitendarum religionum facultatem afferunt*. — Et, quod magis mirandum, ipse Ernestius, in clave, hos locos citavit: Plin. Epist. VI. 15. *Atque etiam jus civile publice respondet*. Horat. Epist. I. 3, 23. — *ceu civica jura respondere paras*. — Schützius et Müllerus ediderunt *qui, quum ingenio sibi auctoritatem reperissent, perfecerunt*. Lectis jam ac quantum fieri potuit, perpensis horum virorum notis, stat tamen adhuc nostra sententia,

nil

nil h. l. esse mutandum ac legendum esse: *qui, cum ingenio sibi auctore dignitatem reperissent, perfecerunt, ut, in respondendo jure, auctoritate plus etiam, quam ipso ingenio valerent.* — Ceterum consulantur Duumviri l. l.

§. 199. *Ab solitudine* C. et R. Steph. Grut. Melancht. et Joan Blaeu habent *ista ab solitudine*, sed equidem cum Ernestio, praeeuntibus plurimis, ut testatur Vir Cl. editt. prr. praetulerim simpliciter: *ab solitudine*, rejecto *ista*, ut habet quoque Ald. — Lambinus conjecit, *tum ab solitudine.* In cod. Traj. est *ista ab sol.* Schützius *ab solitudine.* Müllerus: *ista ab solit.* Guelf. B. *ista* C. *isto*, quod Heusingero placuit.

Cap. XLVI. §. 202. *tamen esse Deus putabatur.* Nos pro *putatur*, quod est in edd., legeremus *putetur*, ut hoc respondeat antecedenti: *sit ejus artis antistes.* — *Artis* autem *Deus* est ejus inventor, et quasi fictor, et hoc quidem loco intelligendum de oratore perfecto, qui licet summis a natura facultatibus sit instructus, tamen ad omnia, quae oratorem spectant, ita sit habilis, ita prae ceteris excellat, ut artem oratoriam ipse invenisse, et quasi Deus aliquis primum eam finxisse videatur. Dii enim, apud veteres Graecos Romanosque, artium inventores putabantur. Conff. quae disseruimus ad cap. XXV. §. 118. fin. — In cod. Traject. est: *tamen Deus putatur* et pro *cujus*, quod praecedit, legitur *cui*, *putatur* quoque, in omnibus, quas inspicere mihi licuit, editt. reperi. — Guelf. B. C. habent *quoque putatur* Gothofr., cui tamen haud assentimur, in nota ad h. l. habet: „ locus, si non corruptus, obscurus, hoc velle

„ vi-

„ videtur: jurisprudentiae facultatem dari qui-
„ dem a natura, sed ab ipso Deo magis, est
„ enim jurisprudentia ars, cujus cum natura
„ homini facultatem daret, tamen ipse (*ita
„ hunc locum emendo*) Deus putatur: *subaudi*
„ dedisse hanc facultatem, unde mox adjicit,
„ divinitus delatam. Alii (*inter quos Aura-
„ tus*) artem juris *Deum* dici hic putant. Alii
„ subaudiunt: *parens* vel *auctor*. Alii *a Deo
„ data putatur* legunt. Alii *putaretur*," Schützius *tamen esse Deus putatur*. Müllerus
putabatur. Uterque conferatur.

partum autem *per nos*, quod est in sequenti, reperimus in omnibus, quas jam citavimus, editt., nec non in Cod. Traject. — Cum Ernestio et Müllero *et* ante *ipsum* non mutandum in *id* censeo, quod edidit Schützins, inepte positum illud *et* judicans; sed cf. Müllerus.

§. 203. *infinitum est.* — Recte; non legendum videtur *esset*, quod vult Ernestius. — *infinitum est* habent quoque Lamb. et omnes, quas vidi, editt., quibus assentit Cod. Traject. sed abest ab eo: *ita* ante *putavi*, et pro *hauriretes*, in praecedenti, habet *haurietis*. Vulgatum quoque defendunt Schützius et Müllerus, quos vide ad h. l. et Guelff. B. C. a priore laudd.

ut fieri solet. Sic Ernestius „ non dubito
„ rescribendum esse *dici*, est enim modus lo-
„ quendi proverbialis, et in vulgato sensus com-
„ modus non est." Si fas sit, tanto contradicere Viro, equidem in vulgato dixerim, sensum esse commodissimum. — Nam qui viam aliis commonstrant, digito fere intenso id facere solent, raro autem, se duces aliis, viam quae-

rentibus, praebere; quod certe admodum foret laboriosum. *ut fieri solet* habet quoque Lamb. annuentibus meis editt. cunctis itemque Cod. Traject. — Itaque neque Schützio neque Müllero assentimur, cum prior reponat, *ut dici solet*, Ernestium secutus, posterior cum Herelio et Harlesio malit: *ut ferri solet.* — Facillime sic explicatur locus: *et ut* in commonstranda via, *fieri solet*, ut digitum intendamus eo, quo is, qui viae sit ignarus, pergat, non vero ut ipsi huic viae duces simus (quod infinitum est et non necessarium) *sic quoque digitum intenderem ad fontes*, h. e. leviter eos indicarem, *unde haurire possent, quae ad vim rationemque dicendi pertinerent.*

Forte legendum *et, ut fere solent.*

Cap. XLVII. §. 206. *etiam, quid tu intelligas, sentiemus.* Ernestii h. l. sententiae calculum nostrum adjicere, non dubitamus, qua sic transponit: *etiam, quid tu sentias intelligemus.* Ante Ernestium autem Aldus jam sic ediderat. — Vulgatum quoque est in Guelff. B.C.

Cap. XLVIII. §. 209. *quo de agitur.* Editt. Gryph. Joan. Blaeu, Lamb. Melancht. C. et R. Steph. Ald. et Jac. Proust habent: *de quo.* Sic quoque Guelff. B, C. et Cod. Traject. qui pro *intelligant* praebet *intelligerent*, quod ortum ex *intelligent*, quod est in editt. item in Guelff. B. C. et equidem praetulerim lectioni: *intelligant*, quam praebent quoque Duumviri laudd.. Nec est, opinor, cur cum horum altero corrigamus: *idem illud*, pro vulg. *idem esse illud*, sic enim se habet hujus structurae

lo-

loci *si ii, qui — non intelligent, illud, de quo agitur, esse idem.* (dezelfde zaak).

§. 211. *Sin autem quaereremus.* Recte, pro vulgato *quaeremus*, Ernestius edidit *quaereremus*, cui jam praecesserunt J. Gronovius*, Gryph., Joan. Blaeu, Melancht. Ald. C. et R. Steph., assentiente Cod. Traject. — Grut. *sin autem quaeremus.* — Schützius et Müllerus *quaereremus*, sic est in Guelf. C. — in B. vulgatum.

§. 212. *et ad respondendum et ad agendum et ad cavendum peritus esset.* Haud, cum Ernestio, pro verbo *agendum*, quod vitiosum Vir ille censet, rescripserim *scribendum*, nam prius verbum, *respondere*, dicitur de consilio atque responso, quod juris-consultus dat clientibus, quacunque in causa, ejus sententiam consiliumve quaerentibus; alterum, *agere*, dicitur de aggrediendo, suscepta aliqua causa, clientis sui adversario; posterius, *cavere*, dicitur de defendendo cliente contra adversarii aggressiones. Sic *agere* et *cavere* eodem sibi opponuntur modo, quo *aggredi* et *defendere.* Eadem ratione legitur in Cod. Traject. — cf. Brut. c. 26 et 30. *scribendum* dederunt quoque Duumviri. l. l. cf. omnino. Müllerus, in not.

Cap. XLIX. §. 218. *illam scientiam.* Haud refragor Ernestio, pro vulgato *aliquam*, praeeuntibus Manutio et Lambino, restituenti: *illam.* In Cod. Traject. est: *aliquam scientiae dicendi copiam*, quod aperte mendosum est. Melancht. uterque Steph. et. Grut. habent quoque: *aliquam* Ald. vero edidit *illam*, assentienbus ceteris, quibus utor, editt. — Hunc autem locum, repetita hujus dialogi lec-

tione, animo volventi ac revolventi, illa lectio, quae *aliquam* praebet, ac in editis libris fere omnibus, reperitur, nec codicum etiam auctoritate destituitur, non ita male se habere, mihi visa est; etenim, (nisi egregie fallor) si pro *aliquam* aliud quid legendum esset, non restituendum videtur *illam*, sed *hanc*, nam refertur ad proxime antecedens: *si est idem in procuratione civitatis egregius.* Itaque nunc malumus in vulg. manere lectione. MSS. quibus usus est Grut. praebebant: *aliquam scientia dicendi copiam.* His igitur proxime accedit Cod Traject. Müllerus Ernestium secutus est — Schützius, Wyttenbachio, Bibl. crit. Vol. I. p. 15 assentitus dedit *alienam.*

Cap. L. §. 216. *atque artis utraque facultas.* Legendum puto, vel: *artis utraque facultas*, vel: *utraque artis facultas*, sine *atque.* Orta vero haec lectio videtur ex bis scripto vocabulo *utraque* ante et post *artis*, cujus rei exempla quaedam in Cod. Traject. memini me offendisse; ac, cum, per scribendi compendium, fortassis sic scriberent: *ûtque* pro *utraque*, e priori librarius fecit: *atque.* Hac nostra ratione facile sic explicatur locus. *Etsi enim Pericles eloquentissimus et consilii publici princeps Athenis fuit, non iccirco ejusdem nominis* (h. e. vel eloquentissimi vel consilii publici principis) *artis* (cum eloquentiae tum consilii publici) *utraque facultas existimanda est; potest enim quis esse disertus ac eloquens, at mediocris publici consilii auctor; senator egregius, orator autem parum probabilis. — Artis utraque facultas* autem idem est, ac *utriusque artis facultas.*

§. 217.

§. 217. *Nam si quisque — esse videatur.* Haec ita videntur construenda. *Nam si, ut quisque, in aliqua arte et facultate excellens, aliam quoque artem sibi assumserit, ita perficiet.* caet. Probo Ernestii correctionem, pro vulgato: *is perficiet*, restituentis: *ita perficiet.* — Melancht. et Jac. Proust habent: *nam si quisquam, ut* caet. — *quisquam* autem ortum e scribendi compendio, quo in libb. scriptt. parum differunt: *quisque* et *quisquam.* Schützius et Müllerus quoque cum Ernestio correxerunt *ita.* vulg. est in Guelff. B. et C.

Cap. LIII. §. 227. *divinitus ego dicta arbitrarer* — a R. Steph. Gryph. Joan. Blaeu et Jac. Proust editt. *et* ante *ego* abest, consentiente Cod. Traject. — Ald. C. Steph. Gothofred., Lamb., Melancht. et Grut. habent *et.* Duumviri saepius laudd. omittunt *et* ante *ego.*

idemque S. G. — *idemque* legitur quoque in editt. Lamb. Gryph., Joan. Blaeu, Grut., Jac. Proust, nec non in Cod. Traject. — Uterque vero Steph. Melancht. habent: *idem Q. S. Q.* Guelf. *B. item q. Servilium Galbam* C. *idemque Q. Servium.*

probe commeminisse. — Sic quoque habent editt. C. Steph. Gryph. et Jac. Proust. Nec non ab Ald. (qui vero, pro *quem hominem*, edidit.: *quae hominem*, certe vitiose;) abest *nosse*, itemque a Cod. Traject. — Melancht. vero et Gothofred. ediderunt *probe nosse et commeminisse*, notavit autem in margine Gothofred. „ *al. probe commeminisse se ajebat.*" — Grut. notavit „ in Pall. nostris non invenio: „ *nosse et*, abfuitque chartaceo Memmii, nam

„ al-

„ alter membranaceus hîc erat mutilus, ut et „ Pithoeanus." — Pearcii MSS. complures. Guelff. B. C. notante Schützio, omittunt quoque *nosse*.

§. 229. *quam simplex ratio veritatis ferebat.* — Recte Ernestius, post alios, scripsit *ratio* pro *oratio*, quod vulgo est in editt. — *ratio* autem praebent quoque uterque Steph. Lamb. Gryph., Joan. Blaeu et Melancht. In Cod. Traject. legitur *oratio*, quod praeter alias, habet quoque edit. Grut., qui notavit „ ita Pall. omnes, nisi quod tertio „ abesset *veritatis*; retro vulgati *ratio*, prae- „ ter editt. antiquatas." *Oratio* habent quoque Guelff. B. C. Schützius et Müllerus Ernestium sequuntur.

§. 230. *quod si tu tunc.* Recte sic Ernestius, assentientibus editt. C. et R. Steph. Gryph. et Melancht. nec non Cod. Traject. qui, in hoc, codici Erl., quem citat Ernest. consentit. Ald. autem dedit: *quod si tutum*; levi igitur errore, a suis partibus stantem eum citavit Ernest. In edit. Joan. Blaeu legitur: *quod si tu nunc*, in aliis, *quid si tu nunc*, ut Jac. Proust. et Gothofred., qui vero in margine notavit: *quod si tu tunc*. Grut. *quid si tu tunc*. Ernestio quoque assentiuntur duumviri, saepius laudd.

Cap. LIV. §. 231. *quasi poenae aestimatio.* Recte Ernestius lectionem hanc praetulit illi, quae in quibusdam occurrit editt. nec non in Cod. E., in quibus legitur: *quasi poena ea existimatio*. Ernestio assentiuntur editt. R. et C. Steph. Ald. Melancht. Grut. et Jac. Proust., nec non Cod. Traject. — Bene

ne quoque, pro: *ex sententia*, praeeuntibus editt. Ernestius restituit *et sententia*. — Editt. C. et Steph. Ald. Gryph. et Joan. Blaeu, nec non Cod. Traject. praebent vulg. *ex sententia*. Lamb. conjecit: *Haec sententia* quod habet quoque Melancht.; sed Grut., qui vulg. quoque praebet lectionem, ad Lamb. conjecturam notavit: „ Lamb. reposuit *haec* „ *sententia*, sed, praeter libros scriptos, qui ni„hil variant, nisi, quod *poena ea aestimatio* „ *ex sententia* unus: *poenae destinatio*. — ed. „ pr. habet: *quasi poena ea aestimatio et sen*„*tentia cum sua.*" Ernestio quoque h. l. annuunt duumviri laudd.

quasi aestimationem. Haec Schützius delenda, Müllerus retinenda putat.

§. 232. *honos maximus habetur*. Contra librorum, quos vidit, omnium auctoritatem Ernestius, jure, sic edidit, pro: *haberetur*, quod habent quoque editt. R. et C. Steph. Gryph. Joan. Blaeu, Grut. Jac. Proust et ceterae omnes, quas vidimus, nec non Cod. Traject. Hujus autem emendationis idoneam affert rationem Ernestius, dicendo, „ hoc non „ dixit Socrates, sed is, qui narrat," quod cuivis, attente legenti, statim in oculos incurret. Verba: *ut ampl. honn. et praemm. decoraretur*, ab inepto glossatore inculcata Schützius autumat.

Cap. LV. §. 234. *tum, quum dicebas, videbam*. — Typothetae certe errore, *non* ante *videbam*, in Ernestii editione, omissum est. Lamb. autem jam conjecerat *non videbam*; abest tamen *non* a Cod. Traj. et ab editt. Ald. Grut. R. Steph. Melancht. Jac. Proust et

et Gothofred. — C. Steph. edidit *non videbam*. Schützius vulgatum tanquam ineptum glossema expunxit, nihilque in ejus locum restituit. Müllerus ex edd. vett. recepit *et tum quum dicebas videbam*. —

cum indotatam esse et incomtam. Merito Ernestius, Pearcium secutus, delevit *et incomitatam* — adest autem in cunctis, quae mihi suppetunt, edititionibus; Gothofredus notavit: haec duo: *atque incomitatam* quidam dispungunt." Grut. quoque, in nota, habet: „quidam docti putant, hinc alienum *at-* „ *que incomitatam*, sed minime est, respicit „ enim ad mulieres, quibus comites et pedisse- „ quae, ut vel notum ex Amphitruone Plau- „ ti." — In Cod. Traject. adest quoque *atque incomitatam*, itemque in Guelff. B. C.

§. 235. *etiam hodie praesunt*. Sic quoque ediderunt C. et R. Steph. Ald. Grut. Gryph. Joan. Blaeu, Jac. Proust et Gothofred. — Victorio, quem citat Ernestius, assentitur Melancht. qui edidit: *ei studio et semper praefuerunt et etiam hodie praesunt*, quam quoque lectionem, in margine, notavit Gothofred. — Cod. Traj. habet: *ei studio hodie praesunt*. Grut. notavit „ Retulit „ Lambinus, habuisse MSS. duos amplius: *ei* „ *studio et semper praefuerunt*; *et etiam* „ *hodie praesunt*, et ita quidem editi a P. Vic- „ torio, neque multo secus prima impressio, „ sed nihil eorum praeferunt exemplaria Pall. „ septem; primus enim liber ac secundus heic, „ aeque ut Gallicani, mutilantur!" — In Exempl. Venet. a P. Victorio emend., quo usus est Rob. Steph. est, *ei studio etiam hodie*

prae-

praesunt. Schützius *ei* olim *praefuerunt et hodie praesunt*; sic quoque Müllerus, qui tamen retinet *semper esse eum oratorem*; cum Ernestio et mihi, h. l. legendum videtur *eundem* pro *eum*, ut mox.

§. 236. *juris eundem esse consultum.* Fateor, me non intelligere, quae ratio Ernestium, Virum nullis non laudibus efferendum, h. l. inducere potuerit, ut scriberet: „post *esse* „ *consultum* excidit *debere*, quod et res et sen„tentia et sequentia flagitant: *ejusdem socias* „ *dignitatis*," cum tamen meo, qualicunque, judicio, sensus, sine *debere*, recte sese habeat. Apud R. Steph. est: *juris civilis eundem esse consultum.*

ita est tibi. Sic bene correxit Ernestius, pro: *ita et tibi.* — Sensus enim necessario hoc flagitabat. — Vulgata lectio adest in Cod. Traj. et in editt., quibus uti mihi licuit, praeterquam, quod in Cod. Traj., pro *ita*, legitur *item*. cf. Müllerus seu Harl.

Cap. LVI. §. 237. *qui, quibus verbis erctum cieri oporteat.* Ald. Gryph. et Joan. Blaeu, item C. Steph. habent *hercisci* pro *erctum cieri*; ex vetust. autem C. Steph. notavit *hercisceri*, quod ediderunt quoque R. Steph., Melancht. et Gothofred. — Lamb. autem conjecit „ *quibus verbis ercisci — cieri —* „ *oporteat*, *nesciat idem* caet. vel sic: *quibus* „ *verbis erectum cieri oporteat*, *iidem ercisc.* „ *fam.*" Jac. Proust et Grut. *erctum cieri.* Notavit hic: „ castigatio debita P. Victo„rio, qui vid. lib. XXXV. varr. lectt. cap. „ I. alluduntque eodem membranae Pall." — *Erctum*, ut ait Donatus, a Servio, lib. III.

III. Aeneid. citatis, *haereditatem* significat et *citam divisionem*. — In Cod. Traj. reperi; *quibus verbis herciscunceri oporteat*. — Statuere haud ausim, quid praeferendum, utrum *herscisci* an. *erctum cieri*, quod Codd. MSS. collatione esset efficiendum. — Schützius et Müllerus *erctum cieri*.

Cap. LVII. §. 241. *filius natus esset*. Editt. Ald. C. et R. Steph., Gryph. Joan. Blaeu, Melancht., Gothofred. Lamb. Jac. Proust habent *est*, assentiente Cod. Traj. — itemque Guelff. B. C. — Gothofred., in margine, notavit, „ al. *natus esset*." Nos quidem in vulg. lectione maneremus. — Duumviri et Harles habent *esset*.

Juris incontroversi. Lectionem hanc unice veram arbitramur, contra editt. vett. auctoritatem, in quibus legitur: *in controversiis*, quod facillime ortum ex iterata prima sequentis verbi, *ignorare*, syllaba; adeo, ut, in continua priscorum temporum scriptione, librarius sic fere scripserit: *incontroversiigignorare*, forma quoque litterarum *g* et *s* non multum in codd. discrepante, unde facilis fuit error, et orta lectio *in controversiis ignorare*. — Lamb. conjecit *incontroversi* ad quam conjecturam notavit Gothofred., „ bene *jus incontroversum*, idem „ quod certum." In Cod. Traj. est: *in controversiis*, quod praebent quoque Ald. uterque Steph. Melancht. et Jac. Proust. — Grut. autem: *juris incontroversi* notavitque: „ est a conjectura Lambini, nam Pall. „ omnes, ut et prius vulgati *juris in con*„ *troversiis*." cff. Schützius et Müllerus.

§. 242.

§. 242. *Non est difficile.* Recte Ernestius cum Pearcio restituit *est* pro *esse*, quod est in editt. vulgg. — Sed Lambinus ante jam, sive conjecerat sive in libb. scrr. invenerat, *est*, quod item legitur in Cod. Traj. et apud Aldum. At uterque Steph. Melancht., Grut. Gryph. et Joan. Blaeu habent *esse*. Jac. Proust *esset*. cf. Schützius.

Cap. LVIII. §. 247. *ipsa sua vetustate* Gryph. editt. et Joann. Blaeu habent: *ipsas*. Equidem cum editt. prr. et MS. Erl., cui consentit Cod. Traject.; Guelff. B. C. praeeunte Ernestio, praetulerim *ipsa*. Aldus, uterque Steph. Melancht. et Gothofred. item Jac. Proust vulgatum *ipsas* edidere. Schützius *ipsa vetustate*. Müllerus *ipsa sua vet.* corrigi tamen vult. *prisca sua vet.* ut cap. 43.

§. 249. *Cui nostrum — invisere?* Mihi quidem haec, interrogative sumta, frigida videntur, propter sequentia, *tamen nemo* caet. Forsitan, pro: *cui* legendum *cuique*, et interrogationis signum delendum: ut sensus sit: *quamquam cuivis nostrum, propter negotia, non licet rebus rusticis ita animum adhibere, ut agriculturae peritiam ac quasi artem sibi compares; tamen nemo* caet. — Haec sane valde conveniunt cum iis, quae tractat Antonius. Ostendere enim voluit non neminem, absque artis cujusdam cognitione, posse tamen ejus rei, de qua ars tractet, habere communem et quasi vulgarem scientiam, atque hanc suam sententiam applicat agriculturae, tamquam arti cuidam. Scilicet aderant tum in Tusculano, Crassi suburbano praedio, ejus Socer Quintus Mucius, M. Antonius, ejus familiaris, C. Cotta et Sal-

Sulpicius, adolescentes. — Hi forsan omnes habebant fundos, quos tamen, propter negotia publica, quibus erant impliciti, obire et invisere non poterant. Negat autem Antonius, hoc licet verum sit, eos agriculturae vulgarem et communem scientiam habere, non posse. Quo quasi exemplo, sententiam suam confirmat. — Interrogandi autem signum, si quis retinere, nec verbo *cui* particulam *que* annecti velit, concedat tamen necesse videtur, particulam *non* esse rejiciendam; alioquin enim contrarium plane diceretur ejus sententiae, quam nos, hoc loco, invenisse, arbitrati sumus. Schützius quoque rem bene explicat ejusque conjectura, qua pro *non* legit *nunc* suo pretio est aestimanda; certe aliqua ratione huic loco medela afferri debuit. Müllerus, aut in vulg. lect. manendum, aut, ut fecit quoque, sic mutandum putat: *vel delectationis tamen invisere? Nemo tam*, sed loci sententiam non bene perspexisse, videtur Müllerus.

§. 250. *An vero si de re ipsa, si de finibus — perdiscimus: si leges nobis — non queamus cognoscere.* Post *perdiscimus*, ubi Ernestius *colon* habet et post *cognoscere*, ubi cum *puncto* interpunxit, *interrogandi* signum ponendum esse, jam censuimus ante, quam nostram sententiam, Gryph. editione, confirmatam vidimus, cui consentiunt quoque Melancht. et C. et R. Steph. — In editt. Ald. Grut., Melancht., Joan. Blaeu et Jac. Proust post *cognoscere* tantum interrogandi signum reperitur. — Contextam orationem hanc interpungendi rationem requirere, nobis quidem persuasum est. — Schützius et Müllerus quoque post *cognoscere* in-

interrogandi signum posuerunt, post *perdiscimus* autem, ut Ernestius, colon habent.

Cap. LIX. §. 251. *Graecorum more et tragoedorum.* Nil certius, quam *Graec. more tragoedd.* quandoquidem illud *et* conflatum est ex ulta. vocabi. *more* et prima verbi *tragoedd.* littera, utraque bis scripta; *et* autem in omnibus reperitur editt., nec non in Cod. Traj. — Grut. notavit: „ Lamb. fide trium MSS. delevit *et*, „ male : certe comparat in Pall. omnibus, praeter- „ quam Sept. ubi exstat *aut.*" Schützio placet lectio edit. Lips. *Graecorum more sophistarum et tragoedorum.* Illud *sophistarum* autem, me Judice, glossam olet. Müllerus vulgatum praebet, subintellecto, post *Graecorum* vocab. *oratorum.*

Cap. LIX. §. 251. *quoties perscribitur.* Sic habent uterque Steph. Grut. Jac. Proust. — In editt. Ald. Gryph. et Joan. Blaeu item apud Lamb. *quoties praescribitur* Schützius et Müllerus habent *perscribitur.* „ Quid „ autem sit h. l. *perscribitur*," prior ait „ diffi- „ cile est dicere." Interpretantur hoc : „ *dies reo dicitur,*" legere mavult Schützius: *dies proscribitur.* Nobis placet *praescribitur*, et cum Jac. Proust h. l. interpretamur: *si nos similiter ac Graeci, voci serviemus, ante condemnanabuntur clientes, quam toties, quoties ab illis Graeculis, fingendae vocis magistris, praescribitur, cantando pronunciaverimus hymnos Paeanem et Nomionem.*

Paeanem aut Munonem. — In nota apud Gothofred. ad illud *Munionem* quod est in vulgg. legitur: „ al. *Munychionem.* Victorius: „ est autem genus pedis incognitum, al.

„ mu-

„ *minuritionem*, ut ſit cantio, quae levi, tenui et
„ remisſiore voce edatur. — Festo *minu-*
„ *ritiones* minorum avium ſunt cantus: Graecis
„ autem μινυρίζειν est canere. Minuritio ita-
„ que ad remisſionem vocis pertinebat, Paean
„ ad contentionem Turneb. I. *Adverſſ.* 12." —
Paeanem aut Munionem est quoque in editt.
R. Steph. et Grut. — Jac. Proust. *Paea-
nem aut Nomionem.* Audomarus Talaeus,
in Comment. ad Ald. editt. ad vocem *Paeanem*,
haec habet: „ Paean. et Nomion Hymni ſunt,
„ in honorem Apollinis, olim celebrati et can-
„ tati, et ex ipſius Dei cognominibus ſic appel-
„ lati. Nam Apollo a Graecis cognominatus
„ est Paean. ἀπὸ τοῦ παίειν, id est a feriendo,
„ quod radiis feriat, et Arcades Apollinem Νο-
„ μιῶνα appellant, quod ab eo ſe ferant leges
„ accepiſſe, ut ait Cicero de natura Deorum,
„ Lib. III. 23, 57. In quibusdam exempp.
„ legimus *Munionem*, corrupta voce, pro *No-
„ mionem*" conff. omnino, quae, in eandem ſen-
ſententiam, ibidem, paulo inferius, obſervavit
Paulus Manutius, et quae h. l. notavit
Jac. Proust. — Schützius et Mülle-
rus *Nomium* praebent, rem explicant de canti-
lenis, ut recte fit. Nobis placet *Nomionem.*

§. 253. *cum ipſi ſint imperitisſimi.* Bene
Ernestius et ante eum jam Jac. Proust,
de Lambini correctione, quam probat Pear-
cius, *imperitisſimi* recepit, pro *peritisſimi*,
quod habent editt. Cod. Traj. et MSS., qui-
bus uſus est Grut. — Schützius et Mül-
lerus Lambinianae correctioni adſtipulantur.

Cap. LX. §. 255. *et quod haud ſciam.* Er-
nestius corrigi vult: *idque haud ſciam*; equi-
dem

dem correxerim :*id quod haud sciam.* —Cod. Traj. C. et R. Steph. et Grut. textui Ernest. consentiunt, nec non Ald. et Melancht. — Gothofred. *et quod aut sciam.* — Lamb. et Jac. Proust: *quod haud sciam.* E Schützii notis, quem, ut fere solet', Müllerus secutus est, video, jam Heusingero visum esse nostrum *id quod*, quod ipse quoque recepit.

Gravissimi sermonis lenitas. In Cod. Traj. est *levissimi sermonis levitas.*

Cap. LXI. §. 260. *diligentia industriaque superaret.* — *Superaret* legitur quoque in editt. R. Steph., Gryph. et Joan. Blaeu, assentiente Cod. Traj. itemque Ald. Melancht. et Gothofred. — C. Steph., Lamb. Grut. et Jac. Proust habent: *superarit*, quod nobis placet.

ejus ipsius artis. Gothofred. in nota ad textum Lamb. vulg. addit: id est Rhetorices, cujus priorem litteram ρ pronuntiare natura non poterat.

§. 261. *neque is consistens in loco.* In margine editionis, qua utor [Ernestinae] adscripseram *id* pro *is*, quod deinceps vidi quoque Lambinum conjecisse. Sed reperimus etiam *id* pro *is* in Cod. Traject. et apud. Aldum, — Melancht. Uterque Steph. Grut et Jac. Proust habent *is.* Schützius *is*, Müllerus *id* praebent.

Cap. LXII. 265. *vellem non constituissem* — *Laelio.* — *constituissem* habet quoque Jac. Proust, R. Steph. *constituisse* — Cur in sequentibus dialogis non prodeat Scaevola, de eo rationem reddit Cicero lib. IV. ad Attic. ep. 16. — Lipsius, quem probat Gruterus, in nota, in

in hunc locum, haec notavit: „ videor agnosce-
„ re hic malam manum et adhibuerim lubens
„ ſcalpellum: *vellem non conſtituisſem in Tuscu-*
„ *lanum hodie Laelio*; cetera inſerta a Scho-
„ liaste ſunt, cui ignotus elegans verbi *conſti-*
„ *tuere* uſus. Juvenal.

„ *Aut ſi conſtituit ſolitoque decentius exit.* —
„ et alibi

„ *Hic, ubi nocturnae Numa conſtituebat*
„ *amicae.*"

Mihi quoque placet haec Lipsii ſententia, uterque autem Gronovius Müllerum, proba esſe vulgata, docuerunt, ac verbi *conſtituere* vim ac poteſtatem docte et copioſe explicuerunt.

AD-

ADDENDA

AD ANIMADVERSIONES IN CICERONIS DE ORATORE LIB. I.

Cap. I. §. 1. *Ac fuit quidem, quum.* — Sic, post Ernestium, edidêre quoque Schützius et Müllerus. Vulgo erat, *Ac fuit quidem tempus illud, quum.* Jac. Proust: *Ac fuit tempus illud, cum*, omisso *quidem*, quod a nonnullis abesse, notavit quoque Lambinus. — Ernestio nos quoque assentimur. Sed conf. omnino Müllerus.

Cap. II. §. 3. *multi: sic facillime.* Sic quoque, ante Ernestium et Duumviros, edidit Jac. Proust.

Cap. IV. *in quibus summa dicendi vis.* Meo quidem judicio Müllerus hanc vulgatam lectionem recte contra Schützium defendit; pro *summa* restituentem *etiam*; propterea quidem, „quod „*dicendi vis*, quum primum invenitur, neque „statim est summa, neque, cum *summa* est, per„fici amplius potest." Bene quidem sic secundum dialectices regulas statuit vir Doctiss. Sed oratorie scripsit Tullius, nec auri trutina libranda quaevis dictio. — Quodsi hanc sequi ratio-

nem velimus, vereor, ne utrâque pagina critica conjecturali opus esset, et ipse Cicero, non ut solet eleganter et more Romano vestitus, sed veste indutus arcto, corpus premente, incederet.

Cap. V. §. 16. *Quid enim quis aliud.* Hanc, pro vulgata, lectionem receperunt, e. Cod. Erl. I. aliisque, Schützius Harl. et Müllerus eamque praeferendam existimo. — Sic quoque habent Guelf. A. Ox. u. z. *α.* *γ.*

§. 18. *inventis cogitatisque.* Equidem cum Pearcio e MSS. Bel. Ox. *β.* praetulerim *cognitisque* et recte mihi animadvertisse vir ille videtur: memoriam utrisque adhibendam esse, et iis, quae invenimus et iis, quae ab aliis discimus. Schützius ex Augustino reposuit *ordinatisque* sed sine ratione sufficiente, ut mihi quidem videtur; nam, notante Müllero, memoriter Augustinus verba Ciceronis citavit. — Müllerus ipse praebet vulgatam. cf. autem uterque.

Cap. VI. §. 21. *hoc tantum.* — *Hoc* cum Müllero, contra Schützii opinionem, retinuerim.

§. 22. *partitionem quandam artium.* Non male, e vestigiis litterarum, Müllerus conjecit, *separationem quandam artium*, collatis, in suam sententiam, quae occurrrunt, III. 33, 132. Goerenz postea ei scripsit „ Ciceronis verba hunc exprimere sensum: *quodammodo artem (bene dicendi) communem in plures partiti sunt artes*, cujus dicendi brevitatis plura „ apud nostrum inveniri exempla. cf. III. 16. „ 60.". — Goerenzii sententiae favent sequentia *neque in universo genere* (unius artis dicen-

di-

di) *singulos elaborasse, sed seposuisse a ceteris dictionibus* caet. *Caeterae* autem *dictiones* sunt partes, singulae universi generis, artis sc. dicendi. — Eandem in ceteris quoque artibus partitionem Graecos istos homines fecisse, Ciceronis sententia esse videtur. Schützius delevit *artium*.

Cap. VII. §. 24. *venisse eodem, — fuerat, Quintus Mucius dicebatur*. — Hanc vulgatam lectionem cum Schützio praetulerim lectioni, quam Ernestius ex edd. prr. restituit: *venisse eodem socerum ejus, qui fuisse Q. Mucius dicebatur et M. Antonius*. — Vulgatam praebet quoque Jac. Proust. cf. omnino Schützius.

Cap. VIII. §. 30. *exorsus: non sibi — compararentur; neque*. Schützius h. l. veram videtur restituisse interpunctionem, quem secutus est Müllerus.

maximeque. cf. Goerenz ad Academ. I, 6, 23. qui copulam *que* h. l. defendit.

§. 32. *Quid porro tam regium*. — Haud cum Müllero legerim *egregium*, sed unice veram vulgatam esse lectionem existimarim, propter sequentia: *opem ferre supplicibus, excitare afflictos* caet., quae omnino sunt *regia*.

Cap. IX. §. 36. *et initio constitutas*. Recte hanc lectionem, prae illa, quae habet *ab initio*, defenderunt Pearc. et Harl.

in const. aut in conserv. — *in* ante *conservandis*, cum Harlessio, Müllerus edidit.

§. 38. *nutu atque verbo*. Recte! Haud enim e conjectura Beckii (in programm. 1811. edito) cum Müllero reciperem *nude*. — *nutu et verbo* est *verbis*, quae, quamvis parum disertis,

tamen prudentia et gravitate (ie. *nutu*) T. Sempronii, plurimum apud senatum populumque pollebant: Jac. Proust. explicat: *imperio et paucis verbis* cf. §. 194. ubi est: *auctoritate nutuque legum* caet.

§. 39. *et ego et tu.* — Haud male Müllerus, cum Codd. ut profitetur, bonis, omittit *et* ante *ego.*

§. 41. *multisque praeessem* — *praeessem* praetulerim pro *praeissem*, quod primus dedit Lambinus et repertum quoque a Schützio in Cod. Oxon. *α.*, quamvis hic vulgatam praeferendam censet; quod facit quoque Harlesius. — Jac. Proust. *multisque praesto essem.*

§. 44. *contingitur.* — Non male, pro *conjungitur*, id receperunt Ernestius et Duumviri, auctoritate Cod. Erl. et Guelff. B. C.

Cap. XI. §. 45. *quod eam Charmadas.* De lectione *Charmadas*, pro vulgato *Carneades* vidd. Duumviri.

§. 48. *concedis.* Ald. Vict. Olivet. et tres Guelff. *conceditis*, receptum ab Heusingero, Vid. Schützius in nota. — *conceditis* habet quoque Jac. Proust, mihique placet cf. §. 59. *Etenim saepe — quem solum oratoribus conceditis.*

Cap. XII. §. 54. *proprius videtur.* — Schützius et Müllerus cum Grut. Manut. Cockman. Cratandr. Talaeo, Lamb. aliisque lectionem, *putatur proprius*, etiam e Codd. notatam, ediderunt.

Cap. XIII. §. 56. *Etenim cum.* — Non male cum Goerenzio ad II. de fin. 27. 87. rescripsit Müllerus *At enim cum.*

§. 57.

§. 57. *Omnibus in angulis.* Guelff. A. B. C. omittunt *omnibus.* — Müllerus *omnibus* conjungendum censet cum *his rebus.* — cf. Wyttenbachius in Bibl. crit. Vol. I. p. 23.

Cum ipsis philosophis. — Cum Harlessio vulgatam *ipsis*, pro *istis*, quod vult Ernestius, retinere malim. — Schützius edidit *istis.*

Vel Graeci — vel nostros decemviros. Cum Lamb., quem secuti sunt duumviri, legerim *vel nostri.* — In duobus MSS. Harl. *vel* ante *Graeci* deletum est, quae lectio potior videtur Pearcio. cf. omnino Müllerus.

Cap. § 63. *Si quid — ignarusque sit.* — Sic, pro *si id*, non male, restituit Schützius.

§. 67. *Quamcumque rem.* Haud cum Goerenzio, ad Cic. de finib. III. 14, 45. praetulerim lectionem, quam, suo in Cod., reperit: *quamquam rem* — vulgata Ciceronianae rationi Latinaeque orationis elegantiae magis convenit — *quoquo* pro *quoque* cum Ernestio et Müllero, qui ita edidit, non contemnam.

Cap. XVI. §. 71. *Namque illud.* Haud alienus sum a lectione, quam praebent Torsani liber, Manutius et Talaeus, notante Müllero, *Nam quod illud Qu. Scaevola.*

§. 73. *adhibeantur.* Sic, pace Ernestii, cum Heusingero, Schützio et Müllero rescripserim, pro *adhibentur.* Vid. omnino Schützius.

Haec quum ego. — Schützii ad h. l. animadversionem probamus, et comma ponendum, non post *solebat*, sed post *philosophiam*, censemus. Müllerus conjecit: *philosophiamque contemsit*; quem vide.

Cap.

Cap. XVIII. §. 82. *increbuisset.* — Müllerus vult *increbruisset* et sic quoque edidit.

Cap. XIX. §. 85. *excitabatur homo promtus.* — *promtus* haud cum Ernestio et Schützio retulerim ad *Charmadam* sed ad *Menedemum*, et Guilielmii emendationem, qua pro *excitabatur* vult *exagitabatur*, cum Müllero praetulerim, qui ipse ad h. l. consulendus.

Usquam in eorum libellis inveniri. — Recte sese habet vulgata haec lectio, a Müllero quoque defensa contra Schützii mutationem: *usquam, nisi in eorum libris inveniri.*

§. 87. *Rhetorici isti doctores.* — Haud cum Schützio: *rhetorici — doctores* interpolatoris esse existimem; non enim abundare videntur. Nec, sine Codd. auctoritate, tam facile procedendum ad judicium de glossemate aut interpolatoris opere, nisi omnia incerta et labefacta esse velimus. — Hoc enim non est prudentis ac moderati critici. Et, quo ista ratio procedat, id cuique, rei vel parum perito, apertum est, critices abusu, quem multi, in primis Germani, ad SS. librorum interpretationem applicuêre.

Quae isti. Cum Schützio et Müllero Walkeri emendationem *quam isti* omnino probo. cf. Schützius.

Cap. XXII. §. 101. *Namque quod tu.* — Schützius, Harlessius et Müllerus e Codd. Erl. 1, 2. et Guelf. A. vulgarunt: *Nam quod tu.* cf. Müllerus.

Cap. XXII. §. 108. *Nam si ars ita definitur — ex rebus.* Recte Müllerus vulgatam lectionem contra Schützium, emendantem: *nam si ars definitur — rebus* caet. defendit. Placuit quoque Harlessio Schützii sententia.

§. 109.

§. 109. *in usu ac tractatione.* — Recte omnino sese habet haec lectio, quam praebent Codd. Guelf. A. B. C. ac Nizolius in lex. Cic. expressit. — Vulgata orta videtur, oculi aberratione cujusdam librarii, a particula *ac* ad syllabam *ac* in *tractatione.* Scripsit igitur *in usu actatione.* Jam cum litterae *t* et *r* in Codd. fere non differunt; propter sensum, qui nullus est in *actatione*, scripserunt deinceps *ac ratione.* cff. Schützius et Müllerus.

§. 111. *promisse.* — Recte pro hoc vulg. Schützius et Müllerus restituere *promisisse*, quod est in multis et optimae notae codd. — Forte transpositione του *non* et *neque* melius sic sese locus habeat: *non omnino rudis, videar; neque ipse aliquid a me promisisse.*

§. 112. *Hunc autem esse unum hominem ex omnibus.* E Cod. MS. Arntzenius ad Mamert. Panegyr. c. 2. lectionem eruit: *Hunc autem semper judicavi esse unum hominem*, quam probarunt et receperunt duumviri. — Nobis autem haec lectio interpretantis manum redolet, ac negligentius Ciceronem h. l. scripsisse, potius existimamus. — Intellexisse autem illud: *semper judicavi* Tullium, non est quod dubitemus. — Bentlejus, suo more, dixisset: „ *auctor si* „ *non ita scripsit, certe ita scribere debuit.*"

§. 112. *ego ineptus esse minime vellem.* Heusingerus e Cod. Guelf. A. restituit *ego me ineptum esse.* Sic est quoque in Cod. Erl. 1 et 2. Ox. V. — vid. omnino Müllerus, qui cum Schützio hanc quoque lectionum recepit. Nos autem vulgatae manemus addicti. — Potest etiam ratio reddi unde orta sit haec lectio, nempe bis scriptis tribus prio-

prioribus vocabuli *ineptus* litteris *ine ine* quae in Codd. a scriptura *τον me* haud differunt, nisi puncto, supra litteram *i* posito: hinc deinceps descripserunt: *me ineptum esse*; nam mutandum jam erat *ineptus* in *ineptum* propter praecedens *me*. Non autem tam facile ratio reddi potest, cur e lectione, quae praebet *me ineptum esse*, orta sit, illa: *ineptus esse*.

Cap. XXV. §. 114. *Omnia sunt enim illa dona naturae.* — Recte, opinor; et sic cum Pearcio et Müllero scribendum, auctoritate Codd. MSS. a Müllero citt. interpunctione ante *omnia* facta. — cf. autem Müllerus.

Cap. XXVI. §. 119. *quique optime dicunt, quique* — In vulgata maneam lectione. *Optime* enim quis dicere possit, nec tamen *facillime* et *ornatissime*. Itaque disjungi, particulis *et* — *et*, vel duplici *que*, hujus periodi partes possint; nec opus est, ut cum Lamb. et Goerenzio omittamus prius *que*.

Cap. XXXI. §. 141. *partim* — *partim*. De ratione, qua veteres illo *partim* usi fuerint, videndus est A. Gellius *Noctt. Att.* lib. 10. cap. 13. Est autem adverbium, quod pro quovis nominis casu adhibetur, prouti sensus id requirit. Videtur esse accusativus antiquus et subintelligi *ad* vel *quod ad partem*. — Pro nominativo casu occurrit in: *partim hominum venerunt*, pro *pars hominum*; pro ablativo in: *cum partim hominum* h. e. *cum quibusdam hominibus*; ipse Gellius lib. VII. cap. 3. habet: *quumque partim senatorum de Rhodiensibus quererentur*. cf. Müllerus.

Cap. XXXII. §. 147. *Et exercitatio quaedam.* —

dam. — Mullerus putat, lectiones *et*, *at*, *ejus* corruptas esse e vera scriptura *etiam*. Nos *Et* pro vera lectione habemus, et *etiam* τοῦ *et* esse interpretationem, credimus.

Cap. XXXIII. §. 153. *quum remiges inhibuerunt.* — Recte omnino Ernestius et Duumviri vulg. lectionem *inhibuerunt* defenderunt contra illud Jo. Paseratii Lamb. et Pearc. *sustinuerunt*, eo ducti ipsius Ciceronis animadversione ad Atticum lib. XIII. ep. 21. cff. Duumviri ad h. l. *Inhibere*, de *remigibus* usurpatum, significare forte possit, motus ille, quo remiges, quando navigii cursus sistetur, remis corpore suo quasi inclinant, eosque, eâ parte levatos tenent, qua, inter remigandum, aquam stringunt atque pulsant, cum interim altera pars, quam manu tenent, in navigii alveum deprimatur.

Cap. XXXIV. §. 158. *eliciendum atque dicendum.* Vera mihi videtur haec lectio, nec cum Schützio posterius *dicendum*, quod in nonnullis codd. est *discendum*, omitterem, auctoritate Guelff. B. C. Ox. α. ε. — *dicendum* legitur in Guelf. A. cf. Müllerus qui vulgatum quoque praetulit atque defendit.

Cap. XXXV. §. 161. *Immo id mehercule.* Non alienus sum a recipienda lectione, quam praebent Guelff. A. B. C. et agnovit Nonius, atque receperunt Duumviri.

Cap. XXXVII. §. 170 *in hoc ferendum.* — quamvis Ernestius moneat, *ferendum* Ciceroni idem significare, quod *efferendum*, illudque exquisitius esse, tamen cum Pearcio atque Duumviris, auctt. codd. et editt. vett. Mediol. Manut. et Lamb., praetulerim *efferendum*.

Cap. XXXIX. §. 179. *lumina, uti tum essent, ita*

ita recepit. Haud cum Schützio dubitaverim, an transponenda sint *Bucculeji* et *Fufii* nomina. Haud enim dicitur *Bucculejum prorsus*, sed *quodammodo errasse*; eo scilicet, quod res, cum in controversiam veniret, in utramque partem defendi, seu de ea ambigi posset; propter ambiguam in lege mancipii formulam, quae, universe spectata, interpretari quoque de quacunque coeli parte, cui officeretur, posset.

Eloquentium juris peritissimus. Strenue Müllerus haec, contra Schützium, inepti glossatoris laciniam ea judicantem ac recidentem, defendit. — Ipse autem conferendus.

Cap. XL. §. 183. *Inferiore ordine.* — Minime cum Schützio haec insititia putaverim. Explicat sic Jac. Proust, et recte quidem, meo qualicunque judicio: „ *in simili causa postliminii, in homine inferioris ordinis, quam fuisset Mancinus.*" Neque cum Müllero, e vestigiis cod. Erl., ubi legitur: *inferioreque*, reponerem, *inferiore ex ordine.*

Cap. XLII. §. 187. *Ignota quondam — videbantur.* — *Ignota* vera est lectio. — Quae ad artem pertinebant ea non omnino antequam ad artem erant redacta *ignota* erant; oratores enim in dicendo, sua sponte, erant diserti atque eloquentes; sua ipsi natura excogitabant, quae erant dicenda, dein excogitata disponebant, ornabant atque ad ea omnia memoriam atque actionem adhibebant, haud secuti Rhetorum praecepta, quippe quae ignorabant oratores in primis veteres. Eloquentia enim non ex artificio, sed artificium ex eloquentia natum est, cum quidam observarunt atque digesserunt, quae, sua sponte, homines eloquentes faciebant. Itaque artis materia *videbatur* tantum ignota, cum nondum digis-

gesta, atque ad certa quaeque genera, omnia erant revocata; quamvis diserti homines, artis praeceptis minime imbuti, in dicendo tamen plurimum valebant, et sic re ipsa ostendebant, se, omnino quidem nosse, quae ad eloquentiam pertinebant. — Haec autem, quibus diserti atque eloquentes existimabantur, non e certis locis artificiose hauriebant, sed sua ipsi natura, e late diffusis, congerebant. Itaque haud assentimur Schützio, *ignota* sincerum non esse, putanti atque pro eo *incondita* legendum esse, existimanti.

Cap. XLIII. *Aliena studia.* — Haud alienus sum a recipienda Wyttenbachii conjectura, qua emendavit, *antiqua studia.* Possit tamen vulgata lectio defendi, si, per *aliena studia*, intelligantur ea, quae non arcte cum jure civili sunt juncta, qualia sunt: prisca verborum vetustas, actionum genera, consuetudo vitaque majorum; cum ea, quae deinceps sequuntur, civilis scientia et praepotens ista atque gloriosa philosophia, arctiori vinculo cum jure civili constringantur.

Civilem scientiam contempletur. Recte omnino Müllerus vulgatam lectionem, contra Schützii, Wyttenbachium secuti, emendationem, qua reponit *complectitur*, ceu *consectatur*, defendit; et unice vera, meo qualicunque judicio, est vulgata lectio.

Cap. XLV. §. 198. *Itaque, ut apud Graecos.* Bene monet Müllerus, Matthiae, in program. Altenb. 1807. edito, optime de hac vulgata lectione meruisse, contra Schützium, e codd. Guelff. et nonnullis editt. antiqq. recipientem *non*, post *itaque*; quod additum Matthiae judicat ab imperito librario. Sed ipse Müllerus consulatur.

Cap.

Cap. XLVI. §. 202. *Ut et ipsum.* — *Et*, h. l. pro *vel* aut *adeo* positum animadvertit Müllerus et vulgatam lectionem, contra Heusingeri emendationem, quem secutus est Schützius, defendit.

Labentemque populum. Post Lamb. duumviri edidere *labantem*, tanquam aptius est elegantius hoc loco. Vid. Müllerus.

Cap. LI. §. 219. *Nisi qui rerum omnium.* Recte omnino Müllerus, post Matthiae, contra Schützium, vulgatam lectionem defendit. Hic autem reposuit, *nisi qui hominum naturam et motus animorum*, *eorumque rationes penitus perspexerit*; nulla codd. auctoritate, sed suo tantum ingenio ductus. At, quam vere, ipse vir. doctiss. videat! Antonius enim totam h. l. philosophiam, in tres partes distributam, comprehendit, prouti ipse Crassus (§. 68.) eam distribui dixerat; scilicet: in *naturae obscuritatem*, *in disserendi subtilitatem*, *in vitam atque mores*. Ad eandem nunc partitionem respicit; nam *omnium rerum natura* idem est, quod per *naturae obscuritatem* intellexit Crassus, *physica* nempe, quae obscura est; *mores hominum* idem, quod ibi per *vitam et mores* expressit, i. e. *philosophia moralis*; *rationes* idem est, quod illo loco, *disserendi subtilitas*, h. e. *dialectica*. Crassum enim in perfecto oratore universae philosophiae scientiam requirere, patet ex iis, quae supra, in hanc rem, multis disseruit. Sic §. 63. — *Quamobrem*, inquit, *si quis universam et propriam oratoris vim definire complectique vult*; *is orator erit*, *mea sententia*, *hoc tam gravi nomine dignus*, *qui*, quaecunque res inciderit, *quae sit dictione explicanda*, *prudenter et composite et*

me-

memoriter dicat, cum quadam etiam actionis dignitate. — Sic quoque §. 71. *Namque illud*, inquit, *quare Scaevola! negasti, te fuisse laturum, nisi in meo regno esses, quod in* omni genere sermonis *in* omni parte humanitatis *dixerim oratorem perfectum esse debere? nunquam, me hercule, hoc dicerem, si eum, quem fingo, me ipsum esse arbitrarer.* Sic tandem, ne plura commemorem §. 80. Antonius, *probas mihi*, inquit, *Crasse, quae dicis, nec dubito, quin multo locupletior in dicendo futurus sit, si quis* omnium rerum atque artium rationem naturamque comprehenderit. Cff. quoque §§. 87. 158. Refellitur autem Schützius, quando affirmat, „ Crassum, illo loco, qui hic respicitur, non dixisse, oratori, ad animos judicum, vel concitandos vel reflectendos, opus esse *rerum omnium naturam et mores hominum* intelligere." Supra enim Scaevola, §. 168., Crasso dicenti respondet. *Ain' tu? si de istis communibus et pervagatis vix huic aetati audiendum putas, etiamne illa negligere possumus, quae tu oratori cognoscenda esse dixisti*, de naturis hominum, de moribus, de rationibus *iis, quibus hominum mentes et incitarenter et reprimerentur.* Similis hic nostro est locus, nisi quod ibi de *hominum natura*, nostro loco de *natura omnium rerum* dicatur, quam tamen perfectum oratorem scientia comprehendere Crassus voluit, si bene eum intellexerit Antonius §. 80. supra jam laud. cf. quoque §. 75. *tua autem fuit oratio caet.* et §. 41, Scaevola, a Crasso dissentiens: *quod vero*, inquit, *in extrema oratione, quasi tuo jure sumsisti, oratorem* in omnis sermonis disputatione *copiosis-*

fisfime posse versari caet. Jam vero in Crasfi extrema quidem oratione nil ejusmodi diserte dicitur, sed universe tamen enumerantur inde a §. 29. nonnulla, quae in perfecto oratore requiruntur, quaeque ab eo praestari posfunt ac debent, fi hoc tam gravi nomine erit dignus. Haec autem §. 34. *pene innumerabilia* dicuntur. — Observandum autem, Ciceronem, in his dialogis, de iisdem rebus, five ex persona Crasfi, five ex illa Antonii, Scaevolae aut aliorum disserentem, non semper iisdem uti verbis; nunc enim paucioribus, mox rursus pluribus eandem rem comprehendit. Ac bene tenendum, non dialecticorum more, in his dialogis, accurata definitione et suis limitibus circumscripta disputari; sed ea ratione, qua solent homines, sermones inter se conferentes et confabulantes.

§. 220. *Fervorne mentis.* Haud cum Schützio, ex Purgoldi conjectura, in obsf. critt. p. 331 seq. reciperem emendationem *errorne mentis.* — *Fervor* enim *mentis* optime convenit *iracundiae;* minus autem *error;* quamvis ex *mentis errore*, fi philosophorum more disserendum fit, quosvis animi motus, tanquam e primaria causa, oriri, confitendum est. cf. Müllerus.

§. 224. *Ne, fi quando — mutuetur.* Vera est lectio *ne*, nec opus est, id mutari in *nec.* Eo enim tendit oratio, ut ostendatur, oratorem, qui persuadere suis civibus aut aliis omnino hominibus quid velit, omnino oportere hominum mentes pertractatas habere; eorum consuetudinem et mores, pro varia eorum ratione, nosse atque animo tenere; hinc persuadendi materiem sumere, ex ipsa scilicet hominum natura atque ra-

ratione, non adhibitis philosophorum libris, e quibus declamet, quae ad persuadendum facere ipse putaret. Hos enim libros reservandos esse ad Tusculani aut alius suburbii requiem atque otium, ne, si quando ei, v. c. dicendum esset de justitia et fide, ad Platonis, de republica, libros recurreret indeque sumeret, quae ad harum virtutum praestantiam, hominibus commendandam, idonea viderentur. Inepte enim hoc fieret cum ea, quae Plato de justitia dicenda putabat, a vitae consuetudine et a civitatum moribus abhorrebant, quos autem unice spectare, Antonio judicante, orator deberet, et ex his argumenta et rationes haurire, si persuadere auditoribus vellet.

§. 226. *Haec quis philosophus tam mollis — probare posset.* Non, ut Schützius putat, h. l. constructio vacillat, quod ter repetitum *tam*, non habeat, quo se referat; *tam* enim h. l. idem est, ac *quamvis*, *utut*; *quamvis mollis quamvis languidus* caet. *sit*.

Cap. LIII. §. 228. *His quoque eum tragoediis.* In altero cod. Guelf. est *isque* in altero *iisque* hinc Heusingerus conjecit: *hisce eum tragoediis*, et sic edidit Schützius. — Müllerus, post Talaeum e Cratandri in margine nota edidit: *his quasi eum.* Nos vulgatae manemus addicti, ac *quoque* referendum putamus ad antecedens, in Crasso, exemplum, quo demonstretur, quantopere necesse sit, ut is, qui persuadere velit iis, apud quos dicat, venas cujusque generis, aetatis, ordinis caet. teneat, eorumque mentes sensusque degustet, ut aut inflammare eorum mentes, qui audirent, posset aut inflammatas restinguere.

Cap. LIV. §. 231. *Et oratoriam.* — Quamvis

vis per se ferri haec lectio possit, haud tamen alienus sum a recipienda Schützii emendatione, rescribentis *et ornatam*. cf. eum secutus Müllerus.

Mihi autem verba: *et olim praefuerunt* glossatoris manum redolent, qui, cum in cod. legeret: *et hodie praesunt*, existimaverit, omissa quaedam esse, ad quae referendum esset hoc *et*. Itaque in margine addidit, ut plena esset orationis formula, *et semper praefuerunt*, unde deinceps in textum venit.

Cap. LVI. §. 237. *Nec, si parvi navigii* — cf. ad h. l. Müllerus et J. C. Herold, qui singularem de hoc loco diss. scripsit.

§. 240. *Tum ille fidenter homo* — Manutii lectionem: *tum illi fidenter* ego quoque cum Müllero vulgatae praetulerim.

Cap. LVII. *Dicendi vis egregia.* — Si quid h. l. mutandum, non cum Manutio legerim: *dicendi certe vis egregia.* Sed simpliciter mutarim *egregia* in *egregie.* — *Dicendi vis egregie — profuit.*

Cap. LVIII. §. 247. *Ipsa sua vetustate.* Nil h. l. mutandum, sed bene sese habere omnia existimem.

Cap. LX. *Non ita multum spatii mihi videtur.* Possit lectio — *mihi habere videntur* vera esse; sed vulgata tamen haud rejicienda. — *Habere videntur* magis quoque emendatoris manum redolet.

Cap. LXII. *Non solum arbitrabar.* Non male Schützius emendat *non talem* coll. orat. c. 2. *atque ego in summo oratore fingendo talem informabo, qualis fortasse nemo fuerit.*


NOVA

ACTA LITERARIA

SOCIETATIS

RHENO-TRAJECTINAE.

PARS QUARTA.



TRAJECTI AD RHENUM,

APUD JOHANNEM ALTHEER,

Societatis Trajectinae Typographum,

MDCCCXXXI.

ALEXANDRI BAKE,

COMMENTATIO CRITICA

DE

LIBELLIS, QUI *XENOPHONTIS*

NOMINE FERUNTUR

DE REPUBLICA ATHENIENSIUM

ET

DE VECTIGALIBUS ATHENIENSIUM

AD QUAESTIONEM

A SOCIETATE LITERARIA ULTRAJECTINA

PROPOSITAM

„*Num recte Xenophonti tribuuntur Libelli de Republica Atheniensium et de Vectigalibus Atheniensium?*"

PROLEGOMENA.

In dijudicandis veterum ſcriptorum clasſicorum monumentis, illud ſine dubio maximi habendum est momenti, ut primo loco inquiramus, an ſcripta quaevis auctore ſuo, eo videlicet, cujus nomen in fronte profiteantur, digna ſint, eique merito tribuantur. Etenim ſpectat hoc eo, ne in ipſo judicio de eorum meritis virtutibusque, falſis ducamur indiciis, neve ita, quod ad primam et praecipuam cauſae partem attinet, in multiplices delabamur errores. Num enim certum judicium, num veram ſententiam de praeclaris veteris aevi ingeniis proferre posſemus, ſi in libris, qui eorum nomine feruntur, ſpuria pro germanis, falſa pro veris acciperemus, omnibusque pariter eandem tribueremus auctoritatem? Quid de Socratica, quid de Platonica philoſophia fiet, ſi, quae e vero fonte manarunt Platonis aut Socraticorum ſcripta, eodem numero cum Sophistarum nugis habemus? Quamnam mirabimur, nobisque imitandam proponemus eloquentiam, ſi Demosthenis et Ciceronis nomine, declamatorum ineptias amplectimur? — Sine dubio

 bio

bio ſaluberrimum artis Criticae officium est praedicandum, ſi, ante omnia, ab hoc errore nos defendit, atque ea manifestat indicia, e quibus cuique perſpicuum ſit, *quid distent aera lupinis*. At, quantumvis laudabilis ſit dicenda eorum opera, qui ad hanc potisſimum partem liberalioris disciplinae omne ſtudium omnemque diligentiam convertunt, tamen, ſi ad humani ingenii imbecillitatem reſpicimus, quid magis incertum est, quam illud judicium, quo ſpuria a veris ſecernuntur? Num quae disquiſitio in tota re literaria magis *periculoſae plenum opus aleae* dici meretur, quam ea, quae ad ipſa veterum ingenia atque ſcripta dijudicanda tendit? Nam ſi probe animadvertimus, in quanam re verſetur ejusmodi quaestio, et nobiscum reputamus, quam lubricum et difficile ſit, de quacumque re remota, ſive tempore ſive loco, certam ferre ſententiam, quis est, qui in iis rebus ſtatuere audeat, in quibus vix dubitandi locus esſe videatur? Certe, ſi univerſe has Critices exercendae difficultates nobis ante oculos ponimus, ſatis idoneae ſunt cauſae, quae nos ab ejusmodi opere ſuscipiendo absterreant, quod, niſi omnibus numeris abſolutum, et in ſuo genere perfectum ſit, facile invidiae et contentioni locum dare posſit, et, quatenus ex mera opinione judicium pendet, ſemper ſibi

ad-

adverſarios excitet, aliosque quaſi ad certamen provocet. Sed et viciſſim fatendum est, quum nulla Critices pars his ſpinis prorſus vacet, nimiam timiditatem hac in cauſa non minus nocere, quam ſi temere atque inconſulte nostras opiniones jactamus. Quid enim fit? Facile aliquis, ſive ſponte ſive provocatus, eo adducitur, ut ſententiam ſuam de re dubia proferat quidem, ſed in cauſa agenda iis utatur argumentis, quae ſpecioſa magis quam vera dici mereantur; ut, niſi nostrum abhibeamus judicium, metuendum ſit, ne et ipſi decipiamur *ſpecie recti*, et alii tacito quaſi adſenſu in eundem errorem ſe adduci patiantur. Quod ſi nostram, in ejusmodi disceptatione, feramus ſententiam, idoneis, quantum fieri posſit, fundamentis ſubnixam, inde ſaltem, niſi vera probasſe dicendi ſimus, illud lucrabitur ipſa cauſa, ut ab errore quodammodo ſit remotior; nam illud pro certo habendum: in cauſa dubia dubitare quam falſa pro veris ſtatuere praeſtat.

Hae igitur cogitationes eo me adduxerunt, ut in propoſita quaestione tractanda virium mearum periculum facerem, non quod eorum numero me haberi velim, qui hac in parte praeclare de literis meruerunt, ſed ut, invitatus quaſi ad certamen, de ea re ſententiam ferrem, quae mihi huc usque multis in partibus errori obnoxia fuisſe vi-

de-

detur. Rationes, quas modo attuli, satis ostendunt, quid universe sentiam de iis disquisitionibus, quae scripta aliqua aut vera aut supposita esse evincant. Non inanis certe ea opera est dicenda, non frivolus labor, qui eo tendat, ut et in re literaria *suum cuique tribuatur*; nullum sane Criticès officium religiosam magis sibi vindicat severitatem et judicii integritatem; sed et simul, nullius disquisitionis rationes magis dubiae, nullius controversiae exitus magis incerti sunt dicendi. Quid mirum igitur, si in plerisque caussis, quae in eo genere versantur, post disceptationem judicium fuerit anceps, lis injudicata manserit? In quonam enim discrimine vulgo res agitur? Disceptatur scilicet de iis, quae ex ipsius auctoris ingenio sunt repetenda: de argumentorum dispositione, de sententiarum gravitate aut acumine, de sermonis elegantia aut proprietate, universe de orationis habitu et colore, deque veritate sive consensu eorum quae oratione illa exponuntur; quorum omnium quanta saepe in uno homine discrepantia? Attamen, nisi omni ex parte certa praebeant indicia, utique probabilia sunt ducenda quae inde efficiantur; et, etiamsi hac in re, de hominibus nostri aevi, dubitandum quodammodo esset, num semper tuto his vestigiis insistere possemus, non idem tamen dicendum videtur de veteribus, apud quos

quos cum publicae tum privatae vitae disciplina ad eam normam erat instituta, ut vulgo, quoad fieri possit, ex eorum ingenio, indole, ac vitae consuetudine certiora ducantur argumenta, quam si in recentioribus ad eadem indicia nos dirigi pateremur. — Quidquid sit, in his multum valuit et semper valebit singulorum opinio; quae tamen, si aperto Marte est certandum, non illud efficiat, ut a sententia nostra dicenda, rationibusque, quibus ea nitatur, exponendis, abduci nos sinamus. Antequam igitur ad ipsam caussam dicendam accedamus, breviter, remotis ambagibus, exponam, quam potissimum rationem in hac Commentatione sequendam esse duxerim.

Quaestio versabitur in duobus scriptis, quae vulgo Xenophontis nomine feruntur, Xenophonti tribuendis aut abjudicandis. De Libello *de Republica Atheniensium* saepius ipse dubitaveram; de altero numquam, quin ne caussa dubitandi satis ideonea mihi suppetebat. Itaque rem de integro sum aggressus, et, quum *Libellum de Vectigalibus* Xenophonti ab omni dubitatione vindicandum esse statuerem, de hoc ipso primo loco agere decrevi. Causae, quae ad utramque litem dijudicandam valent, omnino mihi duae esse videbantur; quarum altera, quae petita est a *tempore scriptionis*, indubitatas notas praebere possit, si utique satis certa adsunt indicia, scriptio-

tionem auctoris aetate esse aut vetustiorem aut recentiorem. Altera causa referenda est ad *auctoris ingenium*, ejusque argumenta in primis petenda e comparatione eorum locorum, qui ejusdem auctoris nomen ferunt, et de quorum auctoritate atque origine non dubitatur. Ea, si *verum* attingere nequit, rem probabilem ac verisimilem reddere potest, neque ulterius progreditur. Hanc igitur rationem secutus, in utraque parte hujus Commentationis, disquisitionem praemisi de tempore scriptionis; cui, in parte priore, quae est de *Libello de Vectigalibus*, subjecta est brevis notatio aetatis Xenophontis, quatenus nimirum illa apte cum proposito nostro cohaeret; deinde universa quaedam de Xenophontis ingenio et scriptione. Sequitur ad utrumque Libellum Annotatio Critica, cujus consilium est, ut deinceps ostendatur, quatenus utriusque opusculi ratio et oratio Xenophontem referat aut ab eo discrepet; ut inde, rationibus subductis, efficiatur judicium.

MONITUM.

In Xenophontis libris citandis, auctor usus est editione minore Lipsiensi apud Tauchnitzium.

PARS

PARS PRIOR.

DE LIBELLO QUI INSCRIBITUR ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ Πόροι, ἢ περὶ προσόδων.

CAPUT I.

DE TEMPORE QUO SCRIPTUS ESSE VIDETUR HIC LIBELLUS.

§. I.

Nisi ipsum, in titulo hujus Libelli, Xenophontis nomen in dubium esset vocatum, haud sane difficile foret commodis argumentis demonstrare, ad quamnam partem aetatis ejus scriptio esset referenda. Ipsa enim Auctoris aetas in hac causa praejudicium faceret, et disquisitioni quasi certos terminos constitueret. Nunc, quia de hoc ipso ambigitur, num revera Libellus ille Xenophonti sit adjudicandus, de integro res est suscipienda, et, quatenus fieri potest, hujus nominis nulla ratio habenda. Ne autem

tem in incerto nimis vagetur investigatio nostra, videamus, quousque aliorum vestigia nobis, hoc loco, ad verum inveniendum indicia esse posſint.

Quod igitur primo loco ad Weiskii conjecturam attinet, qui ex ipſo Libello ſibi probaſſe viſus est, ſcriptum eum eſſe *Ol.* 89. *a.* 3, eam dudum, in novisſima X. editione, rejecit Schneiderus, et post hunc Boeckius, (Staatshaush. der Athener. Vol. II. p. 144.) qui, ubi eam memorat, ingenue confitetur, miram ſibi illam videri. Et mihi, ut verum fatear, Weiskianum illud judicium ſanequam mirum videbatur, attamen, postquam plures Viri Doctisſimi ad hos Libellos obſervationes et interpretationes legeram, non adeo novum aut inexſpectatum accidit, quod de hoc loco adnotatum reperimus. Satis enim conſtat, ita comparatam esſe hominum naturam, ut, non ſolum in ipſa opinionum et ſententiarum varietate, ſua cuique maxime placeant, ſed etiam, ut ſaepe, quae aliis numquam probari poterunt, ea nobismet ipſi ab omni dubitatione vindicasſe videamur. Quid igitur Weiskium, virum ceteroquin de Graecis literis optime meritum, in hanc opinionem induxerit, nostrum non est inquirere; illud vero ne vitio nobis vertatur, ſi, ex instituti nostri ratione, ejus improbandae cauſas hoc loco exponimus.

§. 2.

Primarium Weiskii argumentum est locus Libelli IV. 40. „Εἰ δ' αὖ διὰ τὰς ἐν τῷ νῦν πολέμῳ γεγενημένας εἰςφορὰς νομίζετ' ἂν μηδ' ὅ τι οὖν δύνασθαι εἰσενεγκεῖν, ὑμεῖς δὲ, ὅσα μὲν πρὸ τῆς εἰρήνης χρήματα εὑρίσκε

τὰ

τὰ τέλη, ἀπὸ τοσούτων καὶ τὸ ἐπειδὴ ἔτος διοικεῖτε τὴν πόλιν. κ. τ. λ.;" qui locus indicat fere, Auctorem scripsisse pacis tempore, paullo post bellum aliquod finitum. Itaque ejus judicio pax ea respicitur, quae Niciae in primis opera conciliata est, et qua totum bellum Peloponnesium compositum videbatur; (*Ol.* 89 *a.* 3.) verbis autem ἐν τῷ νῦν πολέμῳ, Auctorem ipsum illud bellum significare, contendit. Vera haec sententia esse posset, si e reliquo libro idoneis argumentis firmaretur; quod tamen a Viri Doctissimo factum esse non videmus. Nam quod IV. 46. Megarenses et Thebanos memorat, tamquam civitates proximas Athenis, illud vero haudquaquam valet ad indicandum, Auctorem scripsisse post ejusmodi pacem, qua ipsae illae civitates a communi foedere essent exclusae. Manifesto enim Auctor d. l. non in animo habet *hostes Atheniensium* exempli causa citare, sed *proximas quasque civitates*; atqui hoc ipso loco, etiamsi Atheniensibus eo tempore amicissimi fuissent, nullos alios nominare poterat, nisi Megarenses et Thebanos (1), quos praeterea, non per breve quoddam tempus, sed perpetuo fere Atheniensibus inimicos fuisse, undique constat (2). Judicet igitur aequus lector, an eo loco, ubi ita incipit Auctor: Ἀπέχει μὲν γὰρ δήπου τῶν ἀρ-

(1) Eosdem tamquam Atheniensium finitimos (περιχώρους) jungit Demosth. Cor. p. 365. 22.

(2) De Thebanis vid. ipse Xenophon Hell. II. 2. 19. et VI. 5. 35., Dem. Cor. p. 231. Cf. Diod. Sic. XV. 82., Schol. ad Aristoph. Ran. vs. 1050. — De Megarensibus vid. Thuc. IV. 66. coll. cum II. 31., Diod. Sic. XII. 44 et 66., Pauf. I. 40. 3.

ἀργυρίων ἢ ἐγγύτατα πόλις, Lacedaemonios commemorare potuisset, ut vult Weiskius; in primis si etiam ad ea, quae §. 47. sequuntur, attendat.

Alterum argumentum, ductum ex V. 9., est ejusdem generis, aut, si fieri potest, minus etiam probat hanc de tempore scripti Libelli sententiam. Immunitatem enim templi Delphici refert ad eandem pacem, qua diserte hoc erat sancitum, (Thuc. V. 18.) *ut templum Apollinis Delphici et urbs Delphorum ipsa, sicut antiquitus, libera et sui juris esset:* verba autem Auctoris nostri manifestissime indicant, templum Delphicum, eo tempore quo haec scriberet, non fuisse αὐτόνομον; si enim fuisset, quomodo, quaeso, ita dicere potuisset: ὅπως τὸ ἱερὸν αὐτόνομον γένοιτο, et quidem his verbis additis: ὥσπερ πρόσθεν? — Ejusmodi interpretationis rationem utinam reddidisset ipse doctissimus Weiskius; equidem hunc in modum vim verbis inferre nefas duco.

§. 3.

En tota argumentorum summa, quibus adductus Weiskius sibi persuasit, aliisque persuadere conatus est, „aliud tempus aetatis Xenophonteae demonstrari non posse, ad quod facilius „quis Auctoris verba accommodet." — Quis, nisi plura ejusdem generis legerit, non miretur hanc in Critica exercenda subtilitatem et diligentiam? Praesertim quum, in hac re dijudicanda, non novum quid aggressus sit, sed priorem, et, ut nobis videtur, meliorem Zeunii sententiam

pror-

prorsus repudiaverit; cujus argumenta rejecit quidem, non vero refutavit. Nam primo quidem locum IV. 40. (ut jam observavit Schneiderus) inexplicatum dubitationi lectorum reliquit exquirendum. Idem fecit in verbis πρὸ τῶν ἐν Δεκελείᾳ, (IV. 25.) quae, in temporum ratione ineunda, luculentissimum indicium praebent; dum disputando eo rem deducit, ut ad ipsa ea verba, quae Zeunius satis commode interpretatus erat, adnotet: τὰ ἐν Δεκελείᾳ quae sint, nescio! — Eadem praeclara interpretandi ratio elucet ad III. 7., ubi Weiskio Hegesilaus ille est Ἀρκάδων ἡγούμενος et natione Arcas; quae unde hauserit Vir Doctissimus, non liquet: ex ipsis enim verbis, nisi rursus vi adhibita, illa sententia effici nequit; sunt autem: ὅτε ἡ πόλις Ἀρκάσιν ἐβοήθει ἐπὶ Λυσίςρατου ἡγουμένου, πολλὰ δὲ ἐπὶ Ἡγησίλεω. Ubinam lateat ille Arcadum dux, non video; nec usquam exemplum exstare memini, ubi, quum Athenienses minori cuidam civitati opem tulisse dicuntur, hujus dux memoratur, ipsorum Atheniensium non item; et omnino, si Auctor suis civibus ea auxilia, ut rem ceteroquin notam, in memoriam revocare vellet, facile quisque intelligit, Atheniensium ducem nominandum fuisse, non alienum. (Cf. Schneid. nota ad h. l.) Huc accedit, quod hoc tempore (nam Auctoris verba utique referenda sunt ad eas res, quae proxime praecesserant) nulla ab Atheniensibus auxilia Arcadibus sunt missa, nec mitti potuerunt, quum constet, Arcades bello Peloponnesio, nisi Lacedaemoniorum socios, certe in Atheniensium societate non fuisse. (Thuc. II. 9.) Cetera, quae in ipso Libello cum hac senten-

tentia manifesto pugnare videntur, quamquam ea Weiskium non latuerunt, (vid. Prol. ad h. Lib. p. 95. N°. VI.) ne attigit quidem; veluti interpretationem §. 6 et 7. Cap. V. de Graeciae principatu ab Atheniensibus amisso et recuperato: Niciae mentionem, inter ea exempla, quae e *pristino tempore* (πάλαι) petita sunt, IV. 14: locum illum (II. 13.), e quo liquet, eo tempore quum haec scriberentur, inquilinos in exercitum recipi solere; quod *Ol.* 89. *a.* 3. nondum, nisi in summo periculo, factum erat: (vid. exemplum apud Thuc. IV. 90. Cf. Petit. L. Att. p. 654. et Boeck. in Op. cit. Vol. I. p. 280.) aliaque, quae minoris fortasse sunt momenti, sed quae in hac disquisitione omitti non debuerant.

§. 4.

Nobis igitur mira haec temporum computatio, quae fortasse a ceteris omnibus dudum explosa est, rejiciatur. Aliam rationem, eamque probabiliorem quodammodo, secutus est Schneiderus (in Proll. ad h. l. in Xen. ed. Tom. VI. p. 137.). Is enim, improbata et refutata Weiskii sententia, statuit, Xenophontem scripsisse hunc Libellum post *Ol.* 106. *a.* 2., adductus in primis loco illo (V. 9.), ubi de templo Delphico et de Phocensibus sermo est. (vid. Proll. p. 140.) Sed et in annotatione ad ipsum locum insuper statuit, scripta ea videri ante *Ol.* 108. *a.* 2. i. e. ante finem belli sacri: ita enim verba ἐκλιπόντων Φωκέων interpretari videtur, ac si respiciat Auctor Thebanos Thessalosque, qui in hoc bello, una cum Philippo Macedone, contra Pho-

Phocenses bellarunt; cujusque belli exitus is fuit, ut Atheniensium decreto a Philocrate scripto (Demosth. Falf. leg. p. 356. R.) jussi sint Phocenses templum Amphictyonibus tradere; qui exitus ita (prout ex ipsis verbis colligere videtur Schn.) auctori nostro notus esse non potuit. Ita Schneiderus argumentari mihi videtur; rationes suas non perspicue satis apposuit. At Boeckius (Vol. II. p. 146.) observat, quum Libellus non scribi potuerit post finem Belli Sacri *Ol.* 108. *a.* 3., scriptum illum esse ante ejus initium. Prius illud nullis quidem testimoniis probat, fretus fortasse Xenophontis aetate, quam ultra *Ol.* 106. *a.* 2. vix produci posse, alibi statuit. Sed et nulla Xenophontis ratione habita, absurdum pene fuerit statuere, ejusmodi scriptum, cujus consilium unice illud est, ut pacis artibus colendis Atheniensium reipublicae et salus et ceterarum civitatum principatus concilietur, eo tempore exstitisse, quo Philippi Macedonis consilia, in primis Phocensium interitu, jam luce clarius omnibus innotuerant, neque ulla pacis tuendae aut salutis obtinendae spes Atheniensibus ostendebatur, nisi quae tenderet ad pristinam proavorum virtutem, viresque bellicas, contra futurum patriae oppressorem excitandas; (cujus rei in Demosthenis Philippicis crebra testimonia adsunt). — Alterum quod ex his sequitur, Libelli scriptionem ita statuendam esse ante *Ol.* 106. *a.* 2. a Boeckio ita fere demonstratur: „ Phocenses inde „ ab initio (belli sacri) a bellando non desti- „ terunt, nec etiam templum Delphicum adver- „ sariis cesserunt, usque ad *Ol.* 108. *a.* 3; quo „ anno, omni spe destituti, sese Philippo dedi-

„ de-

„ derunt; (Diod. XVI. 59.) cui etiam dein„ ceps, Phocensium loco, templi moderamen „ commissum est. Auctor itaque his verbis „ nullo modo ad res in *bello sacro* gestas re„ spicere potest." Recte omnino ita judicasse mihi videtur Boeckius; sed et praeterea observare mihi liceat Schneiderum in tempore definiendo non admodum sibi constitisse. Auxilia scilicet Arcadibus missa duce Lysistrato et Hegesilao (III. 7.) refert ad bellum recentissimum: hoc autem nullum aliud esse docet, quam illud ipsum quo in pugna ad Mantineam Gryllus Xen. filius occubuit pugnans (Prol. p. 137 sq.); sed et simul verba Ἐν τῷ νῦν πολέμῳ (IV. 40.) et ἐπεὶ δὲ εἰρήνη κατὰ θάλατταν γεγένηται (V. 12.) ita secum invicem conciliat, ut dicat bellum terrestre tum adhuc durasse, mare autem fuisse pacatum. Hoc vero dici nequit de tempore post pugnam Mantineënsem, quo scilicet tempore de bello Thebano ut de bello recentissimo loqueretur auctor: et contra, si verum est auctorem scripsisse Libellum post *Ol.* 106. *a.* 2., dici quidem potest mare fuisse pacatum, terrestre vero bellum durasse, quum Phocensibus auxilia mitterent Athenienses; sed tunc de bello Mantineënsi non loqui potuit ut de bello recens gesto, quippe quod integro fere decennio praecesserat, quo intervallo et saepe aliis auxilia emiserant Athenienses, et *bellum* gesserant *Sociale*.

§. 5.

Boeckius itaque, qui ceterum Schneideri rationes fere comprobat, in temporum ratione ineunda

da *paullum regreditur*, *et censet* auctorem scripsisse *Ol.* 106. *a.* 1. finito *bello Sociali:* verba autem, ἐν τῷ νῦν πολέμῳ (IV. 40.) coll. cum V. 12. non intelligenda esse arbitratur de bello terrestri adhuc durante, sed de bello recens finito; commodissime scilicet et Auctoris consilium et ipsam scriptionem ad illud tempus referri quo, Sociorum defectione, aerarium exhaustum et civitatis reditus magnopere labefactati erant; ut non mirandum sit Auctorem hac scriptiuncula idem sibi proposuisse, quod sibi proposuerat Isocrates in oratione de Pace, eodem fere tempore scripta. — Attamen observare mihi liceat, hanc Isocratis orationem non *esse scriptam* post hujus belli finem, sed potius initio ejus, *Ol.* 105. *a.* 3. Manifestum enim est vel ex ipso orationis exordio, concionem eam in qua verba facturus erat Isocrates, convocatam esse περὶ πολέμου καὶ εἰρήνης. Jam non dubitandum est, quin revera bellum Sociale eo tempore exarserit, i. e. quin Socii (Chii, Rhodii, Byzantii), ut se ab Atheniensium injuriis et vexatione defenderent, arma jam sumserint libertatis recuperandae causa; perspicuum hoc est e totius orationis tenore et consilio. Suadet scilicet suis civibus orator, ut in praesenti rerum statu pacem bello praeferant; et quidem ejusmodi pacem, qua socios sui juris esse sinant, et ab Imperio maritimo desistant; (vid. or. de Pac. c. 6. 17. coll. cum c. 39. in. c. 44 et 47.). Hoc autem non solum facere non potuit *Ol.* 106. *a.* 2., pace jam facta qua socii liberi et sui juris facti sunt, sed ne in fine quidem ipsius belli verosimile est Isocratem ita esse locutum,

quum post varias clades eo jam deducta erat res, ut Atheniensibus fere non integrum esset aut bellum imperiumque maritimum, aut pacem honestam cum sociis optare; praesertim quum ipsas clades quibus affecti erant, quaeque ceteroquin ad pacem suadendam maximi essent momenti, ne verbo quidem memoret. Perspicuum itaque est hanc orationem initio potius belli Socialis *Ol.* 105. *a.* 3., quum nondum armis decertatum esset, esse habitam, atque oratoris consilia unice eo tendere, ut, dum liceret, belli calamitates a republica averteret, pacem honestam ignominiosae anteponens (vid. in primis c. 6.). Eo scilicet adducebatur partim penuria plebis, et ditiorum querela de contributionum multitudine (1), partim quod demagogorum nequitia factum videbat, ut injusta illa tributorum exactio civitati crimini daretur. Et quaenam alia totius belli Socialis causa fuit quam ipsa illa tributorum exactio (2), cujus Charetem in primis auctorem fuisse constat? Quaenam porro hujus exactionis causa nisi solutionis detrectatio, quae vicissim publicam privatamque civitatis inopiam magis magisque augeret?

Eaedem illae rationes me in eam opinionem adduxerunt, ut arbitrarer Auctorem Libelli *de Vectigalibus Atheniensium* scripsisse ante bellum Sociale, quum, gliscentibus jam paullatim discordiae igniculis, et abalienatis jam quodammodo sociorum animis, in eam conditionem Atheniensium res-

(1) Isocr. Pac. c. 9 et 40. Xen. Vectig. VI. 1.
(2) Dem. Rhod. lib. p. 191. Ulp. in argum. Wolf. Proll. ad Lept. p. 59.

respublica erat deducta, ut, si a defectionis belique calamitate sibi cavere vellent, tota redituum ratio mutanda, et omnibus modis paci atque concordiae serviendum esset. — Fieri potest ut fallar; rationes tamen meas breviter exponere conabor.

§. 6.

Auctorem scripsisse pacis tempore, sed paullo post bellum finitum, tuto colligere videmur e locis supra jam citatis IV. 40. coll. V. 12; et pacem tum fuisse firmatur iis quae leguntur IV. 41. „ Ἐι δέ τινες αὖ φοβοῦνται, μὴ ματαία ἂν „ γένοιτο αὕτη ἡ κατασκευὴ, ἐι πόλεμος ἐγερ„ θείη, ἐννοησάτωσαν κ. τ. λ." et ibid. §. 43. „ Λογίζομαι δ' ἔγωγε, καὶ πολέμου γιγνομέ„ νου, οἷόν τ' εἶναι μὴ ἐκλείπεσθαι τὰ ἀργύρια „ κ. τ. λ." E quibus magis etiam liquet falsam esse Schneideri opinionem, bellum terra etiamnum durasse, mare contra pacatum fuisse; quum in dictis locis perspicuum sit non nisi de terrestri bello a finitimis inferendo sermonem esse. Verba ἐν τῷ νῦν πολέμῳ (IV. 40.), quum non ad praesens bellum referri possint, respiciant necesse est bellum quod proxime praecessit. De bello Sacro non cogitari posse, jam satis, arbitror, demonstratum est. Sequitur ut videamus an non potius ad bellum Thebanum quam ad bellum Sociale pertineant.

Cap. V. §. 5-8. loquitur Auctor de commodis pacis prae iis, quae bellum civitati adferre possit. Facere quidem hoc potuit *Ol.* 106. *a.* 1. *A. C.* 356. uno anno ante coeptum bellum Sacrum; sed

haudquaquam verosimile est, eum, ut tum res erant, locuturum fuisse de Graeciae ἡγεμονία suscipienda, tum scilicet, quum novissimae pacis conditionibus eo usque imminuta erat eorum auctoritas, et labefactata res maritima, ut ex insulanis non nisi pauci e debilioribus eorum imperio parerent, et tota tributorum summa vix 45 talenta conficeret; (Dem. Cor. p. 305. cf. Boeck. I. p. 453.). *Ol.* 106. *a.* 1. *A. C.* 356. res ad bellum spectabat: Philippi consilia, in primis post gestum bellum Amphipolitanum, jam tum satis perspicua erant; nec etiam quisquam hoc tempore in animum induxisset, spem principatus Graeciae Atheniensibus proponere *pace colenda*, quum jam aperte res eo ducenda esset, ut contra consilia Philippi incolumes sese praestarent. Apparuit hoc non multo post, *Ol.* 106. *a.* 4. *A. C.* 353. quum, classe ad Thermopylas missa, tam prudenti quam audaci consilio perfidum illum Graeciae libertatis insidiatorem infecta re discedere coegerunt, (Diod. XVI. 35 sqq. Dem. Phil. I. p. 44. Cor. p. 236.). Nonne etiam Auctor, si dicto anno scripsisset, de Philippo ejusque conatibus egisset, praecipue quum §. 9. cap. V. eam Atheniensium conditionem esse exponat, ut ipsorum, cum ad suam tum ad universae Graeciae incolumitatem maxime intersit, pace et concordia iis resistere qui jura Graeciae labefactare conentur? Hoc certe loco minus latenter Philippum nominare, aut certe significare debuisset; quod tamen ex iis verbis non patet. Deinceps ad eam quaestionem, an illis nunc conducat *bello sibi principatum Graeciae vindicare*, respondet, illud esse considerandum, utrum vi et acerbitate,

té,

te, an aequitate et beneficiis maris principatum et Ἑλληνοταμίαν consecuti sint. In memoriam iis revocat exempla belli Persici; deinceps memorat, eos sola acerbitate imperii, eo privatos esse; et tum demum, quum ab injuriis abstinerent, principatum illum, sponte tradentibus sociis, recuperasse; (quod factum est circiter *Ol.* 100. *a.* 3. *A. C.* 378. vid. Diod. XV. 28.). Eodem fere tempore Thebani „ ἡγεμονεύειν αὐτῶν ἔδωκαν Ἀθηναίοις " scil. usque ad pugnam Leuctricam *Ol.* 102. *a.* 2. *A. C.* 372. a quo inde tempore et Athenienses et reliqui socii a Thebanis abalienati sunt, et ad Lacedaemoniorum partes sese applicuerunt; qui ipsi tunc vicissim ἐπέτρεψαν Ἀθηναίοις περὶ τῆς ἡγεμονίας θέσθαι ὅπως βούλοιντο. (Vect. V. 7.)

§. 7.

Post haec statim sequuntur haec verba: „ Νῦν „ δέ γε διὰ τὴν ἐν τῇ Ἑλλάδι ταραχὴν. κ. τ. „ λ." (V. 8.). Haec itaque ταραχὴ, si temporum rationem ineamus, quae alia esse potest, quam illa quae in tota Graecia, sed praesertim in Peloponneso exstitit, jam inde a pugna Leuctrica? (Diod. XV. 40. Isocr. Archid. c. 28. cf. ibi Coray); quem rerum statum luculenter exposuit Dem. Cor. p. 231. „ Ἐπειθ' ἡ Πελοπόννησος „ ἅπασα διειστήκει, καὶ οὔθ' οἱ μισοῦντες Λακε„ δαιμονίους οὕτως ἴσχυον ὥστε ἀνελεῖν αὐτοὺς, „ οὔθ' οἱ πρότερον δι' ἐκείνων ἄρχοντες κύριοι τῶν „ πόλεων ἦσαν, ἀλλά τις ἦν ἄκριτος καὶ παρὰ

„ τού-

„ τούτοις καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν Ἕλλησιν „ ἔρις καὶ ταραχή." Haec Demosthenis verba non ad initium belli Sacri restringenda esse mihi videntur, ut fecit Krüger (in Obſ. crit. de Xenoph. vita p. 29), ſed univerſe ſtatum Graeciae perturbatum exhibere, atque in primis Peloponneſi; quarum turbarum Thebanos, jam inde a Leuctrica victoria cauſam exſtitiſſe, niſi ex ipſo hoc Demosthenis loco efficere licet, ſatis aliunde conſtat. vid. Iſocr. de Pace c. 18. et ad Philippum c. 21. coll. Diod. Sic. l. c. — Has autem turbas post pugnam Mantineënſem non imminutas, ſed auctas potius esſe, diſerte prodidit Xenophon, ubi Hellenicis finem imponit: „ Νενικηκέναι δὲ „ φάσκοντες ἑκάτεροι, οὔτε χώρᾳ, οὔτε πόλει, „ οὔτ' ἀρχῇ οὐδέτεροι οὐδὲν πλέον ἔχοντες ἐφά- „ νησαν, ἢ πρὶν τὴν μάχην γενέσθαι· ἀκρισία „ δὲ καὶ ταραχὴ ἔτι πλείων μετὰ τὴν μάχην „ ἐγένετο ἢ πρόσθεν ἐν τῇ Ἑλλάδι." Huic tempori itaque optime conveniunt ea quae deinceps dicit Libelli nostri Auctor (V. 8.). „ Ἔςι „ μὲν γὰρ πειρᾶσθαι διαλλάττειν τὰς πολεμού- „ σας πρὸς ἀλλήλας πόλεις· ἔςι δὲ συναλλάτ- „ τειν, εἴ τινες ἐν αὐταῖς ςασιάζουσιν." Neque enim conſtat *bellum* demum *Sociale* turbarum in Graecia cauſam exſtitiſſe, aut adeo eas tunc recruduiſſe, ut diſerte et expreſſe de iis prodiderint Historici; neque veroſimile est, eo tempore, quo ne Socios quidem in officio continere potuerant Athenienſes, ejusmodi auctoritatem iis tributam esſe, qua publicam totius Graeciae tutelam ſuſciperent.

Huc accedit indicium ex ipſis exemplis petitum, quibus usus est auctor. Non ſolum enim libel-

libelli ratio et consilium, non solum verborum contextus ostendit, Auctorem loqui de rebus proxime antecedentibus, sed et vicissim haud ambiguum esse videtur, novissima quaeque exempla Auctoris proposito esse aptissima. Quod quum praecipue ejusmodi sit, ut recentibus quasi indiciis demonstrare velit, facillime ea fieri posse quae suadet, non verisimile est eum antiquiora memorasse, recentiora omisisse. Atqui, praeter ea, quae modo memoravimus ex V. 5. seq., recentissimam memoriam indicant exempla, quae adferuntur III. 7: „ Οὐ μέντοι δύσελπίς εἰμι " cet. De Lysistrato annus quidem incertus est, quum nusquam de eo fiat mentio; (vid. Schneid. ann. ad h. l.) sed sine dubio referendum illud est ad belli societatem Atheniensium cum Arcadibus, durante bello Thebano, *Ol.* 103. *a.* 4. *A. C.* 365., de qua Xen. Hell. VII. 4. 2. seq. Diod. XV. 77.; aut ad ipsa Atheniensium auxilia, quae sequente anno iis missa memorat Xen. ib. VII. 4. 29., cf. Diod. ib. c. 78. — Hoc exemplum sequitur statim mentio Hegesilai, qui, referente Diogene Laertio II. 54., dux fuit Atheniensium in proelio Mantineënsi: „ ὁ δὲ Γρύλλος τεταγμένος κατὰ τοὺς ἱππέας (ἦν δὲ ἡ μάχη περὶ Μαντίνειαν) ἰσχυρῶς ἀγωνισάμενος ἐτελεύτησεν, ὥς φησιν Ἔφορος ἐν τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκοστῇ, Κηφισοδώρου μὲν ἱππαρχοῦντος, Ἡγησίλεω δὲ στρατηγοῦντος." (De nomine dubitandum videtur, nisi apud Diod. XV. 84. vitiose aut legatur, aut ab auctore scriptum sit Ἡγήλοχον.)

§ 8.

§. 8.

Jam ex iis recte nobis colligere posse videmur, Auctorem scripsisse haud multo post proelium Mantineënse. Si enim scriptio multo posterior esset dicenda, quidni memoravisset subsidia Megalopolitanis missa, *Ol.* 104. *a.* 3. *A. C.* 362., (vid. Diod. XV. 94.) aut Euboeënsibus contra Thebanos, *Ol.* 105. *a.* 3. *A. C.* 358? (Diod. XVI. 7. Dem. de Cherson. Phil. 1[a]. Olynth. 1[a]., cf. Boeck. Vol. II. p. 88. ib. cit.) Constat enim, haec auxilia non minores civitatis impensas requisivisse, ideoque, si recentior eorum esset memoria, Auctoris proposito fuisse aptiora. — Praeterea ipsa haec exempla sponte nos eo adducunt, ut de diversa Atheniensium conditione, et statim post bellum Thebanum, et finito bello Sociali, probe judicemus. — Depulso enim periculo, quod ab Epaminondae bellica virtute iis imminebat, et bello composito, quod, etiamsi ipsi subsidiariorum partes tantum agerent, pariter Lacedaemoniorum et ipsorum civitati perniciem adferre potuisset, mox priores spiritus sibi sumere, pristinamque in socios et finitimos dominationem exercere coeperant. Erat haec vetus illa πολυπραγμοσύνη, qua omnibus turbis et dissensionibus sese immiscerent, specie quidem, ut pacem libertatemque omnibus restituerent, revera, ut quacumque ratione celebratam illam pristinis temporibus ἡγεμονίαν sibi vindicarent. Ab hoc igitur proposito, ut haud multo post Isocrates, cives suos deducere atque deterrere studet Auctor noster; et ejusmodi quidem consilio, quod, cum e salutaris Politices fonte, tum ex intimo

reli-

religionis sensu fluxerat. (vid. V. 9. „ Ἐι καὶ, ὅπως τὸ ἐν Δελφοῖς ἱερὸν κ. τ. λ.") Indicat denique universa hujus Protreptici ratio, eo tempore quo haec scripta sunt, sane magnam quidem fuisse civitatis penuriam atque egestatem, sed majorem etiam quam antea imperandi libidinem. Huc spectant adhortationes, ut e sua terra potius, et ex ipsa civitate reditus suos petant, ne Graecis suspicionem moveant injuriae erga socios, ut omnibus modis paci et concordiae serviant, atque ideo et a bello, et in primis a maritimo imperio desistant. Postremum illud non totidem quidem verbis suadet, quum nondum in eam conditionem pervenissent res, ut aut vi et armis decertandum, aut plena immunitas sociis concedenda esset, sed tamen haud ambigue illud significat, c. V. §. 10., quum ex iis, quae facta jam erant, facile bellum maritimum cum sociis praevideri posset, nisi paullatim ultro Athenienses mitiorem in imperio exercendo sequerentur rationem.

§. 9.

Sin vero hic Libellus esset scriptus post finem belli Socialis, quo tempore longius quam umquam antea a maris imperio remoti erant, quo eadem illa injuria et acerbitate, quam paullo ante memoraverat, eo pervenerant, ut sociorum αὐτονομίαν agnoscere debuissent, nonne Auctori in promtu fuisset, hisce ipsis sua consilia suamque orationem accommodare? Nonne proposito magis congruum fuisset, eam ipsam rerum conditionem iis ante oculos ponere, et hunc in modum fere loqui: „ In illis Graeciae turbis op-

„ por-

„ portunum vobis fuit tempus omnes Graeciae „ populos vobis conciliandi ; at, non ſolum hoc „ facere neglexistis, ſed et nuper rurſus acerbi„ tate veſtra in ſocios, eo rem perduxiſtis, ut, „ noviſſima pace, omnes fere ſui juris facti ſint, „ neque in posterum amplius vobis ea vectigalia „ ſoluturi ſint, quae huc usque ab iis exigere „ ſolebatis: quare, ut nunc res ſeſe habet, quum „ pacem componere coacti ſitis, ita deinceps „ ea est utendum, ut ab hoc inde tempore re„ dituum rationem mutetis, et ex ipſa civitate „ potius eos capiatis; hoc autem fieri poſſe, „ perſpicuum est cet.?" — Sed, contra, ita loquitur, ac ſi Athenienſibus integrum esſet pacem ſervare aut bellum inſtaurare; orationem ſic inſtituit, ac ſi aequitate modo opus esſet, ad ea, quae vellent, obtinenda; quod tamen illis temporibus, quae ſtatim ſequuntur pacem illam cum ſociis, haud convenire quivis videt. Atque haec eo magis elucent, ſi attendimus ad verba C. V. §. 12. „ *γνώσεται — ἐπεὶ-εἰρήνη κατὰ θάλατταν γεγένηται, ηὐξημένας τε τὰς προσόδους, καὶ ταύταις ἐξὸν τοῖς πολίταις χρῆσθαι, ὅ τι βούλοιντο.* " Pax, quam h. l. memorat, ſine dubio est ea, qua adhuc fruuntur; at quis cum aliqua veri ſpecie contendat, finito bello Sociali, reditus Athenienſium, quos e terris transmarinis petere ſolebant, esſe auctos, quum undique contrarium conſtet, et ex ipſa rei natura facillime intelligatur?

§ 10.

Quod si quis iisdem verbis insistens, contendere velit, bellum istud, ad quod alludit Auctor noster, fuisse bellum maritimum, quum contra bellum Thebanum terra modo gestum sit; is in memoriam sibi revocet, (quod modo jam attigimus) ejus seditionis, quae postea demum in apertum bellum erupit, initia jam adfuisse *Ol.* 104. *a.* 1. A. C. 364., quum Epaminondas cives suos ad imperium maritimum capessendum adhortatus, Chios, Rhodios et Byzantios ad belli societatem invitavit, remque eo deduxit, ut Lachetem Atheniensium ducem, qui missus erat ad Thebanorum conatus impediendos, discedere cogeret, dictasque civitates sibi adjungeret, (1) (Diod. XV. 78, 79. Wess. not. ad XVI. 7. n°. 95.) a quo discidio tamen quodammodo ad officium redacti esse videntur. Eo itaque commodissime illa mentio paeis κατὰ θάλατταν referri potest. — Denique quo magis bellum illud, quod nuper compositum esse significat Auctor, terrestre potius quam maritimum fuisse credam, faciunt ipsa verba cap. IV. §. 40. „Ei δ' αὖ διὰ τὰς ἐν τῷ νῦν πολέμῳ „ γεγενημένας ἐισφορὰς κ. τ. λ." Atqui notum est, ἐισφορὰς esse omnium civium pecuniae collationes et contributiones ad res bellicas, expeditiones, subsidia cet. (v. Wolf. Prol. ad Dem. Lept. p. 94), ab iisque diversas semper et distinc-

(1) Athenienses etiam hoc tempore, prouti antea, dure admodum socios habuisse non dubium est. v. Diod. XV. 23. cf. 29. et 30. Isocr. Pac. 11. cf. Areop. 6.

ſtinctas fuisſe ditiorum λειτουργίας, inter quas primo et praecipuo loco, ſi de maritimo bello ſermo esſet, memorandae fuisſent triërarchiae, prout fecit Iſocrates Pac. c. 9. ubi ad impenſas et apparatus (1) belli Socialis reſpicit: „ καθ' „ ἑκάςην δὲ τὴν ἡμέραν εἰς εὐπορίαν ἐπιδώσο- „ μεν, ἀναπεπαυμένοι μὲν τῶν εἰςφορῶν, καὶ „ τῶν τριηραρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν περὶ „ τὸν πόλεμον λειτουργιῶν." Quidni autem, ſi eodem reſpexisſet Auctor noſter, eadem memorasſet? (Ceterum de εἰςφορὰ et εἰςφέρειν. Vid. Petit L. l. Att. p. 355. Periz. ad Ael. II. 10. Bacch. ad Xen. Oec. II. 6. Harl. ad Dem. Cor. §. 78. Bergm. ad Iſocr. Areop. 20. Boeck. I. 195. II. 3. neque hoc loco valet quod affirmat Schneid. ad Xen. de Rep. Ath. p. 125., εἰςφορὰν item complecti impenſas ad rem maritimam et Triërarchiam.) Eadem fere argumenta ſatis indicant dictam *Pacem* non fuisſe eam, quam cum Athenienſibus iniit Philippus, quaque Amphipolis urbs ſui juris facta est (2). (Diod. XVI. 4.) Bellum enim, quod inter ipſas Graeciae civitates geſtum eſſe innuit Auctor noſter, et gravius fuit, nec etiam Pax illa cum Philippo commode dici poteſt εἰρήνη κατὰ θάλατταν.

§. 10.

Quod attinet ad verba ἐκλιπόντων Φωκέων, quae perperam ad bellum Sacrum referri vidimus

(1) Eos maximos fuisſe apparet ex Diod. XVI. 21.
(2) Ol. 105. 2. 2. A. C. 359.

mus, ostendit jam Boeckius (II. p. 146.) quo sensu sint intelligenda. Non semel scilicet factum erat, ut inter Phocenses ceterasque Graeciae civitates de jure et moderamine templi Delphici certaretur, (exemplo sit quod narrat Thuc. I. 112.); in quo certamine Athenienses saepius Phocensium partes susceperant, quibus ut veteribus amicis suppetias ferre solebant, (eos φίλους ἀρχαίους τῇ πόλει dicunt ap. Xen. Hell. VI. 3. 1.) — In bello quod modo praecesserat, Thebani, in primis fracta Lacedaemoniorum potentia, in dies majores sibi spiritus sumserant, nec latenter totum Graeciae principatum affectabant. Vid. Xen. Hell. VII. 1. 23. seq. Inde subjectis Boeotiae oppidis, Phocidem invaserant, ejusque regionis incolas eo redegerant, ut nisi tum auxilia iis misissent Lacedaemonii, (Athenienses eo tempore nondum Lacedaemoniorum partes contra Thebanos susceperant,) Thebanorum imperio parere coacti fuissent. Xen. Hell. VI. 1. 1. (1) Quin imo haud multo postea eo insolentiae processerant, ut Plataeas et Thespias urbes, pulsis eorum civibus, solo aequarent, (Diod. XV. 46. Pauf. IX. 1.) quae res in primis Atheniensium indignationem excitaverat, (Hell. VI. 3. 1. cf. Demost. Megalop. p. 20. et 208) — Verba itaque ἐκλιπόντων Φωκέων commode referri posse censerem ad illam Thebanorum impressionem quam memorat Xen.

(1) Quod h. l. de Thebanis memoratur, in Peloponneso factum erat ab Arcadibus et Pisatis, qui sibi contra Eleos jus et moderamen templi Olympici vindicare studebant, deque eo saepius cum iisdem bella gesserant. Pauf. V. 4, 5. Xen. Hell. VII. 4. 28. III. 2. 31.

Xen. Hell. VI. 1. 1. his verbis: „Οἱ δὲ Θηβαῖοι, „ ἐπεὶ κατεστρέψαντο τὰς ἐν τῇ Βοιωτίᾳ πόλεις, „ ἐστράτευον καὶ εἰς τὴν Φωκίδα. Ὡς δ' αὖ καὶ οἱ „ Φωκεῖς ἐπρέσβευον εἰς τὴν Λακεδαίμονα, καὶ „ ἔλεγον, ὡς, εἰ μὴ βοηθήσαιεν, οὐ δυνήσοιντο „ μὴ πείθεσθαι τοῖς Θηβαίοις, ἐκ τούτου κ. τ. λ." Ipsum autem ἐκλείπειν *deserere*, (intellecto, quod mox sequitur, ἱερὸν) tum Xenophonti, tum aliis hoc sensu frequentissimum est: ita Herod. VIII. 50. (de Xerxe.) „ ἐμπρήσας Θεσπιέων τὴν πό- „ λιν, αὐτέων ἐκλελοιπότων ἐς Πελοπόννησον, „ κ. τ. λ." (plene est VI. 100. vid. ib. Valck. Diod. XI. 14. Dem. Cor. p. 296.) Thuc. IV. 114. et ipse Xen. Anab. VII. 4. 1. „ οἱ δ' ἐκλι- „ πόντες, ἔφευγον εἰς τὰ ὄρη. cf. Oec. VII. 38. — Licet itaque non constet, Thebanos tunc temporis ipsum templum Delphicum aggressos, sed a proposito penitus exsequendo prohibitos esse; facile hoc, cum ex ipso loco Xenoph. tum ex eorum arrogantia, quae deinceps bello Sacro caussam praebuit, (vid. Isocr. ad Philip. c. 21.) conjicere licet.

CA.

CAPUT II.

DE AETATE XENOPHONTIS.

§. 1.

De vita quidem Xenophontis non est quod hoc loco multis verbis exponamus; sed tamen, quaestionis nostrae ratione habita, ad ejus aetatem eatenus erit attendendum, ut disquiramus non solum an vixerit eo tempore, quo Libellus de Vectigalibus Athen. scriptus esse videtur, sed et quo loco et ipse tunc fuerit, et Libellum scriptum esse constet.

Quod ad prius illud attinet, *an vixerit eo tempore*, ex quo primo loco dijudicatur an Libellum scribere potuerit, res in dubium vocari nequit, si scilicet statuendum est, Libellum esse scriptum *Ol.* 104. *a.* 3. A. C. 362., et vera sunt quae pro-

prodidit Stesiclides apud Diog. Laert. (II. 56.) „ Κατέϛρεψε δὲ (καθά Φησι Στησικλείδης ὁ „ Ἀθηναῖος ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιο- „ νικῶν ἀναγραφῇ) ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ „ ἑκατοϛῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλι- „ δημίδου, ἐφ' οὗ καὶ Φίλιππος ὁ Ἀμύντου „ Μακεδόνων ἦρξε." — At, si recte interpretamur *κατέϛρεψε mortuus est*, (neç alium sensum huic verbo tribui posse video) locus aut vitiosus sit necesse est, aut dicendum alterutrum, aut Stesiclidem, aut Diogenem falli: ipse enim Xenophon se eo tempore et aliquot annis postea vixisse prodit Hell. VI. 4. f. ubi caedem memorat *Alexandri Pheraei*, et narrat eo tempore, quo scriberet, successorem ejus *Tisiphonum* adhucdum regnare. Atqui certum esse videtur e Diod. XVI. 14. (cf. Corsin. Fast. Att.ad Ol. 1024. *a*. 4. Scalig. ad Euseb. Chron. p. 124.) Alexandrum trucidatum esse *Ol.* 105 *a* 4. (vid. Wess. ad d. l. Diod. et ibi citt., Dodw. Ann. Xen. ad A 41.) Auctoritas igitur Diogenis Laertii hac in re repudianda est et statuendum *Xenophontem* Ol. 105 *a*. 4. adhuc vixisse. (cf. Wess. ad Diod. XV. 76.) Quae observatio quamquam causae nostrae nihil obstat, sed potius eam adjuvat, videamus quid universe de Xenophontis aetate statui possit.

§. 2.

Multa disputarunt viri docti de Xenophontis aetate; et sane dicendum est magnam in hac quaestione esse opinionum discrepantiam; quae tamen, ut nobis videtur, si utrorumque ratio-

nes

nes ad calculos vocamus, commode conciliari potest.

Litem ex eo ortam esse constat, quod nec de Xenophontis natalibus (1) certe quidquam prodiderunt Historici, nec de anno, quo mortuus sit, quandoquidem jure suspecta habetur Diogenis Laertii auctoritas, statui potest. Ipse Xenophon nusquam, ut videtur, aetatem suam significavit; ex Anabasi tamen, quum de anno ejus expeditionis satis certo constet, rationes probabiles eruere conati sunt Viri docti, sed, ecce! in hoc etiam judicio ea sunt facta sententiarum divortia, ut magis quam antea dubitandum videatur utri adhaerendum sit. Fuerunt scilicet, qui contenderent Xenophontem in eo libro ita de se ipso loqui (quamquam semper *tertia* persona utitur) ac si juvenis fuisset 26 aut 27 annorum: alii contra statuerunt, iisdem indiciis usi, eum non minorem quinquagenario esse potuisse. Quum autem praecipuum discrimen versetur in interpretandis vocabulis quibusdam, quibus de se ipse loquens utitur, age, videamus num recte ab utraque parte urgeantur argumenta. — Anab. II. 1. 30. Phalinum loquentem inducit, qui ad Xenophontem sese convertens, eum ita compellat, ὦ νεανίσκε; hinc perspicuum esse dixerunt, eum fuisse admodum juvenem; quae tamen interpretatio evanida fit, si observamus vocabulum νεανίσκος Graecis ita juvenilem significare aetatem, ut et de quadragenario dici possit, (prouti ex Phavorino probavit Zeun. ad h. l.). Crederem equidem Phalinum eo loco, si Xenophon revera adeo juvenis fuisset, per contemtum dicturum fuisse ὦ μειράκιον! (quod respondet Latino *Adolescens*; vid. Pollux II. 4.

(1) Vid. Casaub. ad Athen. p. 381.

4. cf. Bud. Comm. L. Gr. p. m. 1175). Eadem fere obſervatio valet de voce ἡλικία, qua utitur An. III. 1. 25 „εἰ δὲ ὑμεῖς τάττετέ με ἡγεῖσθαι, „ οὐδὲν προφασίζομαι τὴν ἡλικίαν, ἀλλὰ καὶ „ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι, ἐρύκειν ἀπ' ἐμαυτοῦ τὰ „ κακά." Nam ἡλικία non magis de adoleſcentia (niſi κατ' ἐξοχὴν. Vid. L. Boſ. ad Luc. Tyran. Tom. 2. p. 154) quam de aetate virili et provectiore dicitur. Vid. *Lex. Xenoph.* in h. v.: ſimiliter ἀκμάζειν d. l. nec juvenem admodum nec ſenem ſignificat, ſed virum aetate vegeta; nec video, cur ex illis verbis ἀλλὰ καὶ ἀκμάζειν ἡγοῦμαι, aliud quid quam ipſum aetatis vigorem intelligeremus. Locus Anab. III. 2. 37. ubi Xen. dicit ἡμεῖς οἱ νεώτατοι non probat eum fuisſe adeo juvenem; nam primo illud ἡμεῖς non ad Xenophontem et Timaſionem ſolos referendum esſe videtur, ſed et ad reliquos juniores, ita ut verba ἐγώ τε καὶ Τιμασίων eodem ſenſu intelligantur ac praecedentia δύο τῶν πρεσβυτάτων; quare et h. l. pro νεώτατοι omnino νεώτεροι legendum esſe cenſeo, inter quos νεωτέρους et Xenophon esſe poterat, etiamſi fuisſet quadragenarius. Praeterea etiam, ſi rationem habemus eorum quae de ſe ipſe profitetur idem ille Timaſion Anab. V. 6. 24, dicendum, et hunc quadragenario non multo minorem esſe potuisſe. Sed et ſimul idem locus vicisſim improbare videtur eorum ſententiam, qui ſtatuunt Auctorem eo tempore fuisſe 50 annos natum; ſi enim fuisſet, non facile inter *juniores* duces eum numerari posſe cenſerem. Praeterea et plures loci indicare mihi videntur, nec ita juvenem, nec adeo aetate provectum fuisſe Xenophontem, ut hac in parte a veteris ducibus multum distaret. Si enim vix

ado-

adolescentiae annos egressus fuisset, quidni hoc manifestius elucet iis locis, ubi juvenilis aetas ante omnia memorari merebatur? v. c. An. III. 1. 45. ubi Chirisophus Xenophontem alloquitur, eumque laudat; aut V. 9. 26. ubi milites ei totius exercitus summam deferre volunt; nonne putandum est, Xenophontem, ea qua erat modestia, juvenilem aetatem excusaturum fuisse? quod idem valet de l. l. III. 1. 25. Neque etiam magis verosimile est Seuthen, si non nisi adolescens fuisset Xenophon, ei dixisse, „Σοὶ δ', ὦ „Ξενοφῶν, καὶ θυγατέρα δώσω, καὶ εἴ τις „σοί ἐστι θυγάτηρ, ὠνήσομαι Θρᾳκίῳ νόμῳ." VII. 2. 38. Quibus non obstat alius locus VII. 6. 34. e quo, etiamsi si vera sit lectio εἰ, non probatur Xenophontem non potuisse habere liberos; (quamquam tum habuisse filios Gryllum et Diodorum, non injuria quis colligeret ex Diog. Laert II. 52.). At contra, quinquagenarium fuisse Xenophontem, prout modo dixi, non video; neque ex iisdem locis probari posse puto. Ubinam enim et hujus manifestum sit indicium, non liquet; certe, si hac fuisset aetate, non *junioribus* sese adnumerasset (III. 2. 37.); quum certum sit inter duces fuisse tricenarios, ut Proxenus fuerat, et quadragenarios, ut Socrates Achaeus et Agias Arcas (An. II. 6. 20 et 30.). Quin imo, scimus eum Chirisopho fuisse juniorem, (An. III. 4. 42.) hunc autem non inter natu maximos fuisse constat ex III. 2. 37. ubi ducis munus ei defertur „ἐπειδὴ καὶ Λακεδαιμόνιός ἐστι:" dum alio loco Sophaenetus et Philesius dicuntur „οἱ πρεσβύτατοι τῶν στρατηγῶν" (V. 3. 1. et VI. 5. 13.) Si igitur Xenophon fuisset quinquagenarius, et simul

 in-

inter juniores, conjiciendum fere esset, eos qui natu maximi dicunter circiter 60 aut 70 annos natos fuisse; quod tamen nequaquam verosimile esse crediderim.

§. 3.

Hisce in utramque partem ponderatis, et aliunde item collatis indiciis (quae h. l. quia nostrum non est, criticam de Xenophontis aetate instituere disquisitionem, adferre nihil attinet), omnino probabile mihi visum est, Xenophontem Anabaseos tempore fuisse circiter 40, et quod excurrit, annos natum; quae aetas cum omnibus testimoniis, quae quodammodo ad ejus vitam referri possunt, apte componi et conciliari potest. Et primo quidem loco testis advocetur Strabo IX. c. 2. qui narrat Xenophontem in pugna apud Delium a Socrate servatum fuisse; hanc autem puguam factam esse *Ol.* 89. *a.* 1. *A. C.* 424. certum est. (Thuc. VI. 101. Diod. XII. 69. seq. Corsin. Fast. Att. ad h a. Dodw. Ann. Thuc. ad a. 8um belli Pelop.) Idem adfirmatur a Diog. Laert. II. 22. (vid. ibi interpp.); nec tanti esse videtur Athenaei auctoritas ut, quae dicit V. 55. satis valeant ad ceterorum de hac re testimonia infirmanda; vid Casaub. ad Ath. p. 375. Wass. et Duk. ad Thuc. IV. 96. — Si itaque Xenophon, quod jure suspicari nobis videmur, natus tunc fuit annos circiter 20, (quum inde a 18o. aetatis anno inter περιπολοὺς militandum ei fuerit. vid. Petit, Leg. Att. p. 653 Ulp. ad Dem. Ol. III. p. 29. Thuc. IV. 67. ib. Schol. Wass. ad Thuc. VIII. 92 et interpp. ad Aristoph. Aves vs. 1176.); ejus annus natalis statuendus est

Ol.

Ol. 84. *a.* 1. *A.C.* 444: quod si recte sese habet, eo anno quo expeditionem suscepit in Asiam, scilicet *Ol.* 94. *a.* 4. *A. C.* 401. Archonte Athenis Xenaeneto, natus esse debuit annos 43, quo tempore in aetatis vigore fuit, (ἤκμαζε, referente Diog. Laert. II. 55. cf. Corf. F. A. ad h. a. Euseb. Chron. p. 134. Vosf. Hist. Gr. I. 5.) quod, cur non ipsius testimonio confirmari diceremus, (An. III. 1. 25.) non video. Neque enim adhuc ullum locum indicare potuerunt doctissimi in hoc certamine propugnatores, quo perspicue probetur, eum tunc quadragenario minorem fuisse. *Ol.* 103. *a.* 3. *A. C.* 366. a Diodoro XV. 76. dicitur ἐσχατογήρως, (vid. ib. Wesf.) aetatis annum tunc, nostra servata ratione, agebat 78um. *Ol.* 105. *a.* 4. *A. C.* 357, quo anno refert caedem Alexandri Pheraei esse patratam, natus erat annos 87: et tandem, si credendum est Luciano, qui (Macrob. §. 21. T. III. p. 223) refert Xenophontem supra 90 annos vixisse, statuere posse videmur, mortuum eum esse post *Ol.* 106. *a.* 3. *A. C.* 354; ut rectius sese haberet locus Diog. Laert. si pro ἔτει πρώτῳ τῆς πέμπτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος legeremus, ἑβδόμης: at quis h. l., quum praeterea Archontis mentio adjecta sit, tantum sibi sumserit? Quidquid sit, vitiosa haec esse dubitari nequit, quum ipsius Xenophontis auctoritas pluris aestimanda sit; et tametsi nostra temporis computatio, quum probabili tantum conjectura nitatur, non prorsus vitio careat, exiguum sane discrimen relinquitur, et utique dicendum Xenophontem non esse mortuum ante *Ol.* 106. *a.* 1. *A. C.* 356. — At si, quod ad aetatem attinet, tu-

tuto satis statuimus Xenophontem hunc Libellum scribere *potuisse*, quaeri deinceps potest, quo loco eum scripserit; num, si libellus Athenis scriptus esse videatur, certum sit Auctorem hoc tempore Athenis fuisse?

§. 4.

Si quaeritur, num Athenis sit scriptus, res quodammodo dubia videri possit, quum auctor (quem omnino Atheniensem fuisse negare non possumus, vid. IV. 25.), ubi de civibus Atheniensibus loquitur, plerumque quidem, sed non semper, *prima* pers. plurali utatur; quod si ipse, dum scriberet, civem Atheniensem se gereret Athenis degentem, perpetuo facere debuisset. — Si tamen propius attendimus, dicendum, nihil obstare quominus statuamus Libellum omnino Athenis fuisse scriptum, quum nimis manifesta sint indicia, quam ut de eo dubitare liceat. Ubicumque enim ea memorat, quae ad universam civitatem referri possunt, in quibus nihil est quod civem se esse dissimulet, *prima* plurali utitur; perspicuum hoc est c. II. 2. *εἰ ἀφέλοιμεν μὲν ὅσα μηδὲν ὠφ. κ. τ. λ.* Similiter II. 5. *καὶ μεταδιδόντες δ' ἂν μοι δοκοῦμεν*, et 7. *εἰ μετοικοφύλακάς γε καθισταῖμεν*, et IV. 11, sed in primis IV. 13. *τὰ μὲν γὰρ ὁρῶμεν τὰ δὲ — ἀκούομεν·* et mox 14. *ἀκηκόαμεν.* (Haec nisi ab eo, qui Athenis degit, vix dici possunt) vid. porro et IV. 25. 36. 37. 39. V. 5. 6. 13. et Cap. VI. Si praeterea illud attendimus, Auctorem de Argentifodinis ita loqui, ut non solum praeterita memoret, sed et praesentem earum conditionem ob ocu-

oculos ponat, (IV. 3. 25. 26.) ipse eas hoc tempore viderit necesse est; quum ceteroquin, nisi omnia ipse comperta haberet, facile eos decipere videri posset, qui Atticam incolentes, melius certe quam exul de praesenti ejus statu judicare possent. Quod autem ad ea loca attinet, ubi de Atheniensibus in *tertia* pers., ut de quovis alio populo loquitur, res simpliciter eo redit. Quum Libellus noster non ad orationis in concione pronunciandae formam sit accomodatus, sed potius speciem Protreptici habeat, planum quidem est, Auctorem, si ita fert ejus ingenium, de Attica, de Athenis, deque Atheniensibus tamquam extra se positis disserere. Perspicuum hoc est in opusculi Exordio; ubi, etiamsi voluisset, non facile orationi aliam formam induere poterat; et quidni aliis locis idem faceret, ut II. 4. 33. V. 10. et in primis V. 7. ubi (in prima enunciationis parte), data opera fortasse, sese quodammodo a civitate discernit, dicens εὐεργετούμενοι, non addito ὑφ' ἡμῶν, ut mox: eo enim tempore erat exul; et postquam cum Lacedaemoniis in gratiam redierant Athenienses, in patriam reversus est (vid. infra). Nec magis valet argumentum ex iis locis petitum, in quibus ad cives suos verba facere videtur, ac si res de qua agitur nihil ad se pertineret: vid. v. c. IV. 1. „ἄμεινον ἂν βουλεύοισθε: 32. „ μηδὲν μέντοι „ τοῦτο φοβεῖσθε" ita et 40. et V. 9. et 10. nam ne his quidem locis, si probe animadvertimus, aliter orationem instituere potuisset; latet scilicet in quibusdam adhortationibus reprehensionis species, quam sibi certe tribuere vix poterat; v. c. IV. 1. et V. 9 et 10. manifestum est eum

eum, haec dicentem, respicere ad vitia quaedam in republica administranda, quorum ipse, quum per 40 fere annos patria exulasset, immunis erat. Aliis rursus in locis res ipsa declarat eum non nisi *secunda* pers. uti potuisse, ut IV. 32. et 40.; e quo postremo loco, quum eodem orationis tenore deinceps ita cives suos alloquatur, ac si in republica administranda nullas partes sibi ipse tribueret, non injuria colligere possumus Xenophontem senem jam tum consilium cepisse a rebus tractandis abstinendi, reliquamque aetatem in otio transigendi; quod si deinceps postremam hujus opusculi partem (c. VI.) perlegimus, haudquaquam dubitare nobis licet, Auctorem eo tempore, quo haec scriberet, fuisse Athenis, atque ita se gessisse civem, ut non solum patriae causa omnia cuperet, sed et nihil magis curaret, quam ut eam civitatis felicitatem praesens adspiceret: „ἵνα ἔτι ἐφ' ἡμῶν ἐπίδωμεν τὴν πόλιν μετ' ἀσφαλείας εὐδαιμονοῦσαν."

§. 5.

Haec omnia perpendenti non nisi mirum videri potest Schneideri judicium, qui, adductus fortasse Weiskii observatione, ex uno loco (IV. 43.) sibi persuasisse videtur, Xenophontem Libellum nostrum extra Athenas Scillunte vel Corinthi degentem scripsisse. Locus ita se habet: „Ἐςι μὲν γὰρ δήπου περὶ τὰ μέταλλα „ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος ἐν „Ἀναφλύςῳ, ἔςι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τεῖχος „ἐν Θορικῷ." — Equidem quid sibi velit tota Weiskii annotatio de duplici Atticae litore, non vi-

video: ipse (non sine caussa fortasse) haec praefatur: „ Vereor ne hic nugari quibusdam vi„ dear;" at deinceps: „ Sed tamen rem non „ levis momenti tango." Utrum in Auctoris verbis, an in Editoris annotatione lateat hocce momentum, huc usque exputare non potui. Rem ipsam satis perspicue exposuit Schneiderus; at quidni ipsum Herodoti locum attulit, qui et ostendit, quomodo Atticae litora is sibi pinxerit, et simul huic nostro loco lucem adfundit? — Illam scilicet partem Atticae περὶ τὰ μέταλλα Herodotus (IV. 99.) nuncupat: „ τὸν γουνὸν „ τὸν Σουνιακὸν, μᾶλλον ἐς τὸν πόντον τὴν „ ἄκρην ἀνέχοντα, τὸν ἀπὸ Θορικοῦ μέχρι „ Ἀναφλύςου δήμου." quod autem paullo ante dixerat: „ τὰ δύο μέρεα τῶν οὔρων ἐς θάλασ„ σαν φέροντα, τήν τε πρὸς μεσαμβρίην, καὶ „ τὴν πρὸς τὴν ἠῶ, κατάπερ τῆς Ἀττικῆς χώ„ ρης," nihil ad Auctorem nostrum, qui non in animo habuit litoris descriptionem dare, sed extremos fines memorare ejus partis qua argentifodinae continebantur, τὸν ἀπὸ Θορικοῦ μέχρι Ἀναφλύςου δήμου. Respectu itaque argentifodinarum (περὶ τὰ μέταλλα) Thoricum recte septentrionem versus situm esse dicit, Anaphlystum a meridie. Quid vero haec ad locum ubi Auctor scripsit? Numquam enim, etiamsi vel Corinthi vel Scilunte eo tempore fuisset, mare Aegaeum, quod Atticae litus orientale alluit, τὴν πρὸς ἄρκτον θάλατταν dicere potuit (ut jam observavit Boeck. II. p. 144). Manifestus itaque error utrumque editorem Xenophontis decepit, nec quidquam ex hocce loco elici posse video, quod ad caussam nostram dijudicandam

dam valeat. — Sed redeamus ad Xenophontem.

§. 6.

Xenophontem post reditum ex Asia patria exulasse, et Scillunte Elidis oppido habitasse, notum est. Quamdiu vero in exilio vixerit, aut quo circiter anno Athenas reversus sit, quum nusquam perspicue tradatur, probabilibus conjecturis statuendum videtur. Constat eum Scillunte (quod oppidum a Lacedaemoniis conditum esse videtur v. An. V. 3. 7.) maximam exilii partem otio deditum transegisse. v. Diog. Laert. II. 52. Plutarch. de Exilio II. p. 605. C. Inde vero, quum bellum Eleos inter et Lacedaemonios ortum esset, primum Elidem, tum Lepreum, deinde Corinthum migravit; de qua migratione ita Diog. Laert. ib. 53. „ Φησὶ δ' „ ὁ Δείναρχος - Ἠλείους - στρατευσαμένους εἰς „ τὸν Σκιλλοῦντα, καὶ βραδυνάντων Λακεδαιμο- „ νίων, ἐξελεῖν τὸ χωρίον." Verosimile est, factum hoc esse haud multo post pugnam Leuctricam, quum de immunitate quorumdam locorum in Triphylia (inter quos item erat Scillus) litem moverant Elei; (rem prodidit Xen. Hell. VI. 5. 2. ex quo loco illud saltem efficitur, Scilluntem non ante hoc tempus excisum fuisse;) neque etiam multis annis postea demum illud fieri potuit; quum (prout mox indicabimus) probabile sit, Xenophontem *Ol.* 102. *a.* 4. *A. C.* 369. Corinthi fuisse. De hoc itaque tempore sic pergit Diog. „ Ὅτε καὶ τοὺς υἱέας αὐ- „ τοῦ εἰς Λέπρεον ὑπεξελθεῖν μετ' ὀλίγων οἰκε- „ τῶν,

„ τῶν, καὶ αὐτὸν Ξενοφῶντα εἰς τὴν Ἦλιν πρό-
„ τερον, εἶτα καὶ εἰς Λέπρεον πρὸς τοὺς παῖ-
„ δας, κἀκεῖθεν σὺν αὐτοῖς εἰς Κόρινθον διασω-
„ θῆναι, καὶ αὐτόθι κατοικῆσαι. — Ἐν τούτῳ
„ δὲ ψηφισαμένων Ἀθηναίων βοηθεῖν Λακεδαι-
„ μονίοις, ἔπεμψε τοὺς παῖδας εἰς τὰς Ἀθήνας
„ στρατευσομένους ὑπὲρ τῶν Λακεδαιμονίων."
Postremum hoc usu venire non potuit ante *Ol.* 102. *a.* 4. *A. C.* 369, quum hoc demum anno auxilia ab Atheniensibus Lacedaemoniis missa esse constet, duce Iphicrate. Xen. Hell. VI. 5. extr. Diod. XV. 63. Eum hoc et sequenti anno Corinthi degisse, ex eo etiam conjicerem, quod utramque illam expeditionem et Iphicratis et Chabriae, sed in primis utriusque res gestas ad Corinthum ita refert, ut vix ab alio, nisi qui ipse rebus adfuit, easque vidit, ejusmodi quid profectum esse possit. (v. Xen. Hell. VI. 5. extr. VII. 1. 4.) Eadem ratio valet de ejus reditu in patriam; nam et postremus Hellenicorum liber, et libellus ille, qui Hipparchicus inscribitur, multis locis indicare videntur Xenophontem deinceps usque ad pugnam Mantineensem Athenis fuisse. Hoc itaque tempore, i. e. post *Ol.* 103. *a.* 1. *A. C.* 368., sed ante *Ol.* 103. *a.* 4. *A. C.* 365, verosimile est eum revocatum esse ex decreto Eubuli (Diog. L. II. 59.). Ratio quare intra hoc temporis spatium Athenas eum rediisse censeam, haec est. Vidimus Auctorem, ut civibus suis probet sua consilia, uti duobus exemplis recentissimae memoriae (III. 7.): primum illud Lysistrati retulimus ad *Ol.* 103. *a.* 4. *A. C.* 365. posterius Hegesilei ad *Ol.* 104. *a.* 2. *A. C.* 363. Si autem

tem ante prima auxilia ducibus Iphicrate et Chabria Lacedaemoniis missa in patriam rediisset, quae tandem esset causa, cur non haec etiam memoraret, quum et ex eodem bello, nec minus illustria aut memorabilia quam illa fuerint? quae alia causa esse potest, quam quod postea demum Athenas reversus sit, neque de iis illud compertum haberet, quod deinceps de aliis ipse vidit? Nam sese probe scire, et ipsum fuisse testem, multum pecuniae ad haecce auxilia esse collatum, ostendit manifeste his verbis: „ οὐ „ μέντοι δύσελπίς εἰμι, τὰ μὴ οὐχὶ προθύμως „ ἂν τοὺς πολίτας εἰς τὰ τοιαῦτα εἰσφέρειν, „ ἐνθυμούμενος ὡς πολλὰ μὲν εἰσήνεγκεν „ ἡ πόλις, ὅτε Ἀρκάσιν ἐβοήθει κ. τ. λ.;" neque etiam hujus generis ulla alia exempla in toto Libello memoravit.

§. 7.

Eo itaque tempore, dum erat Athenis, scripsit quoque *Hipparchicum*, quem Libellum ad praesentem usum, et in gratiam amici aut familiaris, qui Magistri Equitum munere fungeretur, compositum esse haud ambigue apparet. Non tamen scriptum illum esse paullo ante pugnam Mantineënsem et auxilia eo missa arbitror: si enim ita esset, quid aliud Hipparchici nomine exspectandum quam praeceptorum series ad belli usum? — At aliud etiam hujus libelli consilium fuisse manifestum est; nam non minus Equitatus et Hipparchi munera ad festorum et ludorum ornamentum, quam ad belli ap-

apparatum refert. (Vid. c. II et III. et passim).
In his autem observari meretur, Xenophontem in hoc libello expresse de pacis tempore loqui: „ Προσήκει δὲ ἱππάρχῳ ἔτι ἐν εἰρήνῃ ἐπιμελεῖσθαι, ὅπως ἐμπείρως ἕξει τῆς τε πολεμίας „ καὶ τῆς φιλίας χώρας." (IV. 6). Hoc itaque hujus libelli consilium, quum nullibi pateat bellum tum flagrasse, et rem in eo fuisse ut auxilia contra hostes essent emittenda, me adduxit, ut crederem Hipparchicum scriptum esse *Ol.* 103. *a.* 4. *A. C.* 365.; quo anno, quia plerasque civitates belli pertaesum erat, tacito quodam consensu ab armis cessatum est (Diod. XV. 77. Wess. ad XV. 76.); neque tamen ita, ut non ab omni parte sibi ab hostibus, in primis a Thebanis, cavendum esse existimarent Athenienses (v. Hipp. c. 7.). Xenophon autem, qui non tantum equitandi erat peritissimus, sed et ipse expertus didicerat, quid efficere possit vel sola ducis prudentia, si cum paucioribus adversus majores copias esset dimicandum, sine dubio, quod ad bellica praecepta attinet, incitatus est indignatione quadam contra Iphicratem, cujus vitia, in expeditione illa, adversus Epaminondam, quem in Isthmo intercludere debuisset, graviter reprehendit; vid. Hell. VI. 5. 51 seq. „ Ἐπιχειρήσας μὲν γὰρ φυλάττειν ἐπὶ τῷ Ὀνείῳ „ κ. τ. λ.," et cum his conferantur ex Hipparch. IV. 13. ubi ejusmodi praecepta dat, quae pertinent ad bellum copiis exiguis caute gerendum: „ Ἀλλὰ μὴν φρονίμου γε ἄρχοντος — πολεμίων. et 16: καὶ τὸ μὲν διὰ κατασκόπων πειρᾶσθαι κ. τ. λ.;" tum etiam VII. 8. 11 et 13. et VIII. 12. 14. 16.

16. (Quibuscum item conferri meretur judicium de Epaminonda, Hell. VII. 5. 8 sqq.)

§. 8.

Eorum itaque, quae in hoc capite disputavimus, summa huc redit. Xenophontem ab exilio in patriam restitutum esse, negare aut in dubium vocare non licet, quum manifestum nimis et expressum de ea re adsit testimonium. (Diog. Laert. II. 59.) Praeterea quo minus de hac restitutione dubitemus, illud etiam facit, quod post pugnam Leuctricam Atheniensium consilia atque rationes politicae erga finitimas Graeciae civitates eatenus immutatae essent, ut tum primum post finitum bellum Peloponnesium, et susceptum a Lacedaemoniis principatum, cum eo populo in gratiam redire, iisque contra Thebanorum dominationem suppetias ferre coeperint. Quae res sine dubio Xenophonti non solum pergrata acciderit necesse est, sed et ipsum ad patriam recuperandam alacriorem reddidit. Huc, (ne, quod modo de Hellenicis diximus, hoc loco amplius urgeamus) perspicuum accedit indicium ex Hipparchico; qui libellus certe a Xenophonte non alibi nisi ipsis Athenis scriptus esse potest; cujus scriptionis tempus si e conjectura modo prolata circiter *Ol.* 103. *a.* 4. *A. C.* 365. statuere licet, nisi certum, probabile saltem dicendum erit, Xenophontem eo fere tempore revocatum, in patria sedem habuisse. — Si denique, cum ex iis rationibus quas attulimus, tum ex iis quas deinceps adferemus, perspicuum fit, nihil esse quod *Libellus de Vectigalibus Atheniensium* Xeno-

phon-

phonti abjudicetur, ex eo ipso testimonium peti potest, eum et tempore proelii Mantineënsis et aliquantum temporis postea etiamnum in patria habitasse. At mortuus est Corinthi (ut testatur Demetrius Magnesius ap. Diog. Laert. II. 56. et colligitur ex Epigrammate quod ab eodem servatum est ib. 58.). Dicendum itaque illum deinceps eo rediisse; nec fortasse sine causa; quum satis constet Athenienses iis temporibus, quibus integrum ipsis fuisset pace colenda et discordiis sedandis pristinam inter Graeciae civitates dignitatem recuperare, denuo et erga finitimos et erga socios ita sese gessisse, ut soli fere auctores dicendi sint earum calamitatum, quae tandem Graeciae exitium attulerunt. — Quid mirum, si Xenophon, quum saluberrima sua consilia prorsus neglecta videret, animo abalienato Corinthum reverti, ibique senectuti refugium petere, quam patriae miseriam et contumeliam praesens videre, maluit? (1)

(1) Quum primum hancce Commentationem scriberem (a. 1824.) nondum mihi innotuerant doctissimi Krugeri, *Quaestiones Criticae de Xenophontis vita*: nam quod eas Cap. I. §. 7. memoravi, illud postea demum adscripsi. Haec itaque causa est cur earum nulla in hoc Cap. mentio facta sit. Ceterum earum summa eo redit, ut cum iis quae breviter h. l. exposui, fere consentiat.

CA-

CAPUT III.

UNIVERSA QUAEDAM DE XENOPHONTIS INGENIO ET SCRIPTIONE.

§. 1.

Si e priore parte Disquisitionis nostrae, quantum fieri posſit, perſpicue apparuit, ea quae de Xenophontis aetate deque ejus exilio aut prodita legimus, aut conjectura asſequi posſumus, apte convenire cum eo tempore, quo Libellus *de Vectigalibus Athenienſium* ſcriptus esſe videtur; deinceps inquirendum erit in ipſam Libelli formam, et orationis habitum: quae ſi Xenophonti non indigna reperientur, ſane dicendum erit nullam esſe cauſam, cur ſcriptum illud falſo huc usque Xenophontis nomen tulisſe judicemus. — Attamen, ſi verum fatendum, nullum fortasſe in re literaria difficilius et lubricum magis judicium est, quam de diverſo diverſorum ſcriptorum orationis ſive dictionis genere. Documento ſit vel ille Ciceronis locus, ubi de Atticismo disputat (Brut.

Brut. c. 82 sq. (1), quocum conferantur quae de eodem argumento exposuit Quinctilianus Inst. Or. XII. 10. 16. Nonne jam hi duumviri, summique in dicendi artificio magistri, ita de ea Atticismi distinctione judicarunt, ut infinitum pene sit statuere quid tamquam proprium ei sit tribuendum? Quid, si ad minores in eodem dicendi genere partitiones sive species descendimus? „ In „ oratione" (ita Quinctilianus) „ si species in„ tueri velis, totidem paene reperies ingeniorum „ quot corporum formas." Etenim in promtu quidem est e singulorum oratione singula ingenia internoscere; at quaenam, quaeso, etiamsi cujusque dictionis indolem probe discernamus, norma constitui potest, ad quam singulas illas species exigamus? quae alia, nisi quae universis illis notionibus simplicitatis, brevitatis, elegantiae, sublimitatis, aliisque comprehenditur? At rursus in unaquaque harum notionum qui gradus, quae dissimilitudines, quae varietas? (2) Quis in simplici et tenui dictione non Xenophontem a Lysia dignoscit? Quis non distinguit orationis vim et gravitatem in Thucydide et in Demosthene? Quis non alium sermonis cultum ornatumque agnoscit in Platone, alium in Isocrate? — At in his omnibus, si facile quis discrimen animadvertit, haud ita facile erit ejusdem discriminis rationem reddere; et plerumque tum demum, quid ipse sentiat, alii probare poterit, si, comparatione instituta ejusmodi locorum qui in eodem argumento versantur,

(1) Cf. Orator. C. 8 et 9.
(2) Cic. Brut. l. l.

tur, quid inter utramque ejusdem generis speciem intersit, exemplo indicare queat.

§. 2.

Sed non solum valet id, quod diximus, in ea distinctione, qua Attica dictio ab aliis dicendi generibus secernitur, sed et in iis, quae formam duntaxat et consilium scriptionis spectant. Longe alius enim est orationis habitus in Historicis, alius in Philosophis, alius in Oratoribus (1). Ac rursus, quantopere ille in unaquaque forma apud singulos Historicos, Philosophos, Oratores discrepat? — Si e Graecis Historicis Xenophontem cum Herodoto et Thucydide comparamus, quis est, cui non statim in oculos incurrat evidens illa orationis dissimilitudo? Quis non adstrictam illam gravitatem et pressam brevitatem dictionis Thucydideae distinguit ab eleganti sermonis simplicitate in Herodoto et Xenophonte? Sed deinceps, quantopere utriusque hujus simplicitas a se invicem distat? quam licet in Herodoto nativum candorem, in Xenophonte inaffectatam suavitatem orationis dicas, non ita tamen determinata est, quin sine exemplis discrimen illud percipi nequeat. Quod, si in Historicis verum est, non minus valet in reliquis. Hujus rei testimonium rursus ipse praebet Xenophon; qui, si Philosophum quam Historicum eum dicere quis malit, potissimum cum Platone, qui et ipse e Socratica disciplina erat profectus, com-

(1) Cic. Orator. C. 19 sq.
(2) V. Cic. de Or. II. 13.

comparandus est. At, quamvis simili fere usi sint scriptionis forma, quam dissimile utriusque ingenium, quam diversus orationis color! Hic sublimis, fervidus, divino quodam spiritu afflatus dicetur, ille lenis, simplex et tersus. Verum quis inde propriam orationis Platonicae et Xenophonteae vim et suavitatem persentiet, nisi et ipsum utriusque Socratem sermocinantem et disputantem audiverit? Ejusmodi autem comparatio, quae ipsis speciminibus nitatur, quid sibi velit, aut quid efficere debeat, in promtu est. Ita scilicet instituatur illa, ut statim eluceat proprium cuique ingenium et scriptionis consilium; nisi enim ex quo fonte manaverit, et quorsum tendat oratio perspiciamus, parum sane valebit nostrum de externo ejus habitu judicium, et ad inanem verborum captationem delabamur necesse est. — Quid autem haec ad nostram causam, mox declarabimus.

§. 3.

Xenophontem Atticis scriptoribus ita adnumerandum esse, ut peculiarem locum obtineat, et a ceteris insigni quodam discrimine distet, ex iis quae diximus, nemini mirum potest videri, quum et de reliquis, pro diverso cujusque ingenio, idem fere dici possit. Jam vero, quod ad Grammaticam Atticismi notionem attinet, an ut purae atque integrae Atticae dialecti exemplum proponendus sit Xenophon, de eo varie judicasse videntur ipsi veteres Grammatici; e quibus Helladius, (apud Photium, Cod. 279.) haec observat: „ Οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀνὴρ ἐν στρατείαις

 „ σχο-

„ σχολάζων, καὶ ξένων συνουσίαις, εἴ τινα πα-
„ ρακόπτει τῆς πατρίου Φωνῆς· διὸ νομοθέτην
„ αὐτὸν οὐκ ἂν τις ἀττικισμοῦ παραλάβοι." — Attamen quae hic adfertur ratio non multum habet, quo ſe commendet. Satis enim conſtat ipſius Atticae dialecti inſtabilitatem nullam aliam cauſam habuiſſe, niſi magnam peregrinorum multitudinem, quae undique Athenas affluebat; cui ſi ſervorum et inquilinorum numerum, ſi bella continua foris geſta, ſi mercenarios, ſi denique ipſam mercaturam addamus, nemo ſane ſtatuere in animum inducat, ejusmodi umquam Atticiſmi normam exſtitiſſe, ut paucorum annorum peregrinatio aut exſilium innatam illam ſermonis venuſtatem ac dulcedinem, quam Atticam dicere ſolemus, alieni ſermonis contagione delere aut obruere potuerit (1). Si enim ita de Atticis et de Atticiſmo judicandum est, quidni de Thucydide, de Platone, de Lyſia aliisque idem dicatur? — Hac itaque in parte ſi de Xenophonte ſtatuendum est, non magis ei, quam reliquis hujus aetatis ſcriptoribus Atticis, laus est detrahenda; et ſi a Grammaticis Ἀττικισμοῦ νομοθέτης dici nequit, dicendum, eum non Attici, ſed Xenophontei ſermonis idiomate Muſae aut Apis Atticae cognomen eſſe adeptum.

§. 4.

At eadem illa Helladii obſervatio alio nos ad-

(1) Vid. Auctor. de Republ. Athen. II. 8. Lucian. Pſeudolog. 14. Bentl. Opusc. p. 377 ſqq. Pierſ. in Praefat. ad Moer, et in annot. p. 349.

adducit, et, sepositis Grammaticis rationibus, in ea sententia nos confirmat, ut dicamus Xenophontis Atticismum peculiarem quandam habere indolem, quae non nisi ex ipsius ingenio et moribus dijudicanda sit. — Xenophon, relicta patria, per aliquot annos in castris et in medio belli tumultu versatus est, non suae, sed alienae civitatis militibus circumdatus: num quid in ejus scriptis apparet incultae istius asperitatis, quae ex usu militari et vita castrensi tam facile in ejus animo residere potuerat? — Post reditum satis longum tempus in exilio vixit: at, in cujusmodi exilio? Procul scilicet ab urbana consuetudine remotus, et vitae agresti deditus: numquae rusticitatis vestigia ejus sermoni inhaerent? Nulla scilicet, nisi quae gratam ei et inaffectatam conciliant simplicitatem. Si quidquam, hoc certe indicium est, ingenium ei fuisse non solum humanitatis plenum, sed et stabile sibique constans; Atticam illam, qua inclaruit, sermonis suavitatem non ex Atticorum tantum consuetudine, aut patriae beneficio, sed e sola ipsius indole fluxisse, quae, Socraticis praeceptis imbuta, in variis vitae conditionibus ubique sibi constitit, et unum semper honesti pulchrique sensum expressit. — Eum naturam in omnibus optimam habuisse ducem, eique magistrae sese quasi addixisse, optime testantur haec ipsius de se verba: (de Ven. XIII. 4.) „ Ἐγὼ δὲ ἰδιώτης μέν εἰμι, „ οἶδα δὲ, ὅτι κράτιστον μέν ἐστι παρὰ αὐτῆς „ τῆς φύσεως τὸ ἀγαθὸν διδάσκεσθαι. " quae autem eodem loco de Sophistarum arrogantia (1), de-

(1) Cf. Mem. I. c. 6 et 7.

deque vero philosophiae munere addit, nonne animi ejus candorem atque sinceritatem, nonne genuinum Socraticum produnt? — Modestiae ejus quod majus testimonium proferri potest, quam quod, ipse quum posset novae doctrinae sibi laudem vindicare, inter philosophos semper Socraticorum princeps est habitus? Quod sui nominis celebritatem Socraticae doctrinae simplicitati atque integritati posthabuit? Nec tamen ejusmodi erat illa Xenophontis modestia, ut in magistri tantum verba juraret, sed in omni argumento, prout ipsius ferret ingenium, libere versabatur, modo ita, ut, quaecumque praeciperet, sive ad laudem, sive ad vituperium, ubique auream illam Socratis doctrinam proponeret, cujus summa huc redit, ut omnia publicae privataeque vitae munera atque studia cum ad religiosum Divini Numinis cultum, tum ad pulchri honestique sensum, tum in primis ad Civitatis salutem referantur.

§. 5.

Quodsi quaeratur, num, si libros Historicos spectamus, idem de Xenophonte valeat judicium; — num sententiae, quas in rebus politicis prodidit, eandem modestiae et integritatis notam prae se ferant; idem affirmare nullus dubito. Si sane hoc loco rursus comparatio instituitur, magnum est discrimen inter Thucydidis de *Bello Peloponnesio* libros, et, quae eos excipiunt, Xenophontis *Hellenica*. Attamen, nonne omne hoc discrimen in utriusque auctoris ingenio et moribus positum est? Praeterea, quod ad hanc

rem

rem observavit magnus noster Wyttenbachius, (cujus sententiam lubens equidem amplector) Xenophontem *Hellenicorum* libros inchoatos reliquisse, neque iis ultimam manum adhibuisse, id ipsum, nisi probare, saltem indicare mihi videtur, eum, nulla sua praecipue animi sententia et voluptate ductum, suscepto Thucydideae historiae continuandae officio defungi tantum voluisse; nam de historiae postea ab ipso copiosius ac diligentius conscribendae consilio cogitare, vetat fere senilis ejus aetas. Etenim manifestum est, in Xenophontis rerum Graecarum enarratione, desiderari illam orationis majestatem et sententiarum gravitatem, quae in Thucydide e vulgari sermone ad sublime dicendi genus sese effert; non hîc apparet illa omnibus numeris absoluta causarum et eventuum explicatio, non vivida illa et luculenta rerum gestarum expositio, non perspicax illud in consiliis politicis explanandis judicium; at vicissim capit nos candida illa in rebus enarrandis simplicitas, quae procul quidem a sublimi orationis magnificentia, sed pariter remota ab ambitioso rhetorum et sophistarum fastu, ubique sui similis manet, neque ullum, invito ingenio, venatur orationis cultum aut splendorem. Quantumvis enim multis partibus aut lacunosum aut negligentius tractatum videatur Historicum illud Xenophontis opus, (quod quis in labore senili mirabitur?) ubique tamen elucet Socratica illa ratio, quam ab ipso auctore Xenophonteam dicere haud veremur. Non sita erat ea in *pragmatica* illa Historiae tractandae methodo, quam primus e Graecis Historicis ingressus est Thu-

Thucydides, plenius postea elaboravit Polybius (1), quamque luculenter expressit Cicero de Orat. II. 15; sed tota fere ad morum disciplinam spectabat (2), versabatur in virtutibus vitiisque principum et universe in moribus eorum exponendis, quorum res gestas tradebat; ita ut (quod aliter fere haud fieri poterat) eorum facta, quae vel ob familiaritatem, vel ob loci propinquitatem plenius ipsi innotuerant, fusius explicet, alia subinde leviter tantum tangat aut plane omittat (3). Simplicissimam hanc fuisse Xenophonteam historiae tradendae rationem probant reliqui duo ejus libri Historici argumenti, *Anabasis* et *Cyropaedia*; in quorum altero, quum eas res tradat quas ipse aut gesserat, aut praesens viderat, magis etiam quam in ullo alio explendescit ejus animi candor, integritas atque modestia. In *Cyropaedia* vero, quam, Socraticis praeceptis inhaerens, ad effigiem justi imperii conscripsit, quum liberior ei esset fingendi facultas, plenius suam historiae tradendae methodum exposuit. (4)

§. 6.

Quod autem attinet ad ejus integritatem et animi moderationem, ea vero in Historicis non minus quam in reliquis libris Xenophontis est con-

(1) Vid. Thuc. in praef. Hist. - Polyb. III. 31.
(2) Vid. Creuzer Hist Kunst der Griech. p. 305.
(3) Iniquum plane de Xenophontis *Hellenicis* judicium fert Manso, Sparta II. p. 394. Wolf. Ep. ad Schneid. in X. Hist. Gr. p. 126.
(4) Cf. Creuzer. ib. p. 300. cf. Dion. Hal. Ep. ad Pomp. II. p. 130.

conspicua. Diogenes Laertius refert, Xenophontem exilio mulctatum esse *Laconismi causa*, neque est quod illud in dubium vocemus. Attamen haec ipsa res saepius in causa fuisse videtur cur statuerent Viri docti, Xenophontem ex eo tempore Lacedaemoniorum partes suscepisse, et iniquius sese erga patriam praestitisse: neque tamen ulla hujus iniquitatis vestigia in ejus scriptis exstare equidem video. Si dicendum est (1): „ primam esse historiae legem, ne quid falsi „ dicere audeat; deinde ne quid veri non au„ deat; ne qua suspicio sit gratiae in scriben„ do, ne qua simultatis," et subit nos dubitatio, num Xenophon in *Hellenicis* ei legi paruerit; primo animadvertendum est, neminem huc usque Xenophontem arguisse, quod falsa dixerit: vera fortasse interdum reticuit; at undenam apparet, eum hoc data opera fecisse? Quibus indiciis ostendat quis, eum prae metu, *quod non auderet* vera dicere, hoc vel illud omisisse? — Gratiae suspicio si exemplo Agesilai adesse dicitur, in cujus laudibus fortasse nimis sibi indulsit; ea certe est gratia, quae aut ex familiaritatis vinculo, aut ex quadam virtutum admiratione, aut etiam ex grati animi sensu orta sit; minime autem quae aliis detraxerit ut uni tribueret. Nam licet in ceterorum laude non aeque copiosus sit Xenophon, immerito sane quis inde obtrectationis crimen in eum conferret; praesertim quum e nullo loco hoc ei fuisse consilium indicari possit. Si, e. g., Epaminondae odio ejus non meminisset in pugna Leuc-

(1) Cic. de Or. II. 15.

Leuctrica commemoranda, (Hell. VI. 4.), cur eundem alibi laudasſet (VII. 5. 8 et 19.)? Si maledicentiae cauſa Iphicratis ſegnitiem et imprudentiam vituperasſet (Hell. VI. 5. 41.), unde fit, ut alio loco ejus conſilium et prudentiam multis laudibus proſequatur (ib. VI. 2. 20.)? Totum igitur illud *Laconismi* crimen (ut affirmat etiam, ceteroquin hac in parte ſeverus Xenophontis vituperator, Manſo, Sparta. B. III. Th. 2. p. 11.) in Ageſilai praeconio verſatur; quod, ſi ex ipſa Xenophontis indole et propoſito dijudicandum est, laudi potius ei quam vituperio ducatur. Praeterea ſi Xenophonti *Laconismum* vitio vertendum quis cenſet, certe eo nomine non intelligendae ſunt laudes, quas Lacedaemoniorum inſtitutis tribuit; quod quare non faceret, ſi ita ferret ejus animi ſententia? Hoc ſane non vetat vel ſeverisſimum de Historici munere judicium. Etenim tum demum eo nomine ſuspectus aut reprehendendus videri posſet, ſi vitia eorum aut data opera reticuisſet, aut ſpecioſis nominibus praetexuisſet, aut etiam aperte laudasſet: hoc autem ſi in Xenophontem cadere potuisſet, neceſſe est perpetuo illud fecisſet. Atqui vel ex uno loco Hell. V. 4. contrarium probatur, ubi Lacedaemoniorum injustitiam et perfidiam erga Thebanos diſertis verbis affirmat, eamque dicit ab ipſis Diis esſe punitam. Quod ſi fortasſe aliis locis ideo Lacedaemoniorum rebus favere videtur, quod Aristocraticam reipublicae formam in primis probaret (v. c. Hell. V. 2. 7.); haec quidem ſententia, quae a justa indignatione profecta esſe potuit, haudquaquam ostendit Xenophontis

La-

Laconismum ejusmodi fuisse, ut iniquus inde virtutum vitiorumque aestimator sit dicendus.

§. 7.

Simultatis autem erga patriam nullum sane apparet vestigium. Quod si quam suscepisset, nonne commodissime eam in rerum Graecarum commentariis exprimere potuisset? At hac in parte item Xenophon integerrimo animo sese praestitit. Hoc inde in primis probatur, quod, ubi opportunus aut indignandi, aut vituperandi, aut criminandi locus esset, eo potius abstinuit, et summa semper animi moderatione et aequitate usus est; v. c. in judicio decem Praetorum, Hell. I. 7. in pugna navali apud Notium, I. 5. 8. in clade ad Aegos Potamon, II. 1. 15 sq.: aut etiam eo loco ubi narrat Timocratem jussu Tithraustis cum magno auri pondere in Graeciam venisse, ibique aliarum civitatum principes corrupisse, Athenienses non potuisse, Hell. III. 5. 1 sq.; quum tamen ab aliis traditum sit, Athenienses tunc non minus quam ceteros sese corrumpi passos esse, v. Paus. III. 9. 4. Plutarch. Ages. c. 15. f. p. 604. Xyl. Parum itaque ad hanc suspicionem firmandam efficit, quod quibusdam in locis, ubi Atheniensium laudes pluribus erant persequendae, rem silentio fere transit, aut negligentius tractare videtur; si enim malignitate ductus hoc fecisset, neque aliis in locis eorum laudes commemorasset, (ut Hell. VI. 2. 32.) neque, ubi vituperandi opportunitas daretur, eam neglexisset. — Sed et omnium maxime elucet haec moderatio

in

Memorabilium libro, in quo dilectissimi praeceptoris memoriam contra invidiae et malevolenlentiae criminationes defendit. Si usquam, eo loco certe simultatem illam aut etiam indignationem contra suos inimicos et Socratis interfectores exprimere debuisset. At contra, in sententia dicenda sincerus, in judicando integer, in oratione lenis ac placidus, nullam adhibet contumeliae memoriam; nullibi patet animi perturbatio aut vehementior affectus; in omnibus candida simplicitas (1). Quod si illud agere voluisset, ut Socratis persona indutus vitia Atheniensium in republica administranda reprehenderet, nonne suspicandum est eum, ira aut indignatione incitatum, acrius multo et vehementius hanc causam acturum fuisse? At contra, dum variis locis hujus Libri sponte eo fert ipsius argumenti ratio (ut Mem. III. 5. III. 9. 10 sq. IV. 2. 36 sq. IV. 4. 13.), in iisdem nihil nisi acumen Socraticum et summam auctoris modestiam deprehendimus.

§. 8.

Ex iis, quae de Xenophontis ingenio dicta sunt, facilis est ad ejus scriptionem transitus. Quum summa in eo esset morum sanctitas, tum vero in primis in rebus divinis ac humanis religio et justitia, fidelissimam hujus indolis imaginem expressit oratione sua, cujus simplicitatem atque jucunditatem, Quinctiliani judicio, nulla affectatio conse-

qui-

(1) Vid. Creuz. II. p. 309.

qui possit (1); ita quidem ut hac re in primis genuinum Socraticum sese praestiterit, quum talem sese in scriptis ostenderet, qualis revera esset. Eadem illa simplicitas, quam in universo orationis tenore merito *veri sigillum* dicere possumus, efficit, ut et sermo ejus sit purus atque aptus cum delectu, tum nexu verborum: „ *Καθαρὸς μὲν γὰρ τοῖς ὀνόμασιν ἱκανῶς, καὶ σαφής, — ἐκλέγει δὲ ὀνόματα συνήθη καὶ προσφυῆ τοῖς πράγμασι, καὶ συντίθησιν αὐτὰ ἡδέως πάνυ καὶ κεχαρισμένως:*" (2); simulque ei conciliat dulcem illam elocutionis suavitatem, quae, lenitate quadam aequabili profluens; quidquid asperum, jejunum, aut languidum est aversatur (3). Hinc tam in sententiis, quam in verbis serendis ubique concinnus est, omniaque ea vitare studet, quae aut perspicuitati, aut suavitati obesse possint. Quantum scilicet huic orationis virtuti tribueret, ostendit ipse, De re Equestr. VIII. 2. ubi diligenter sese ab ingratae repetitionis vitio (*διλογίας*) defendit. — Sed si in verborum delectu sedulo omnem fugit jejunitatem et scabritiem, vicissim parcus admodum est in reliquo orationis ornatu, nec fere a vulgari sermonis consuetudine declinat, nisi ubi res id postulare, et ipsa sententia elocutionis ornamentum peperisse videatur

(1) Quintil. Inst. Orat. X. 1. 82. v. Dion. Halicarn. Ep. ad Pomp. Vol. II. p. 131. Sylb. Creuzer, l. l. p. 315.
(2) Dion. Halic. l. l. ita fere Hermogenes: „ *Καθαρὸς δὲ καὶ εὐκρινὴς εἴπερ τις ἕτερος ὁ Ξενοφῶν.*"
(3) Cic. Or. II. 15.

tur (1). Atque huc sine dubio spectarunt ii, qui dixerunt Xenophontem in primis vocabulis *tropicis* (2) usum esse. Et sane haec ita Xenephonti sunt usitata, ut peculiarem quandam vim habere, nec suo loco alia facile recipere posse videantur; e. gr. ἀποπηδᾶν Mem. I. 2. 16. v. ib. Ruhnk. ἐκκυλίζειν Mem. I. 2. 22. ib. Ern. Ruhnk. Hindeb. θηρᾶν. *sibi conciliare* Mem. II. 6. 28. v. Sturz. in Lex. Xen. προςκυνῆσθαι Mem. I. 2. 30. πολιορκεῖν. *vexare.* Mem. II. 1. 13. πάλαισμα. *artificium* Mem. II. 1. 14. κηλεῖν Mem. II. 6. 31. v. Ast. ad Plat. Rep. II. 2. προπετάζειν sive προπεταννύναι Cyr. IV. 2. 23. cet. Idem fere valet de vocabulis minus usitatis, aut fere obsoletis, a quibus constat eum suo loco non abstinuisse, (exemplo sint χλιδὴ et χωριτικῶς, Cyr. IV. 5. 54. πρηστήρ. Hell. I. 3. 1. ἔνεος Anab. IV. 5. 33. ἀποδικεῖν Hell. I. 7. 20. alia); quibus fortasse addi possunt ejusmodi vocabula composita, quae, quamvis minus usitata, ex ipsius loci sensu aptam notionem mutuantur, ut e. g. αὐτοσχεδιάζειν M. III. 5. 21. ἀπαυθημερίζειν An. V. 1. 2. Periz. ad Ael. V. H. IX. 2. δυσξύμβολος M. II. 6. 3. Attamen horum omnium, nisi vim et concinnitatem augent, apud Xenophontem rarior est usus, neque umquam ejusmodi ut

(1) V. Cic. Or. II. 34. Ceterum Socraticum hocce praeceptum a Platone traditum (Phaedr. §. 92. Heind.) saepius inculcavit Cicero in libris de Oratore v. I. 6 et 12. III. 5 sqq. et 31.

(2) De Xenophonte et Hippocrate hoc affirmat Galenus Op. Tom. XII. p. 326. E.

ut ſententiae perſpicuitati aut numero orationis noceant: praeterquam quod tam parum ab Atticismo ſunt aliena, ut et plerique optimae notae ſcriptores iis uſi ſint. v. Dion. Hal. de Thuc. Idiom. T. II. p. 133 et Exam. Hist. II. p. 70. Cic. Or. III. 38. Quint. VIII. 3. 24. Ern. ad Mem. IV. 8. 5. — Denique huc etiam referri merentur vocabula poetica, quorum conſtat Xenophontem, in ſumma ſimplicitate, plura quam quemquam Atticorum, qui proſa oratione ſcripſerunt, frequentasſe; vid. Ruhnk. ad Mem. III. 9. 6. Hemſt. ad Thom. Mag. p. 26. Hermog. de arte Orat. p. 506. — Haec itaque omnia, quae ad ſingulorum vocabulorum uſum pertinent, ita Xenophonti propria ſunt, ut cum univerſa orationis Xenophonteae elegantia et concinnitate apte cohaereant (1).

§. 9.

Nec minus elucet illa ſimplicitatis virtus in verborum nexu et enunciationum ſtructura; qua in re multa animadvertenda, pauca praecipienda videntur. Nam prout ſermo Xenophonteus, quod ad ſingula vocabula attinet, perspicuus est et concinnus, „ verbis uſitatis ac pro„ prie demonſtrantibus ea, quae ſignificari ac „ declarari vult, ſine ambiguo verbo aut ſer„ mone (2)," ita ad eandem normam ſeſe habet tota orationis compoſitio; „ non utitur nimis „ lon-

(1) Cum hisce cf. quae de tenui oratore dicit Cicero Orat. c. 24.
(2) Sunt verba Ciceronis de Or. III. 13.

„ longa continuatione verborum, non valde pro„ ductis iis, quae similitudinis caussa ex aliis rebus „ transferuntur, non discerptis sententiis, non „ praeposteris temporibus, non confusis personis, „ non perturbato ordine." (1) Periodum ita amat, ut in narrando brevibus quidem subinde sententiis utatur, universe tamen non minus praecisam illam brevitatem, quae non raro subobscura fieri solet, quam redundantem sermonis copiam, evitet (2); saepius etiam orationem continuatam et interpunctione distinctam periodo praeferat; quae si quando longior est, semper adhibito aut repetito pronomine, adjunctaque particula quadam, perspicuitati subvenit. — Tropicae dictiones et comparationes, prout ipsa vocabula tropica (de quibus modo diximus), summam in ejus scriptis habent vim et leporem, neque umquam adhibentur, nisi Socratico more, i. e. si rem perspicue magis ab oculos ponunt, ideoque in primis valent cum ad demonstrandum, tum ad persuadendum. — Quod deinceps ad eam orationis negligentiam attinet, quae vulgo a Grammaticis *grata* dicitur, est ea Xenophonti non minus quam ceteris Atticis propria, sed ita, ut ab asperitate aut orationis confusione procul sit remota. Huc pertinent quae dicuntur anacolutha, permutationes modorum, temporum, personae ac numeri, in primis ea, qua ex obliqua ad directam orationem fit transitus: quorum omnium tamen ea est ratio, ut non facile sententiae perspicuitati officiant, saepius ve-

(1) Cic. ibid.
(2) Cf. Creuzer, l. l. p. 317.

vero ejus vim atque gravitatem augeant; nisi forte de solis Hellenicis aliter statuendum est, quem librum, prout jam diximus, ita a Xenophonte conscriptum esse constat, ut inchoatus potius quam omnibus numeris absolutus dici, nec etiam scriptionis diligentia reliquos ejus libros aequiparare possit. — Non minima virtus denique, quae in ejus scriptis elucet, quaeque non parum ad perspicuitatem et concinnitatem confert, est *Ordo*, qui, ut in rerum verborumque dispositione, ita praesertim in argumentando ubique conspicuus est. Inde, nisi ipsa operis ratio postulat ut in medias res lectorem rapiat, apto uti solet exordio, quod caussam scriptionis ejusve rationem contineat, aut etiam in ipso sermonis ingressu rem, quam tractandam suscipit, breviter exponit (1). Eo loco, ubi ipsa rerum series certum in enarrando ordinem sibi vindicat, planus est, et terso utitur sermone, nec facile etiam ad Episodia digreditur, quin apte ea connectat, plerumque expresse illud significans (solita formula *ἐπάνειμι* et *ἐπανέρχομαι*. v. c. Cyr. I. 2. 15. VI. 1. 7. Hell. VI. 5. 1.): ita quidem, ut, si quando scriptionis forma et ratio majorem adfert varietatem, in singulis tamen ordinem accurate servatum videamus. In iis libellis, qui ad *Protrepticum* genus referri possunt, i. e. in quibus ipse suo nomine praecepta et consilia impertit, (ut sunt, praeter hunc nos-

(1) Dion. Hal. Ep. ad Pomp. II. p. 130. „ *Ταῖς τε γὰρ ἀρχαῖς αὐτῶν ταῖς πρεπωδεστάταις κέχρηται,* „ *καὶ τελευτὰς ἑκάστῃ τὰς ἐπιτηδειοτάτας ἀποδέδωκε·* „ *μεμέρικέ τε καλῶς· καὶ τέταχε καὶ πεποίκιλκε τὴν* „ *γραφήν.*"

nostrum *de Vectigalibus*, libelli *de Re Equestri*, *de Officio Magistri Equitum* et *de Venatione*,) ita suam rem agit, non ut omnia temere in chartam conjiciat, *praeponens ultima primis*, sed ut, nisi certam argumentorum seriem persequi possit, omnia tamen ita connectat et copulet, ut unum ex altero sponte fluxisse, et secum invicem cohaerere appareat: quae omnia concludere solet *Epilogo* s. *ἀνακεφαλαιώσει*, quae aut scriptionis finem simpliciter indicet, aut brevem atque argumento aptam contineat commendationem atque adhortationem. (cf. Hind. ad Mem. IV. 8. 11.) Et universe, si ordinis virtus nullum alium fontem habet, nec habere potest, nisi *cogitationem*, et verum hac in parte est dictum Horatianum:

„*Scribendi recte sapere est et principium et fons.*"

quomodo fieri possit, ut Xenophon, verissimus ille Socraticus, in scriptis suis ab hoc sapientiae principio discesserit?

§. 10.

Quod si quis forte Xenophontem, quod ipse peculiarem aliquam philosophiae doctrinam non sit professus, philosophorum numero eximendum censeat; nec principem ei in Historicis locum attribuat, quod in rebus Graecorum tradendis non summa usus sit diligentia; neque etiam magnis illis viris eum accensendum esse putet, qui domi bellique de patria praeclare meruë-

ruerunt, illud ipsum et causa et indicium est, verissimum eum dici philosophiae Socraticae sectatorem: quod quo magis appareat, apponemus verba Ciceronis Or. III. 16. „ Sed quod erant
„ quidam, iique multi, qui aut in republica
„ propter ancipitem, quae non potest esse sejuncta, faciendi dicendique sapientiam, florerent, ut
„ Themistocles, ut Pericles, ut Theramenes,
„ aut, qui minus ipsi in republica versarentur,
„ sed hujus tamen ejusdem sapientiae doctores
„ essent, ut Gorgias, Thrasymachus, Isocrates:
„ inventi sunt, qui, quum ipsi doctrina
„ et ingeniis abundarent, a re autem civili et a
„ negotiis, animi quodam judicio, abhorrerent,
„ hanc dicendi exercitationem exagitarent atque
„ contemnerent; quorum princeps Socrates
„ fuit, is, qui omnium eruditorum testimo-
„ nio, totiusque judicio Graeciae, cum pruden-
„ tia et acumine, et venustate, et subtilitate,
„ tum vero eloquentia, varietate, copia, quam
„ se cumque in partem dedisset, omnium fuit
„ facile princeps." — Atqui in iis, qui nullo disciplinae facto divortio uni Socrati sese addixerant, eumque verae sapientiae exemplum sibi proposuerant, princeps sine dubio fuit Xenophon, qui et ipse eam professus est philosophiam, (licet minus celebrata illa fuerit,) qua et civitati, et humanitati quantum posset bene faceret. Fuisse eum patientem, suorumque injurias ferentem civium, quod patriae irasci nefas duceret, ipsius vita et scripta testantur. Quod autem nullum ipse in republica administranda gessit munus, illud praecipue exilio ejus tribuendum esse videtur; quum satis constet, ei ad hanc rem nec animi nec cor-

 po-

poris dotes defuisse. Pulcherrima sane, quod ad civilem ejus prudentiam attinet, exstat Xenophontis laus apud Dionem Chrysostomum. Or. XVIII. „ Ξενοφῶντα δὲ ἔγωγε ἡγοῦμαι, „ ἀνδρὶ πολιτικῷ, καὶ μόνον τῶν παλαιῶν „ ἐξαρκεῖν δύνασθαι· εἴτε ἐν πολέμῳ τις στρατηγῶν, εἴτε πόλεως ἀφηγούμενος, εἴτε ἐν δήμῳ λέγων, εἴτε ἐν βουλευτηρίῳ, μὴ ὡς ῥήτωρ ἐθέλοι μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς πολιτικὸς καὶ „ βασιλικὸς ἀνὴρ, τὰ τοιούτῳ προσήκοντα ἐν „ δίκῃ εἰπεῖν, πάντων ἄριστος ἐμοὶ καὶ λυσιτελέστατος πρὸς ταῦτα πάντα Ξενοφῶν." Haec vero laus, si in Xenophonte philosophum eumque Socraticum spectamus, nimia certe dici nequit, quum ex iis, quae et ipse gessit, et scripto consignavit, perspicuum sit, qualem se hac in parte praestiterit. Si sola virtute, industria atque indefesso labore quaevis civitas gubernari posset, et civitatis principi satis foret, esse sapientem, justum, honestum, et erga cives suos optime animatum, cum Dione equidem arbitrarer Xenophontis consilia et praecepta politica maximam vim habitura esse ad civitatis salutem firmandam. At proh dolor! nec fuit antiquitus, nec est hodieque ea rerumpublicarum conditio, ut e solis praeceptis Socraticis aut Xenophonteis salutiferum quid iis sperari posse videatur. Si igitur quaerimus, non quam vim suo tempore habuerint, sed quorsum tendant, et qualia omnino sint Xenophontis consilia, certe non nisi laude dignissima sunt dicenda; prout merito de iis deinceps ita judicat: τά τε γὰρ διανοήματα σαφῆ καὶ ἁπλᾶ, καὶ παντὶ ῥάδια φαινόμενα· τό τε εἶδος τῆς ἀπαγγελίας προσηνὲς, καὶ κεχαρισμέ-

„ μένον, καὶ πιςικὸν, πολλὴν μὲν ἔχων πιθα-
„ νότητα, πολλὴν δὲ χάριν καὶ ἐπιβολήν· ὥςε
„ μὴ λόγων δεινότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ γοητείᾳ
„ ἐοικέναι τὴν δύναμιν. Ἐι γοῦν ἐθελήσειας αὐ-
„ τοῦ τῇ περὶ τὴν Ἀνάβασιν πραγματείᾳ σφό-
„ δρα ἐπιμελῶς ἐντυχεῖν, οὐδένα λόγον εὑρήσεις
„ τῶν ὑπὸ σοῦ λεχθῆναι δυνησομένων, ὃς οὐ
„ διείληπται, καὶ κανόνος ἂν τρόπον ὑπόσχοιτο
„ τῷ πρὸς αὐτὸν ἀπευθῦναι ἢ μιμήσασθαι βου-
„ λομένῳ. Ἔιτε γὰρ θαρρῦναι τοὺς σφόδρα κα-
„ ταπεπτωκότας χρήσιμον πολιτικῷ ἀνδρὶ, καὶ
„ πολλάκις ὡς χρὴ τοῦτο ποιεῖν δείκνυσιν· εἴτε
„ προτρέψαι καὶ παρακαλέσαι, οὐδεὶς Ἑλληνικῆς
„ φωνῆς ἐπαΐων οὐκ ἂν ἐπαρθείη τοῖς προτρεπ-
„ τικοῖς Ξενοφῶντος λόγοις."

§. 11.

Atque ita etiam judicandum videtur de illo ad cives suos Protreptico, quod post reditum in patriam conscripsit *de Vectigalibus* s. *de Reditibus Civitatis*. Ut numquam, ne in exilio quidem, animum suis civibus infestum prodidit, ita etiam in hac scriptione procul remotus ab omni contumeliae memoria, animum aperit sincerum et candidum, unice salutem civitatis spectantem. Conspicuum hoc est cum ex universo Libelli consilio, tum vero in primis ex Exordio, et (qui vel solus Xenophontis indolem prodit) Epilogo. Ipsius orationis habitus eandem redolet simplicitatem et perspicuitatem, a qua in nulla scriptione discessit (1), et quae om-

(1) Hujus rei ipse rationem reddit, Venat. XIII, 5. „ Ἴσως

omnium maxime diverſa est a florido illo et fucato quodammodo orationis nitore, quo rhêtores vulgo ejusmodi conſilia et adhortationes commendare atque ornare ſolebant. Facile hoc patebit, ſi modo cum nostro Libello comparamus Iſocratis Συμμαχικὸν, qui fere in eodem argumento verſatur (1). Nonne enim, ſi ſuppoſititius esſet, veroſimile est Auctorem, ut in ejusmodi argumento, tenue illud dicendi genus rhetorico artificio postpoſiturum fuisſe? Aut ubinam exempla adſunt, quibus in hoc genere Xenophontis ingenium et dictionem quis affectasſe dici posſit? — At non minus (id, quod postremo loco ad indolem ſcriptionis Xenophonteae retulimus) in toto opusculo apparet ordo et perſpicuitas argumentandi. Nam quum ſibi propoſuisſet in eas rationes inquirere, quibus Athenienſes ipſius terrae et civitatis reditu ſibi prospicerent, ante omnia breviter Atticae naturam exponit, ut ad reditus civitatis augendos aptisſimam. Tum ad ipſum propoſitum accedens, primo loco agit de Inquilinorum tributo, (quem optimum et commodisſimum civitatis reditum esſe dicit,) deque eorum numero augendo, quod variis modis commode fieri posſe ostendit. Tranſit deinde ad reditus e mercatura capiendos; in quo Capite pariter quaedam praemittit de opportunitate et terrae et urbis

„ "Ισως οὖν τοῖς μὲν ὀνόμασιν οὐ σεσοφισμένως λέγω
„ (οὐδὲ γὰρ ζητῶ τοῦτο): ὧν δὲ δέονται εἰς ἀρετὴν οἱ
„ καλῶς πεπαιδευμένοι, ὀρθῶς ἐγνωσμένα ζητῶ λέ-
„ γειν."

(1) De Iſocratis ſtilo v. Dion Hal. Vol. II. p. 94 et 174. Quintil. I. O. X. 1. 79.

bis ad commercium cum aliis gentibus: quo facto varias proponit rationes ad emolumenta mercatoribus amplificanda, ad peregrinos in urbem alliciendos, et universe ad ea instituenda, quibus simul mercaturae studium excitetur, et reditus incrementum capiant. Sequitur denique luculentissimus locus de argentifodinis, quarum natura fusius quodammodo ab Auctore exponitur. Has in primis ostendit locupletissimum esse redituum augendorum fontem, cum singulis civibus, tum reipublicae; dummodo et publice et privatim diligentia adhibeatur et industria, neque exiguis illis impensis parcatur, quae ad opus inchoandum et strenue persequendum necessariae sunt. Hisce expositis, peropportune civibus suis suadet, ut, si omnibus iis emolumentis et commodis frui velint, ante omnia pacem colant, quae sola civitati et opes et salutem adferre possit. Totam exhortationem tandem concludit *Epilogo*, in quo breviter, sed verissimo sensu pietatis, tum erga Deos, tum erga patriam, ostendit consilia sua, si modo manus operi admoveatur, civitati non nisi salutifera esse posse. — Hisce omnibus denique si hoc unum adjungimus, insignem in tota hac scriptione elucere Auctoris modestiam, qua nullam sibi ex iis, quae suadet, laudem aut gloriosam captat, quid est, quod non in omnibus Xenophontem Socraticum agnoscamus? Equidem vel iis argumentis quae exposui adductus, jam non dubitandum esse censerem, huncce Libellum a Xenophontis manu esse profectum; neque in hoc judicio, nisi insigni dissimilitudine in singulis sermonis partibus, esse haesitandum. — Ad hanc rem itaque postremo loco accedamus.

CA-

CAPUT IV.

ANNOTATIO.

In hoc Capite ita versabimur ut deinceps, cum ratione sententiarum, tum quod attinet ad delectum et nexum verborum, quoad ejus fieri possit, comparationem instituamus; quibus praeterea, ubi textus aut dictionis ratio id postulare videbitur, accedet una et altera observatiuncula quae ad meliorem loci intellectum tendat (1). Antequam tamen ad singulos locos comparandos progrediamur, haud abs re erit monere, ex omnibus Xenophontis libris, nullum fere esse inter quem et hunc nostrum Libellum tanta intercedit in orationis habitu similitudo, nisi *Hipparchicum*; qui et in eodem exhortandi, et docendi genere versatur, et (prout modo vidimus) tempore proximus est huic nostro: indicio erunt ea,

(1) Hoc tamen haudquaquam ita acceptum velim, ac si hoc loco commentarium Philologico-Criticum pollicerer; hujusmodi quid non patiuntur fines, quos hujus Commentationis ratio transgredi vetat; nec etiam meae vires et subsidia, quibus uti mihi licuit.

ea, quae comparandi causa ex Hipparchico enotavimus; cetera, quae ejusmodi comparationem non admittunt, ipsa utriusque Libelli lectione animadvertantur.

CAP. I. §. 1.

Ἐγὼ μὲν — γίγνεσθαι. Repetita est haec sententia ad verbum fere ex Cyr. VIII. 8. 5. (1) (ut jam monuerunt Weiske et Schneid. ad h. l.) hoc discrimine, quod in Cyropaediae loco de ipsis civibus aut subditis (οἱ ὑπ' αὐτοὺς) loquitur; hoc τὰς πολιτείας memorat: quam vocem tamen h. l. non, prout fecit Weiskius, ita interpretor, ac si Auctor significaret *reipublicae administrandae rationem*, s. *negotia publica* (quamquam saepius apud Xenophontem ita accipienda est); ita enim non video, quomodo haec sententia cum reliquis cohaereat; sed πολιτείας nomine ipsam significari arbitror *Civitatem*, tum respectu ipsorum *Civium*, eo fere sensu quo πόλις dicitur, (ut Mem. II. 1. 13. „οὐδ' εἰς πολιτείαν ἐμαυτὸν κατακλείω") tum vero etiam quatenus opposita est aliis civitatibus, sociis, subditis. Auctor enim in hujus Libelli Exordio hoc sibi velle videtur. „Quales civi„tatum principes sunt, tales fere ipsae civita„tes esse solent. Reipublicae autem Athenien„sium principes dicti sunt injustiores fuisse er„ga

(1) Ex hoc uno loco tamen, si ceteroquin de hacce sententia nihil constaret, de Xenophontis mente judicari nollem; jure enim hicce Epilogus Cyropediae suspectus haberi mihi videtur.

„ ga socios; idem itaque crimen injustitiae in
„ ipsam civitatem conferri potest. At, quum
„ illi civitatis gubernatores, qui, quid justum
„ esset, non minus quam quivis alius viderent,
„ plebis paupertatem causam esse dicerent, quae
„ ipsos ad illam iniquitatem adigeret, perspi-
„ cuum est ipsam civitatem eandem adferre cau-
„ sam, et eadem uti excusatione. Haec cogi-
„ tatio eo me duxit, ut inquirere conarer, an
„ non cives (οἱ πολῖται) ex ipsorum terra quan-
„ tum satis esset sibi prospicere possint; quae
„ res et illorum penuriae remedium adferret,
„ et simul iniquitatis aut injustitiae erga ceteras
„ Graeciae civitates socias suspicioni finem im-
„ poneret." — Hoc modo bene cohaeret hic locus, qui, si πολιτείας nomine *interiorem reipublicae administrationem* intelligeremus, insigni obscuritate laboraret. Praeterea ipsa hujus sententiae ratio (admodum ea frequentata fuit veteribus philosophis et oratoribus, vid. ll. quos collegit Bergm. ad Isocr. Areop. C. 8.) docet non ad reipublicae gubernationem, sed ad *civium mores* respici, qui h. l. injustitiae crimine laborasse videntur; quod Xenophon, ea qua est modestia et prudentia, non palam quidem affirmat (quamquam ceteroquin res erat notissima, vid. Isoc. de Pace c. 7. 37–40. et passim), sed tecte potius significat, exordio sumto a *Civitatis principibus*, quibus, ex ipsius Socratis et Xenophontis sententia, omnino haec cura incumbit; ut patet ex Mem. I. 2. 33. III. 4. 6. et III. 6. et apertius ex Cyrop. VIII. 1. 8. „ Οὕτω δ' ἔχει
„ καὶ ταῦτα, ὥσπερ καὶ τἆλλα· ὅταν μὲν ὁ
„ ἐπιστάτης βελτίων γένηται, καθαρώτερον τὰ
„ νό-

„ κόμιμα πράττεται· ὅταν δὲ χείρων, φαυλότε-„ ρον (1).” Ceterum totum illud Exordii genus, quo, proposita universali aliqua sententia aut observatione, deinceps ad ipsam illam rem descendit, de qua peculiariter agere decrevit, haud abhorret a Xenophontis ingenio et consuetudine: e quo genere in primis conferri meretur Exordium *Cyropaediae*. Verborum etiam nexus, quamquam ibi pro argumenti copia fusius omnia exponuntur, idem in utroque loco apparet. Hîc, „ Ἐπεὶ δὲ τῶν Ἀθήνησι προεστηκότων ἐλέ-„ γοντό τινες κ. τ. λ. — ἐκ τούτου ἐπεχείρη-„ σα σκοπεῖν.” Ibi §. 3. „ Ἐπειδὴ δὲ ἐνε-„ νοήσαμεν ὅτι Κῦρος ἐγένετο Πέρσης, — ἐκ „ τούτου δὴ ἠναγκαζόμεθα μετανοεῖν κ. τ. λ.” et universe constructio illa: ἐπεὶ — ἐκ τούτου *postquam — tum demum, tum vero* (cum emphasi quadam) Xenophonti familiaris est. Cf. Cyr. II. 3. 2. Anab. V. 2. 1. Ceterum de justitia servanda in tributis exigendis et opibus comparandis cf. Cyr. VIII. 2. 23. et. 8. 6.

Ἐλέγοντό τινες. Hanc lectionem sollicitarunt et Weiskius et Schneiderus, qui ob sequens ἔφασαν legi voluerunt ἔλεγον, ac si non cohaererent illa „ *dicebantur* (ab aliis) — *ipsi dicebant.*” Attamen hac ratione magis etiam labefactari videtur concinnitas Xenophontea, quae duplex illud ἔλεγον — ἔφασαν sine dubio respueret. Quidni h. l. servetur vulgata lectio, et ita constituatur loci structura et sensus: Ἐπεὶ δὲ τῶν — προεστηκότων τινὲς ἐλέγοντο ὡς γιγ-

γνώσ-

(1) Ad rem ipsam illustrandam valent ea quae adfert Demosth. Ol. III. p. 35 et 36. (R)

νώσκουσι μὲν — ἔφασαν δὲ i. e. „ Quum „ vero de quibusdam ex iis, qui reipublica „ praefuerunt, ita traditum sit, eos quid justum „ esset bene nosse quidem, sed dicere solere „ sese propter plebis penuriam cogi " *cet.* Primo quidem tam Xenophonti quam aliis Atticis scriptoribus trita est ea Attractionis species, qua subjectum e posteriore in anteriorem enunciationis partem transfertur (vid. Matth. Gr. gr. §. 295. ib. citt. Buttm. §. 138. I. 6. et Ern. ad Mem. I. 4. 13. ubi locis Xen. addi potest Hier. I. 38.), quodque praecipue in iis fieri solet, quae ceteroquin impersonaliter accipiuntur (vid. Matth. §. 296.). Hoc loco itaque *ἐλέγοντό τινες ὡς γιγνώσκουσι* aperte illud est, quod alia constructione dicitur *ἐλέγετο — ὡς τινες γιγνώσκουσι.* — Deinde illa temporum consecutio, praesentis et aoristi, non offendere debet, si *ἔφασαν* interpretamur *dicere solere;* qui aoristi usus Xenophonti non minus quam ceteris adeo vulgaris est, ut testimoniis ad probandum vix indigeat; vid. Zeun. ad Vig. p. 208. Herm. de Em. Gr. Gr. p. 186. Praeterea etiam particulae *μὲν — δὲ,* indicant, locum ita interpretandum esse: nam si *ἔλεγον — ἔφασαν* legeretur, part: *μὲν* post prius verbum *ἔλεγον* esset ponenda.

Ἐπεχείρησα σκοπεῖν: i. e. „ diligenter considerare atque inquirere conatus sum s. decrevi." Utrumque verbum (quorum hoc eadem significatione bis postea occurrit, mox §. 2, et C. V. §. 12.) eo sensu Xenophonti usitatissimum; et saepius praeterea ita juncta reperiuntur, ut Mem. II. 6. 1. „ *πῶς ἂν ἐπιχειροίημεν*

„ *σκο-*

„ σκοπεῖν et IV. 2. 24. ἢ προσέσχες τε καὶ „ ἐπεχείρησας σαυτὸν ἐπισκοπεῖν, ὅςις εἴης;" διατρέφεσθαι. Eodem sensu utitur activo Mem. III. 6. 13. „ πόσον χρόνον ἱκανὸς ἐςιν ὁ „ ἐκ τῆς χώρας γιγνόμενος σῖτος διατρέφειν τὴν „ πόλιν;" (Vect. IV. 49. est τὴν διατροφὴν τῇ πόλει). Ceterum quod ad rem ipsam attinet, quaeri hic posset num Xenophon h. l. statuerit, Atticam tantum frumenti proferre, quantum satis esset ad incolas ejus alendos; praesertim quum §. 6 seqq. soli fertilitatem ita attollere videatur, ac si etiam hac in parte abundaret, nec alienis opibus indigeret; quod tamen secus fuisse constat. (Plutarch. Sol. c. 22. Thuc. I. 2. Dem. Cor. p. 254. Pac. p. 63. ib. ann. Dounaei. Lept. §. 27. ib. Wolf. cf. item Valck. et Schweigh. ad Herod. IV. 99. Isocr. Areop. c. 32. ib. not. Bergm. luculenter etiam de hac re egit Boeck. I. p. 84 sqq. ubi ad ll. ex Thuc. citata; cf. etiam VIII. 96.) At Xenophon neque hoc loco illud affirmavit, neque alibi, quod cum ex cit. Memorabilium loco, tum ex Hell. VI. 1. 4. perspicuum est: in hoc Cap. enim frumenti abundantiam non solum non memorat, sed et haud obscure annonae sterilitatem significat, quum §. 5. dicit: „ Ἔςι δὲ καὶ γῆ, ἣ σπειρομένη μὲν οὐ φέρει καρπὸν, ὀρυσσομένη δὲ „ πολλαπλασίους τρέφει ἢ εἰ σῖτον ἔφερε." (1) Omnino itaque dicendum est h. l. illam Atticae laudem et generalem esse, et magis ad coeli temperiem terraeque situm, quam ad soli feracita-

(1) Terra variorum fructuum ferax a Xen. describitur Anab. VI. 4. 6. cf. VI. 6. 1.

tatem esse referendam (cf. C. 2. initio); quae enim in hoc Cap. dicuntur, Prooemio tantum inserviunt iis, quae Auctor deinceps fusius exponere in animo habet; scil. de mercaturae commodis atque opportunitate, et de argentifodinis.

§. 2.

ὑπόπτους. Haec utique pertinent ad ea tempora quibus huncce Libellum scriptum esse statuimus: cf. Isocr. de Pac. c. 7. 9. 37 en 40.

ὅπως δὲ γνωσθῇ ὅτι ἀληθὲς τοῦτο λέγω. Variis locis haec dictio repetita est; operae pretium est (siquidem ad comparationem etiam in verborum delectu res redit) quosdam apponere. Cyr. I. 6. 22. Καθ' ἓν δὲ ἕκαςον περὶ τούτων σκοπῶν, γνώσῃ ὅτι ἐγὼ ἀληθῆ λέγω. Hell. III. 5. 11. ὡς δὲ ἀληθῆ λέγομεν, ἐὰν ἀναλογίσησθε, αὐτίκα γνώσεσθε: similiter et Cyr. VIII. 3. 42. et Hell. II. 3. 44.

πρῶτον διηγήσομαι. Ita πρῶτον apud Xen. saepius absolute (multis aliis locis sequente εἶτα, ἔπειτα, δεύτερον,) ubi aliquid narrare s. describere instituit. Satis sit hujus generis unum locum contulisse de Re Equestr. I. 1. πρῶτον δὲ γράψομεν ὡς ἂν τις ἥκιςα ἐξαπατῷτο ἐν ἱππωνείᾳ: sequitur ibi §. 2. rursus illud πρῶτον, ut in hoc Lib. C. 2. §. 1. et C. 3. §. 1. — Deinde iisdem in locis frequentissimum illud διηγήσομαι, et in narratione longiore νῦν αὖ διηγήσομαι, νῦν τοῦτο διηγήσομαι. (quod fere est Herodoteae simplicitatis) ut h. L. C. IV. §. 13. cf. Cyr. VIII. 2. 7. VIII. 18. 8. Agef. I. 6.

Lip-

Hipparch. I. 17. quo sensu et ceteroquin saepius ἐρῶ, λέξω, δηλώσω, γράψω, διδάξω, λέγειν, sc. δηλοῦν πειράσομαι, cet. cf. ann. ad C. 3. §. 1.

§. 3.

καὶ αὐτὰ τὰ γιγνόμενα μαρτυρεῖ. (cf. C. I. §. 26.) ita et Hier. IX. 3. ὡς δὲ ταῦτα καλῶς ἔχει, μαρτυρεῖ τὰ γιγνόμενα, cf. Symp. VIII. 30.

τὰς ὥρας — πρᾳοτάτας εἶναι et mox ἐν ταῖς ὥραις ἀγαθά. Haec verba rursus indicare videntur Auctorem magis ad coeli temperiem quam ad terrae fertilitatem respicere; ceterum eodem fere sensu adjectivo ὡραῖος utitur. Oec. XV. 1. τὰ ἐκ τῆς γῆς ὡραῖα. cf. Symp. VIII. 25.

θάλαττα παμφορωτάτη. Ita nusquam quidem Xeno de mari: at h. l. eleganti breviloquentia idem dicere videtur, quod alibi hisce verbis significat; θάλαττα δὲ προσκλύζει καθ' ἣν πλείω ἔρχεται, ἢ ὅσα τις ἑώρακεν ἀγαθά. Cyr. VI. 2. 22. (aliter tamen Schneiderus interpretari videtur.)

πρωϊαίτατα — ὀψιαίτατα. Haec similiter sibi opposita inveniuntur Cyr. VIII. 8. 9. Hell. IV. 5. 18.

§. 4.

ἐξ οὗ κάλλιστοι μὲν ναοὶ κ. τ. λ. Eadem constructio in simili re conferri hic meretur ex Hipparch. II. 1. „ ἐξ ἧς κάλλιστα μὲν θεοῖς πομ- „ πὰς πέμψουσι, κάλλιστα δὲ ἱππάσονται, ἄρι- „ στα

„ ϛα δὲ μαχοῦνται, ἢν δέῃ, ῥᾷϛα δὲ καὶ ἀπραγμονέστατα ὁδοὺς πορεύσονται κ. τ. λ.
„ ραντότατα ὁδοὺς πορεύσονται κ. τ. λ.

§. 5.

„ θείᾳ μοίρᾳ." Ita ſaepius Xenophon ſi de beneficio Divino loquitur. Vid. Hell. VII. 5. 10. Memor. II. 3 18. at Hell. VII. 1. 2. dicit θείᾳ φύσει τε καὶ τύχῃ, quia ibi opponitur τῇ ἀνθρωπίνῃ.

„ πολλῶν γοῦν πόλεων παροικουσῶν." i. e. „ quae vicinae ſunt, quae proxime Athenas ſitae „ ſunt." Hoc ſenſu ſaepius utitur verbo οἰκεῖν (cf. Lex. Xen. h. v. N°. 4.), ubi fere admittenda est ſignificatio pasſiva; vid. v. c. Mem. I. 2. 64. (quo loco ex Leunclavii ſententia omnino legendum arbitror: „ ἢ πόλεις τε καὶ οἶκοι εὖ οἰκοῦσι non οἴκους);" ſimiliter et Cyr. VIII. 1. 2. ποῖαι δὲ πόλεις νομίμως ἂν οἰκήσειαν· ubi perperam nonnulli οἰκηθείησαν legi volunt, vid. Schn. ad h. l. Magis etiam cum hoc nostro loco congruit Hell. IV. 1. 26. „ Καὶ τὰς ὑπὸ τῇ Θράκῃ οἰκούσας πόλεις Ἑλληνίδας," et VII. 1. 3. πλεῖϛαι γὰρ πόλεις τῶν δεομένων θαλάττης περὶ τὴν ἡμετέραν πόλιν οἰκοῦσι. Cf. IV. 8. 5. VII. 5. 5. et Mor. in Ind. Hell.

§. 7.

„ ἀμφιθάλασσος γάρ ἐϛι." Commoda urbis Athenarum ad mercaturae opportunitatem a Xenophonte in primis ex eo repetuntur, quod esſet ἀμφιθάλασσος bimaris (v. Muret. Var. Lect. 1. 7.);

7.); atque ita simul iis frueretur emolumentis quibus insula et terra continens. Prout hoc loco ex hujus Libelli consilio mercaturae rationem habet, ita ad eandem illam situs opportunitatem, rei militaris ratione habita, alludit in Hipparch. V. 12. „ Οἷς δὲ θάλαττα πρόσεστιν, ἀπατητι- „ κὸν καὶ τὸ πλοῖα παρασκευαζόμενον πεζῇ „ τι πρᾶξαι, καὶ τὸ πεζῇ προσποιούμενον ἐπι- „ βουλεύειν, κατὰ θάλατταν ἐπιχειρῆσαι." Quibuscum tamen non conveniunt ea, quae in Libello de Rep. Ath. II. 14. leguntur (ut suo loco videbimus): Ad eam rem conferri merentur ea quae de Athenarum situ et commodis inde ad rem maritimam repetendis exponuntur in oratione Proclis Phliasii, Hell. VII. 1. 2.

„ Ἐμπόρια." Xenophontis consuetudo h. l. *mercium* significatione postulat ἐμπορίας, ut mox C. 3. §. 2. vid, Schn. ad h. l.

Cap. II. §. 2.

„ Εἰ ἀφέλοιμεν μὲν — ἀφέλοιμεν δέ." Haec anaphorae species, quae et Cap. 3. §. 7 in πόλλα et §. 12. in καλὸν occurrit, Xenophonti frequentissima et pene propria est; perperam vero a Weiskio quibusdam locis (prout item hoc loco. V de Ing. Xen. p 65.) reprehendi videtur. Exempla, in quibus hoc modo verbum repetitur, sunt: Anab. VII. 7. 42. in πλουτεῖ. De Re Eq VI. 5. in ἔξεστι. Hell. II. 3. 23. in εἶλκον. Hell VII. 5. 22. in ἔλυσε et mox Vect IV. 43. in ἔστι.

„ *ἀτιμίας δοκεῖ — παρέχειν.*" Non video cur h. l. *ἀτιμίαν* legendum fit, aut cum Weiskio *τι* addendum: *παρέχειν* hoc loco *communicandi* notionem habet, cujus generis verba, ut satis notum est, cum genitivo junguntur, ut mox §. 5. *μεταδιδόναι*, *ἀπονέμειν* similiaque; vid. Matth. Gr. Gr. §. 360. Neque etiam in hoc genitivi usu, qui ex ellipsi pronominis *τὶς* ortus est, angustos sibi terminos scripsit Xenophon, nec etiam reliqui Attici, qui ipso hoc casu, post verba *διδόναι*, *λαμβάνειν* aliaque, saepe usi sunt. Exemplum e Xen. est Hier. IV. 9. *τὸ δὲ τούτων συντέμνειν* scil. *τι*: cf. Agef. I. 22. ib. Bach. Anab. I. 5. 7. cf. et Vig. C. 3. S. 1. §. 4. ib. Hogev. Krüger, de Auth. et Integr. Anab. p. 47. Atque h. l. in primis sententiam ita esse accipiendam docet res ipsa; nam, (ut jam Schneid. annotavit,) *inquilinus* non proprie *infamia notabatur*, sed tantum *minus erat honoratus* quam civis; vid. Valck. ad Amm. II. 7. — Auctor itaque non dicere voluit, „ *quae* „ *inquilinis infamiam* (*ἀτιμίαν*) *inurere s. ir-* „ *rogare videntur*," sed potius *infamiae speciem*, *infamiam quandam*.

„ *τεχνῶν.*" Veram hanc esse hujus loci lectionem recte statuere videtur Schneiderus; intelliguntur enim *ipsa opificia*, quae victus et lucri causa in Atheniensium civitate plerumque exercebant inquilini. Cf. Cyr. VI. 2. 37. Mem. III. 10. 1. (1). Et revera Xenophontem de opificiis et operariis in civitate servandis ita sensisse patet ex Cyr. VII. 2. 13. ubi Croesum, de Sardi-

(1) v. Wolf, Prol. ad Dem. Lept. p. 68.

dibus non diripiendis, ita loquentem inducit: „Ἢν δὲ διαρπάσῃς, καὶ αἱ τέχναι σοι, ἃς „πηγάς φασι τῶν καλῶν εἶναι, διεφθαρμέναι „ἔσονται." Et quum in Cyr. VIII. 2. 5. magnarum urbium commoda, ad opificia melius exercenda, prae minoribus laudat, non dubitandum, quin Xenophon magnam partem ad Athenarum exemplum illa adumbraverit: (cum quo loco cf. Cyr. II. 1. 21.)

§. 4.

„ἀφεθῆναι i. e. *liberari*, *immunes reddi*." Saepius ita Noster; v. Cyr. V. 5. 20. σὲ μὲν αὐτὸν ἀφῆκα τούτου τοῦ κινδύνου, (ubi recte Schneid. οὐκ et μετέχειν sustulisse videtur) cf. Hell. V. 2. 3.

§. 5.

„Καὶ μεταδιδόντες — ἀποδεικνύναι." Quamquam Equitum classis magnopere labefactata erat plebejis illis furoribus tempore belli Peloponnesii, (vid. Mitfort Hist. Gr. Vol. V. p. 77. vers. germ.) non tamen dubitandum est, quin Xenophontis aevo, et tempore scripti hujus Libelli, ex honestioribus et ditioribus civibus constiterit. v. Xen. de Re Eq. II. 1. Hipparch. I. 9. sqq. Sed et in inquilinorum numero non minus erant ditissimae et honestissimae familiae, (vid. Wolf Prol. ad Lept. p. 98.); atque haec sine dubio causa est cur Xenophon eos majore cura dignos censeat. Et quidem quod ad consilium

illud attinet de inquilinis in equitatum recipiendis, luculentus est locus Hipparch. IX. 3 sqq. qui ob similitudinem h. l. conferri meretur. Ibi autem, quum primarium ei sit consilium de equitatu augendo agere, (dum hoc nostro loco de *inquilinis* tantum deque eorum tributo agitur), primo de *peregrinis* (*ξένοις*): „ *Φημὶ δ' ἐγὼ,* „ *σὺν τοῖς θεοῖς καὶ τὸ πᾶν ἱππικὸν ὧδ' ἂν πολὺ* „ *θᾶσσον ἐκπληρωθῆναι εἰς τοὺς χιλίους ἱππέας* „ *καὶ πολὺ ῥᾷον τοῖς πολίταις, εἰ διακοσίους* „ *ἱππεῖς ξένους καταςήσαιντο· δοκοῦσι γὰρ* „ *ἄν μοι οὗτοι προςγενομένοι καὶ εὐπιςότερον* „ *ἂν πᾶν τὸ ἱππικὸν ποιῆσαι, καὶ φιλοτιμότε-* „ *ρον πρὸς ἀλλήλους περὶ ἀνδραγαθίας.*" Deinde de *inquilinis* in eandem sententiam. §. 6. „ *Νομίζω δὲ, καὶ μετοίκων φιλοτιμεῖσθαι. ἄν* „ *τινας εἰς ἱππικὴν καθιςαμένους· ὁρῶ γὰρ καὶ* „ *τῶν ἄλλων, ὁπόσων ἂν καλῶν ὄντων μετα-* „ *διδῶσιν αὐτοῖς οἱ πολῖται, φιλοτίμως ἐνίους* „ *ἐθέλοντας τὸ προςταχθὲν διαπράττεσθαι.*" Atque ex hoc ipso loco Hipparchici explicandum equidem arbitror locum nostrum, ubi Weiske perperam *τῶν ἄλλων* ita interpretatur ac si *inter ceteras res* Xenophon tantum spectaret *τὸ ἱππικὸν*; cui rationi obloquuntur ipsa verba Hipparchici, e quibus manifestum est cives *et alia*, quae honesta essent, inquilinis impertivisse. Itaque Auctor noster sine dubio illud sibi voluit, quod Latine diceremus, *ut aliarum rerum, ita et equestris ordinis;* et quamquam verba *ἰσχυροτέραν* et *μείζω* praecipue ad postremum illud *τοῦ ἱππικοῦ* referri possunt, nullam video caussam, cur non universam illam liberalitatem erga in-

inquilinos, in quibuslibet aliis rebus, maximi momenti esse diceremus cum ad opes tum ad magnitudinem civitatis; quae ex Xenophontis sententia, propositis privilegiis, et incolis et tributis augebitur.

§. 7.

„ Ἐι — τιμή τις ἐπείη." Verbum ἔπειναι Xenophonti usitatum de honore aut dedecore quod cum aliqua re conjunctum sit, v. Cyr. VI. 2. 33. ἔπεςι γάρ τις αἰσχύνη. — Ceterum ipsa res de honoris praemio tribuendo, quo magis cives ad munera obeunda alacres reddantur, non parum Xenophontis ingenium prodit; cujus rei quum crebra exempla adferri possint, ea, ne bis idem agere videamur, h. l. praetermittemus. Vid. ann. *ad* C. 3. §. 3.

Cap. III. §. 1.

„ ἡδίςη τε καὶ κερδαλεωτάτη." In commodis alicujus rei memorandis Xen. prout hic, *utile* simul et *jucundum* conjungere solet. Mem. III. 8. 8. de domo exstruenda. „ τοῦτο δεῖ μηχανᾶσθαι, ὅπως ἡδίςη τε ἐνδιαιτᾶσθαι, καὶ χρησιμωτάτη ἔςαι. et Oec. XV. 9. de arte excercenda, τὸ γὰρ ὠφελιμωτάτην οὖσαν, καὶ ἡδίςην ἐργάζεσθαι, — πῶς οὐχὶ γενναῖόν ἐςι; —

„ νῦν ταῦτα λέξω." Pertinet hoc ad eamdicendi formulam Xenophonteam, de qua supra C. I. §. 2. cf. ad h. l. similis dictio Mem. IV. 5. 1.

5. 1. Hipparch. III. 1. Hell. V. 4. 1. et cf. Hipp. II. 1. et I. 9. Symp. VIII. 16.

§. 3.

„ Εἰ δὲ καὶ — ἆθλα προτιθείη τις." Si quid esset ex hoc Libello adferendum, quod ipsius consilii ratione Xenophontis mentem atque indolem proderet, hic foret locus de honoris praemiis et de certaminibus ad studium et aemulationem (φιλοτιμίαν καὶ φιλονεικίαν) excitandam; cujusmodi quid supra jam C. 2. §. 7. vidimus in τιμή τις ἐπείη. Ita in elegantissimo illo Simonidis sermone ad Hieronem (Hier. IX. 4.) inter eas res quibus tyrannus utatur ad subditorum suorum studium, tam in rebus civilibus quam bellicis, tam in agricultura obeunda quam in mercatura exercenda, excitandum, praecipuo loco censentur illa *certaminis praemia* (ἆθλα); qui locus omnino dignus est, ut ad finem capitis usque conferatur, quemque, nisi longior esset, totum apponere non dubitarem. Similiter in illo loco Cyropaediae (I, 6. 18.), ubi Cyrus cum Cambyse patre sermonem instituit de officio Imperatoris, (qui locus certe in iis est habendus, qui maxime Xenophontem Socraticum produnt) ad rerum bellicarum studium aptissimi censentur ἀγῶνες et ἆθλα. „ Ἀλλὰ „ μέντοι τό γε μελετᾶσθαι, ἔφη, ἕκαστα τῶν „ πολεμικῶν ἔργων, ἀγῶνας ἄν τινάς μοι δοκεῖ, „ ὦ πάτερ, προειπὼν ἑκάστοις, καὶ ἆθλα „ προτιθεὶς, μάλιστ' ἂν ποιεῖν εὖ ἀσκεῖσθαι „ ἕκαστα, ὥστε, ὁπότε δέοιτο, ἔχειν ἂν παρεσκευασμένοις χρῆσθαι." Ad haec conferantur

tur praeterea Cyr. II. 1. 20 sqq. Hipp. I. 26. Hell. III. 4. 16. (Agef. I. 26.) Cujus loci, quum eadem fere fit verborum structura, ipsa verba apponamus: „ ἀσκῆσαι δ' αὐτὸ βουλό-„ μενος, ἆθλα προὔθηκε ταῖς τε ὁπλιτικαῖς „ τάξεσιν, ἥτις ἄριςα σωμάτων ἔχοι, καὶ „ ταῖς ἱππικαῖς, ἥτις κράτιςα ἱππεύοι." et Hell. IV. 2. 5. „ αὐτὸς δὲ — ἆθλα προὔθηκε „ ταῖς πόλεσιν, ἥτις ἄριςον ςράτευμα πέμποι, „ καὶ — τοῖς λοχαγοῖς, ὅςις ἐνοπλότατον λό-„ χον ἔχων συςρατεύοιτο."

§. 4.

„ ἀγαθὸν δὲ καὶ καλόν." Ita et mox §. 12 et 14. et Hipp. I. 15. 20. III. 10 et 11. IV. 15.

„ προεδρίαις τιμᾶσθαι ἐμπόρους." Quod attinet ad honorem quo Xenophon mercatores afficiendos esse censet, quo majores reditus civibus non molestos e mercatura civitas capiat, in primis conferendus est locus Hieron. IX. 9. „ Εἰ δὲ καὶ „ ἐμπορία ὠφελεῖ τι πόλιν, τιμώμενος ἂν ὁ „ πλεῖςα τοῦτο ποιῶν καὶ ἐμπόρους ἂν πλείους „ ἀγείροι. Ἐι δὲ φανερὸν γένοιτο, ὅτι καὶ ὁ „ πρόσοδόν τινα ἄλυπον ἐξευρίσκων τῇ πόλει τι-„ μήσεται, οὐδ' αὕτη ἂν ἡ σκέψις ἀργοῖτο. „ Ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, εἰ καὶ κατὰ πάντων ἐμ-„ φανὲς εἴη, ὅτι ὁ ἀγαθόν τι εἰσηγούμενος οὐκ „ ἀτίμητος ἔςαι, πολλοὺς ἂν καὶ τοῦτο ἐξορ-„ μήσειεν ἔργον ποιεῖσθαι τὸ σκοπεῖν τι ἀγα-„ θόν. Καὶ ὅταν γε πολλοῖς περὶ τῶν ὠφελί-„ μων μέλῃ, ἀνάγκη, εὑρίσκεσθαί τε μᾶλλον „ καὶ ἐπιτελεῖσθαι." Inter ceteras ingenii Xenophontei notas quas Libellus *de Vectigalibus*

pro-

prodit, locus hic de mercaturae studio excitando sententiam ejus de hac parte prudentiae civilis egregie confirmat. Quod autem attinet ad illud honoris genus, quod significat verbis προεδρίαις τιμᾶσθαι, i. e. *sedibus honoratioribus in Senatu, in concione, in theatro*, iis adsignandis, qui bene de republica meruerant (1), ipse Xenophon, expresse quidem hujus privilegii nullo alio loco mentionem facit, attamen haud obscure quid de eo senserit, quantumque ei tribuerit ostendit in Cyrop. VIII. 1. 39. eo loco, ubi rationem exponit qua Cyrus uti solebat ad amicos sibi devinciendos, eosque praemiis aliisque muneribus ad honesta quaevis obeunda alacres reddendos: „Πρὸς δὲ τούτῳ, καὶ τῶν ἄλλων „οὕστινας μάλιστα ὁρῴη τὰ καλὰ διώκοντας, „τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ „πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν· ὥστε πολλὴν πᾶσι „φιλοτιμίαν ἐνέβαλλεν, ὅπως ἕκαστος ὅτι ἄρι„στος φανήσοιτο Κύρῳ." Cf. Cyr. VIII. 4. 5. et VIII. 6, 11 et 14. ubi satrapis eandem morum disciplinam commendat, quam ipse instituerat. Cf. item Oec. IV. 8.

„ἐπὶ ξενίᾳ — καλεῖσθαι." Res notissima, quum hospites insigni quodam honore afficere vellent. (Poll. VIII. 138. Kust ad Aristoph. Acharn. vs. 127.); scriptura incerta; vid. Periz. ad Ael. III. 37. 9.; ipsa dictio apud Xen. frequenter usitata. v. An. VII. 6. 3. VI. 1. 3. Hell. VI. 4. 20. ib. Schneid.

„ταῦτα γὰρ τιμώμενοι." Schneiderus hunc lo-

(1) Schol. ad Aristoph. Eq. vs. 571, et ex eo Suid. in v. cf. Petit. LL. Att. p. 374.

locum vitio laborare censet et corrigit τούτοις — τιμωμένους. Equidem probabilem hujus emendationis rationem non video. Etenim activa notio, quae verbo ἐπισπεύδειν tribuenda est Hell. V. 1. 32. sed de qua altero illo loco Symp. VII. 4. dubitari posse videtur, non probat eam in libris Xenophonteis esse perpetuam. Praeterea hoc sensu ante ἐπισπεύδοιεν ἂν intelligendum esset οἱ Ἀθηναῖοι, s. οἱ πολῖται; cujus dictionis ratio minime omnium huic loco convenit. (Cf. Comment. C. 2. §. 4.) Rectius igitur, servata lectione vulgata ἐπισπεύδοιεν ἂν, interpretabimur: *majore studio sese ad cives; tamquam ad amicos applicarent*, ita ut τιμώμενοι sint ἔμποροι καὶ ναύκληροι. Deinceps, quum τούτοις pro ταῦτα reponi vult Schneiderus, sine dubio pronomen illud referendum censet ad munera illa (προεδρίαι-ξένιαι), quibus Auctor noster mercatores honoris caussa ornandos esse arbitratur, (prout alibi Xen. v. c. Hell. VI. 1. 4. Cyr. VIII. 4. 2.). At hoc nequaquam sibi voluisse videtur, nec in animo habere potuit, munera illa quibus *cohonestari* (τιμᾶσθαι) vult mercatores, ad solas illas προεδρίας et ξενίαν restringere. Respicit potius ad honores universe, quibus quovis modo afficiantur; et ταῦτα referendum ad ea quae modo praecedunt: „ οἳ ἂν δοκῶσιν ἀξιολόγοις καὶ πλοίοις καὶ ἐμπορεύμασιν ὠφελεῖν τὴν πόλιν." ut sit: „ *in his rebus* s. *ad has res*; honoribus et muneribus inciraii" *cet*. Et hoc sensu Xen. ex constanti Atticorum consuetudine ταῦτα i. e. κατὰ ταῦτα scribere debuit, neo aliter fere scribere potuit. Notissimus vel tironibus est hic accusativi usus ante adjectiva,

ver-

verba, et participia, ut ταῦτα σόφοι, ταῦτα ὅμοιος *cet.* ita et τοῦτο κεχαρισμένος Hell. IV. 8. 9. et quod ad verbum τιμᾷν attinet, vid. Cyr. VII. 3. 12. καὶ τἄλλα τιμήσω i. e. „ *in* „ *ceteris rebus* f. *ceteroquin* tibi honorem ha- „ bebo:" et Anab. I. 3. 3. τά τε ἄλλα ἐτίμησε, eadem fere sententia.

§. 5.

„ καὶ ἐπάγοιτο — καὶ τελεσφορόιη." Quandoquidem etiam in minutis rebus subsistendum est, notandum h. l. repetitionem illam part. καὶ apud Xen. frequenter usurpari, sive bina vocabula cognatae significationis identidem junguntur, ut h. l. cf. Cyr. VII. 5. 80. An. V. 1. 2. sive eodem modo contraria sibi opponuntur, ut Mem. III. 10. 1 et 5. sive simpliciter et promiscue juncta sunt, ut Cyr. VII. 1. 24. VIII. 8. 20. Mem. II. 1. 1.

§. 6.

„ ἀφορμῆς." Fortasse haud plane absurdum erit observasse, hanc vocem ab omnibus Grammaticis mere Atticam esse dictam, quo sensu alii, pro vario sensu, dixerunt, προβολὴ, πρόχρεια, ἐνθήκη. Vid. Harp. in v. et Vales. ad Maus. p. 258. (Gron.) Hesych. et Suid. in v. Lex. Seg. p. 472. Schol. ad Eur. Med. vs. 342. neque etiam Xen. ubi de hac re loquitur, alia voce utitur. Cf. Bergm. ad Isocr. Areop. C. 12. et ibi etiam Coray.

§. 8.

§. 8.

„καὶ ταύτας γενομένας." Mihi haec etiam, ob rationes a Schneidero allatas, frigere videntur, praesertim quum in nullum locum Xenophonteum inciderim ubi γίγνεσθαι hac notione legitur, pro vulgari κατασκευάζεσθαι. Concinnitatis igitur ratione habita, ita scribendum foret: πολλάκις κατασκευαζομένας σὺν πολλῇ δαπάνῃ, καὶ ταύτας ἐκπεμπομένας; quae tamen a textu recepto nimis abhorrent, quam ut conjecturae loco proponi queant. Neque etiam Jacobsii emendatio (a Schn. allata) placet, pro καὶ ταύτας γενομένας, legentis κατασκευῆς τε γενομένας: *apparatus bellicus* enim (quae notio h. l. usu veniret) nusquam apud Xenophontem est κατασκευὴ sed παρασκευή. v. Hell. III. 4. 11. V. 2. 23, Mem. III. 3. 14. Schn. ad Cyr. V. 5. 2, cf. Lex. Xen. in vs. Levissima potius medela ita corrigatur: Ἐπίσαμαι δὲ καὶ τριήρεις πολλάκις ἐκπεμπομένας, σὺν πολλῇ δαπάνῃ κατεσκευασμένας, τούτου μὲν κ. τ. λ. De verbo κατασκευάζειν, hoc sensu, cf. Hell. III. 4. 1.

§. 10.

„ὃ δοκεῖ τῶν ἀνθρωπίνων — πολυχρονιώτατον εἶναι." Cf. Mem I. 4. 16. „οὐχ ὁρᾷς, ὅτι τὰ πολυχρονιώτατα καὶ σοφώτατα τῶν ἀνθρωπίνων, πόλεις καὶ ἔθνη, θεοσεβέσατά ἐσιν κ. τ. λ.

§. 12.

§. 12.

„ ἐπὶ προσήκοντας τόπους " Difficultate aliqua laborare hunc locum, equidem non video: quidni enim Graece diceretur οἰκοδομεῖν καταγώγια ἐπὶ τόπους, quod Schneiderus negat? Praeterquam enim quod saepius observatum est apud Atticos praepos. ἐπὶ subinde et cum Accus. *de loco ubi quid fit*, dici (vid. Abresch Dil. Thucid. IV. 28. p 397.), ne ad hanc quidem notionem h. l. opus est illam praepositionem detorquere; sed idem fere significat ac praecedens περὶ, *ad*, *apud*, *circa*; cujus significationis crebra exempla citata sunt in Lex. Xen. v. ἐπὶ n°. 6 et 7. Omnia igitur bene sese habent, si ita vertimus: „ Peropportunum etiam foret, mer„ catoribus, praesertim iis qui peregre adve„ niunt, prope loca quae mercatui habendo ap„ ta sunt, publica deversoria exstruere " Operae pretium etiam est animadvertere illud καὶ — δὲ, Xen. in primis usitatum, notatque *praesertim*, *praeterea*, *imo*, *attamen etiam*. Vid. Viger. p. 545. ib. Hogev. et Herm. p. 847.

§. 13.

„ ἅμα τ' ἂν κόσμος εἴη. " Praeterquam quod huc etiam referri possunt quae annotavimus ad §. 1. hujus Capitis, conferatur similis verborum structura, de Re Eq. XII. 2. „ Τοῦτο „ γὰρ ἅμα κόσμον τε παρέξει, καὶ ἦν, οἷον δεῖ, εἰργασμένον ᾖ κ. τ. λ." — et saepius ut h. l. simili fere dictione, ejusmodi commoda juncta memorat; ut ad sequentia πολλαὶ πρόσοδοι γίγνοιν-

νοιντο. Hier. IX. 8. „ *καὶ γὰρ αἱ πρόσοδοι αὐ-*
„ *ξοιντ' ἂν, καὶ ἡ σωφροσύνη πολὺ μᾶλλον σὺν*
„ *τῇ ἀσχολίᾳ συμπαρομαρτοῖ.*"

Cap. IV. §. 1.

„ *βούλομαι δὲ καὶ τοῖς μὴ εἰδόσι κ. τ. λ.* Non solum illud *δηλῶσαι βούλομαι*, in narrationis ingressu Xen. usitatissimum est (cf. supra ad C. 1. §. 2.) sed et alterum *τοῖς μὴ εἰδόσι*. Vid. Cyr. VIII. 1. 2. „ Ὃ *δέ μοι* „ *δοκεῖ ἐνδεέστερον, ἢ ὡς ἐχρῆν, δηλῶσαι, τοῦ-* „ *το ἐγὼ πειράσομαι τοὺς μὴ εἰδότας διδάξαι:*" et sic fere de Re Eq. I. 1. „ *Βουλόμεθα καὶ τοῖς* „ *νεωτέροις τῶν φίλων δηλῶσαι, ᾗ ἂν νομίζομεν* „ *κ. τ. λ.* cf. VI. 1. Cyr. 1. 5. 7. Alio verbo „ eodem sensu utitur, de Re Eq. X. 10. *Εἰ δέ* „ *τις ἀγνοεῖ, — γράψομεν καὶ τοῦτο.*"

§. 2.

„ (*πάνυ*) *παλαιὰ ἐνεργά ἐστι.*" Neque hoc loco satis idoneam video causam, quare pro *ἐνεργά* reponamus *τὰ ἔργα*, quod Schn. praefert: imo illud *πάνυ*, ex uno Cod. adjectum, non placet. A consuetudine sermonis Xenophontei non abhorret interpretatio, qua *παλαιὰ* accipitur pro eo quod alibi est, *ἐκ παλαιοῦ* nisi fortasse melius est reponere *πάλαι*, prout modo sequitur, et loci sententiam ita deinceps constituere: *οὕτω δὲ, πάλαι ὀρυσσομένης τε καὶ ἐκφορουμένης τῆς ἀργυρίτιδος, κατανοήσατε κ. τ. λ. Atqui, cum haec ita sint, et jam inde ab antiquissimis temporibus terra argentosa effossa et*

et egesta sit, animadvertite cet. Frequentissime sane οὕτω δὲ, et οὕτω δὴ hanc habet notionem; vid. Herm. ad Vig. p. 793 et verbis πάλαι ὀρυσσομένης κ. τ. λ. ita per periphrasin repetitur id quod praecedit: πάλαι ἐνεργά.

§. 3.

„ἔργου ἠπόρησεν." Ita et Cyr. IV. 5. 7. ὥστε μὴ ἀπορεῖν ἔργου τοὺς ἐγρηγορότας.

§. 4.

„οἶμαι." Absolute ita interpositum Nostro frequentissimum vid. ll. citt. in Lex. Xen. h. v. litt. *a*.

„ὥστε ἐν μόνῳ τούτῳ, ὧν ἐγὼ οἶδα ἔργων." Si ex consuetudine orationis Xenophonteae de hocce loco judicandum est, recte eum, post Leunclavium, Msstorum fide constituisse videtur Schneiderus; longius vero aberrarunt Zeunius et Weiskius. Et primo quidem nihil magis Atticum, quam hic pronominis relativi usus, ὧν ἐγὼ οἶδα ἔργων, pro eo quod ex vulgari sermonis usu foret, (πάντων) τῶν ἔργων ἃ ἐγὼ οἶδα; ad quod probandum nemo, arbitror, exempla neque ex Xenophonte neque ex alio quoquam scriptore Attico desiderabit. (Ad hunc locum conferre possumus Mem. IV. 7. 1.) Contra Z. et W. ratio, quae ex vitiosa lectione ᾧ ἐγὼ οἶδα fluxisse videtur, illud ἔργων perperam conjungit cum φθονεῖ, quod non solum elegantiae, sed et idoneae verborum structurae repugnare videtur; hoc sensu enim scripsisset:

οὐδε

οὐδὲ τῶν ἔργων φθονεῖ οὐδεὶς τοῖς ἐπισκευαζομένοις, ubi intelligendum ἕνεκα (vid. Matth. Gr. Gr. §. 345.). — Non tamen adſentior Schneidero, quum ἐπισκευαζομένοις paſſive interpretatur, intellecto ἔργοις; hic enim dativus rei (quamvis ceteroquin post φθονεῖν non inſuetus) huic loco minus convenire videtur, cum, quia durum et pene jejunum est φθονεῖν τοῖς ἔργοις; tum ob praecedentia ἐν μόνῳ τούτῳ, quae verba fere indicant in ſequente participio ἐπισκευαζομένοις aliud quid esſe intelligendum: ſc. *ipſos illos qui argentifodinas inſtaurant; qui novis additis operariis, eas ſibi et civitati meliores et fructuoſiores reddunt*. Hanc enim notionem verbo ἐπισκευάζειν et ἐπισκευάζεσθαι optime convenire ostenderunt Grammatici; vid. Lex. Xen. in v. et Bud. Comm. L. Gr. p. m. 579. quo ſenſu etiam infra §. 22. hujus Cap. dicit πολλοὶ τῶν κατεσκευασμένων. Atque ita elegantisſime h. l. φθονεῖν, *invidere*, *per invidiam obtrectare*, de eo qui videt aliorum εὐτυχίαν ſibi esſe detrimento, cui invidiae hac in parte nullum locum esſe posſe Auctor noster affirmat. Et ſic eleganter Symp. IV. 43. „ Ἐγώ τε νυνὶ οὐδενὶ φθονῶ, „ ἀλλὰ πᾶσι τοῖς φίλοις καὶ ἐπιδεικνύω τὴν „ ἀφθονίαν, καὶ μεταδίδωμι τῷ βουλομένῳ τοῦ „ ἐν τῇ ἐμῇ ψυχῇ πλούτου."

§. 5.

„ Ἔτι δὲ οἱ μὲν ἀγροὺς κεκτημένοι κ. τ. λ." Ut hoc et ſeq. §. argentifodinarum opus ratione lucri, quod inde redundat, reliquis artibus

et

et opificiis praefert, ita fere Oec. XV. 10. Ischomachum de agricultura disserentem facit, quae ibi etiam, eadem qua hic ratione, cum ad jucunditatem, tum ad utilitatem et rei familiaris emolumentum longe ceteris artibus anteponitur.

„ *ζημίαν λογίζονται.*" (Pro quo alibi etiam ξ. *ἡγοῦνται*, *νομίζονται*) Dictio haec Xenophonti admodum usitata. Vid. Mem. II. 3. 2. II. 4. 3. Ages. XI. 5. Oec. I. 7. atque ita vicissim *τιμὴν νομίζειν sibi honori ducere*, v. c. Cyr. I. 6. 11.

§. 6.

„ *Καὶ γὰρ οὐδ' ὥσπερ κ. τ. λ.*" Zeunius jam h. l. notavit locutionem esse ellipticam s. anacoluthiam, in qua desideratur apodosis incipiens ab *οὕτως*; quae ceteroquin, in longiore enunciatione sequi solet, v. c. Oec. XV. 10. Hier. IV. 6. attamen et hic locus recte sese habet, si modo, ut observasse video Dindorfium, in novissima Xen. editione Lips. 1824, apodosis incipiatur a verbis: „ *ἀργυρίτις δὲ;*" cujus constructionis exemplum est in Cyr. IV. 3. 12. *ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὥσπερ τοῖς ἄλλοις ἀνδράσι, τοῖς μὲν γεωργίαι ἀσχολίαν παρέχουσι, τοῖς δὲ τέχναι, τοῖς δὲ ἄλλα οἰκεῖα· ἡμῖν δὲ στρατεύεσθαι οὐ μόνον σχολὴ, ἀλλὰ καὶ ἀνάγκη.* et rursus §. 13. *Ἀλλὰ μὴν οὐχ ὥσπερ ἄλλα πολλὰ τῶν πολεμικῶν, χαλεπὰ μὲν, χρήσιμα δέ· ἱππικὴ δὲ οὐκ ἐν ὁδῷ μὲν ἡδίων, ἢ αὐτοὺς τοῖν ποδοῖν πορεύεσθαι;* atque ita fere Oec. XX. 14.

§. 10.

§. 10.

„ οὐκ ἀντιλέγω." Ita Mem. I. 2. 17. Ἴσως οὖν εἴποι τις ἂν πρὸς ταῦτα — Ἐγὼ δὲ πρὸς τοῦτο μὲν οὐκ ἀντιλέγω. Cf. Hell. III. 2. 18.

§. 11.

„ Κατασκευαζώμεθα" Κατασκευάζεσθαι h. l. ex Xenophontis consuetudine notat *sese parare*, i. e. operum apparatus facere, argentifodinis instaurandis, operariis in iis collocandis cet. cf. §. 28. Anab. III. 2. 24. ἀλλὰ κατασκευάζεσθαι ὡς αὐτοῦ που οἰκήσοντας. v. Lex. Xen. in V.

§. 13.

„ νῦν διηγήσομαι." Cf. quae supra diximus ad C. I. §. 2. C. III. §. 1. cf. ad h. l. Hipp. I. 9. et 17.

„ ὁρῶμεν — ἀκούομεν." Utrumque item jungit, sed concinnius quodammodo, Anab. III. 1. 27. „ σὺ γε οὐδ' ὁρῶν γιγνώσκεις οὐδ' ἀκούων μέμνησαι."

§. 14.

„ τὸ αἰσθανομένην κ. τ. λ." In horum verborum structura elucet Attica elegantia simul et concinna brevitas, (cujus exempla e Platone citavit Matth. Gr. Gr. §. 276). In ipsa vero consilii dandi ratione summa inest cum modestia tum prudentia (cf. quae diximus ad c. I. §. 1.). Manifestum enim est Athenienses hac

in parte, quod in metallis exercendis nullam publice curam et diligentiam adhiberent, summopere esse reprehendendos; quam reprehensionem, simul ut omnem asperitatem effugiat, sed et ne cives suos a re aggredienda deterreat, prudenter verbis mitigat; ante omnia vero eos monet, se nihil novi dicere, neque esse quod ipsum hujus consilii causa admirentur.

„ οἷς μεμέληκεν." Ex ingenio et oratione Xenophontis haec omnino jungenda videntur cum praecedentibus, ut sit οἷς πάλαι μεμέληκεν, nec referenda ad ἀκηκόαμεν, ut vult Weiskius, qui ita locum exponit: *Illi de nobis qui ista curarunt.* Si enim hoc voluisset Auctor, alia prorsus usus esset verborum structura, ut patet ex §. 25, ubi in simili re dicit μαρτυρήσαιεν ἄν μοι, εἴ τινες εἰσὶ τῶν μεμνημένων; tum etiam non dixisset ἀκηκόαμεν, quo, ex Weiskii interpretatione, in primis se ipsum respiceret: in eo autem parum modeste ageret, ac si ipse illa tantum curaret, ceteri non item; nec etiam modestia sibi constaret, quum modo dixisset, sese non ejusmodi quid dicturum quod ceteri ignorarent, aut quod inventu difficile esset; quippe quod omnes aut etiamnum viderent, aut, quod ad praeterita attinet, pariter audirent: τὰ μὲν γὰρ, ὧν λέξω, — ἀκούομεν. Venit igitur hunc ad ipsa exempla τῶν παροιχομένων, in quibus ἀκηκόαμεν eadem sententia repetitum est ac praecedens ἀκούομεν, ut sit: „ *Quod igitur ad eos attinet, qui antiquitus „ illa exercuerunt, si qui argentifodinis ope- „ ram dederint,"* (quae notio τ. μέλει μοι Xenophonti admodum usitata est) „ *audivimus, Ni-*

ἀκηκόαμεν"

„ *ciam*" *cet.* — Locutio illa elliptica nimis nota est, quam ut fuse de ea exponamus. Zeunius eam ita supplet: „ περὶ ἐκείνων οἷς μεμέ„ ληκεν;" quo pertinet frequentissima illa locutio ὃ δὲ λέγεις; „ *quod attinet ad id quod* „ *dicis:*" cf. An. V. 5. 20 et 22. De re Eq. VIII. 6. Hell. VI. 3. 12. — Ceterum hunc locum ut Xenophontis citat Athenaeus VI. 20.

§. 18.

„ Εἰ δὲ δυνατὰ λέγομεν." Ita fere Hipparch V. 4. ὅπως δὲ μὴ προςτάττειν δοκῶ ἀδύνατα, καὶ γράψω, ὡς ἂν γίγνοιτο τὰ δοκοῦντα αὐτῶν χαλεπώτατα εἶναι: quae sequuntur h. l. καθ' ἓν ἕκαςον σκοπῶν, in disquirendo et adhortando non minus Xenophonti usitata sunt. Vide e. gr. Hier. XI. 1.

§. 22.

„ Εἰ δ' αὖ τις τοῦτ' ἐνθυμεῖται — θαῤῥείτω." Hoc loco, quum vulgaris lectio ne cum Weiskii quidem interpretatione perspicuam praebeat sententiam, recipienda videtur Heindorfii conjecturam, πῶς, ἐπειδὰν, quae Schneideri remedio, οὐ inserentis ante πολλοὶ, omnino praeferenda videtur; in primis, si duos alios locos hujus Libelli, qui eadem fere argumentandi formula et verborum structura continentur, cum nostro loco comparamus, §. 34 et 41. h. Cap. Si enim, prout §. 34, dicere voluisset: *si quis* „ *vero, multis collectis operariis, putat, non*

con-

continuo multos fore qui eos conducant," legeremus: Εἰ δέ τινες οὐχ ἡγοῦνται — πολλοὺς φα- „ νεῖσθαι κ. τ. λ.;" aut si ita: „ *si quis vero* „ *metuat ne non multi sint,*" *cet.*, Graece foret (prout §. 41.) „ Εἰ δέ τινες αὖ φοβοῦν- „ ται — μὴ οὐ πολλοὶ — φανῶσι." Nunc autem post verbum ἐνθυμεῖσθαι *secum reputare*, verisimile est, eum prout *in re incerta*, scripsisse πῶς, quippe qua notione post verbum ἐνθυμεῖσθαι, uti et ἐννοεῖσθαι, semper sequitur pronomen aut particula vel interrogans vel relativa; v. c. πῶς, πότερος, τίς, ὅςις, οἷος *cet.* Ceterum eandem hanc admonendi formulam, qua iis difficultatibus, quae ex metu plerumque, aut errore aut opinionis discrimine oriantur, quasi obviam itur, in libris Xenophonteis saepissime, quamvis varie, repetitam, legimus; vid. An. III. 2. 18. Equestr. VIII. 6. Hipparch. VIII. 5. Hier. IX. 11. Hell. IV. 8. 4. V. 1. 19. VI. 5. 38 et 40. et tandem infra h. Cap. §. 39. et C. V. §. 5.

„ τῷ σώματι ἐργάζεσθαι." Ita Mem. II. 8. 1. τῷ σώματι ἐργαζόμενος τὰ ἐπιτήδεια πορίζεσθαι. Ad verborum structuram aliter quodammodo Cyr. III. 2. 25. οἳ — οὔτ' ἂν ἐπίςαιντο ἐργάζεσθαι, οὔτ' ἂν δύναιντο.

„ γνώμῃ ἐπιμελούμενοι." Haec etiam junguntur Oec. IV. 2. καταλυμαίνονται γὰρ τὰ σώματα τῶν τε ἐργαζομένων, καὶ τῶν ἐπιμελουμένων. Et saepius apud Xen. ἐπιμελεῖσθαι et ἐπιμέλεια de diligenti cura s. administratione dictum opponitur ipsi labori, ut Oec. V. 4. τοὺς αὐτουργοὺς — τοὺς τῇ ἐπιμελείᾳ γεωργοῦντας, et Cyr. I. 6. 5. opponuntur ἐργαζομέ-

νους

νους — ἀργοῦντας, ἐπιμελουμένους — ἀφυλακτοῦντας.

§. 32.

„ οἷόν τε δή." Si lectio haec sana est (de quo vehementer dubito), interpretandum erit οἷόν τε δὴ τοῦτ' ἐστι — οὕτω καὶ: „ *Et eodem modo „ quo hoc institui potest, ita et privati, cet.*" atque ita saepius, si prior enunciationis pars longior est, post οἷον sequitur οὕτως s. ὡσαύτως δὲ (vid. Heind. ad Plat. Phaed. §. 45.): quae structura tamen vereor ut e Xenophonteis libris probari et confirmari possit. Si quid mutandum, placet Stephani emendatio: „ οἴομαι s. potius οἶμαι δή:" hac autem recepta, post οὕτως aut post ἀσφαλέστερον inserendum ἂν; quod sane ob postremam syllabam ον excidere potuit.

§. 33.

„ καὶ ἐμοὶ μὲν δὴ εἴρηται." Hujus dativi pro ὑπὸ, multa sunt apud Xen. exempla. v. Mem. IV. 2. 19. Cyr. VIII. 4. 23. Ceterum non insolens ejusmodi formula in fine alicujus libri, capitis aut sectionis; v. e. gr. M. I. 2. 38. cf. et Hell. in f. Anab. VI. 3. 1. Ven. XII. 1.

§. 35.

„ ἐν ὠφελείᾳ ἐστι." Cyr. VIII. 5. 15. Καὶ τὸ τιθέναι τὸ μέρος ἕκαστον, ὅπου μάλιστα ἐν ὠφελείᾳ ἂν εἴη, periphrasi cum praepos. ἐν; quae

quae Xen. frequenter usitata est; vid. Lex. Xen. v. ἐν N°. 17. Schneid. in Ind. Cyrop.

§. 37.

„ τὰ μὲν καλῶς γνωσθέντα." Haec verba, de quorum sensu statuere dubitavit Schneiderus, simplicissimam mihi et perspicuam sententiam efficere videntur, praesertim si comparatione rursus utimur. Τὰ καλῶς γνωσθέντα sunt ea *quae rite perspecta et examinata sunt*; quae non temere fiunt, ita ut ab iis jure bonus exitus sperari possit. Opponitur εἰ δέ τι ἁμαρτηθείη, i. e. *si vero quid temere factum esset.* Nequaquam igitur opus est ut cum Weiskio post καλῶς inseramus ἔχειν; alibi enim Xen. eadem utitur dictione, et manifesto ea notione quam indicavimus: vid. Hipp. IX. 2. (quem locum, quum nostro lucis aliquid affundere possit, et utique ex eodem fonte fluxisse videatur, apponamus). Πάντων δὲ τῶν ὑπομνημάτων ἔμοιγε δοκεῖ κράτιστον εἶναι τὸ, ὅσα ἂν γνῷ ἀγαθὰ εἶναι, ἐπιμελεῖσθαι ὡς ἂν πραχθῇ. Ὀρθῶς δὲ γιγνωσκόμενα οὐ φέρει καρπὸν, οὔτε ἐν γεωργίᾳ, οὔτε ἐν ναυκληρίᾳ, οὔτε ἐν ἀρχῇ, ἢν μή τις ἐπιμελῆται, ὡς ἂν ταῦτα περαίνηται: cum h. l. cf. rursus Oec. XI. 8. Perspicuum est τὰ ὀρθῶς γιγνωσκόμενα referenda esse ad praecedentia, ὅσα ἂν γνῷ ἀγαθὰ εἶναι; quae sententia, in nostro loco, brevitatis causa verbis τὰ μὲν καλῶς γνωσθέντα continetur. Similiter et in Venat. XIII. 5. Ἴσως οὖν τοῖς μὲν ὀνόμασιν οὐ σεσοφισμένως λέγω (οὐδὲ γὰρ ζητῶ τοῦτο)· ὧν δὲ δέονται εἰς ἀρετὴν οἱ καλῶς πεπαι-

παιδευμένοι, ὀρθῶς ἐγνωσμένα ζητῶ λέγειν· Illustratur praeterea haec dictio ex Oec. XI. 8. οἱ „ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἄνευ μὲν τοῦ γιγνώσκειν „ τε ἃ δεῖ ποιεῖν, καὶ ἐπιμελεῖσθαι ὅπως „ ταῦτα περαίνηται, οὐ θεμιτὸν ἐποίησαν εὖ „ πράττειν." Denique pro ἀνύοιμεν, quod Castalionis conjecturae debetur, nec fere est hujus loci, fortasse melius erat reponere πράττοιμεν. Cf. Mem. IV. 2. 26. IV. 8. 4.

§. 38.

„ εἰ δὲ τὰ μὲν περαίνοιτο — τὰ δὲ μέλλοι." Eadem Xen. sibi opposuit An. III. 1. 47. ὡς μὴ μέλλοιτο, ἀλλὰ περαίνοιτο τὰ δέοντα."

§. 40.

„ ᾗπερ ῥᾷστον, ταύτῃ καὶ ἄριστον." Haec elegans loquendi forma Xen. non minus frequentata est, sive cum pronom. οὗτος, ut h. l. et Hell. VII 1. 2. pro quo et ὅπῃ–ταύτῃ ut Cyr. VIII. 3. 2. sive simpliciter ᾗ cum superlativo adjectivi aut adverbii, ut ᾗ ῥᾷστα idem fere sit ac ὡς ῥᾷστα, Mem. II. 1. 9. Cyrop. VII. 5. 82. Zeune ad Anab. VI. 5. 13. ubi recte omitti mihi videtur ἐδύνατο.

„ ὑμεῖς δέ." Dubitandum mihi videtur an non melius in hujusmodi simplici apodosi reponatur δή, ut Hell. IV. 1. 33. Εἰ οὖν ἐγὼ μὴ γιγνώσκω μήτε τὰ δίκαια, μήτε τὰ ὅσια, ὑμεῖς δὴ διδάξατέ με κ. τ. λ. (de quo tamen, si ambigua est Codd. lectio, judicium incertum est; vid. Gregor. de Dial. p. 78 sqq. Herm. ad Vig. p.

p. 846. ſqq.): aliud quid est ſi post longiorem protaſin part. δὲ perſpicuitatis cauſa pronomini relativo additur, de quo vid. Coray ad Iſocr. Paneg. c. 47. ubi contra perperam a multis reponitur δὴ, vid. Heind. ad Plat. Protag. §. 11.

§. 41.

„ Εἰ πόλεμος ἐγερθείη." Ita Hipparch. I. 19. ὅπως, ἢν πόλεμος ἐγείρηται, μὴ ἀμελετήτους ὄντας ἀγωνίζεσθαι δέῃ κ. τ. λ. ubi paullo ante praeceſſerat, ἢν πόλεμος γίγνηται, quod contra nostro loco mox ſequitur in §. 43. πολέμου γιγνομένου. Ita in utroque loco eadem obſervatur dictionis variatio.

§. 44.

„ Ἐν μέσῳ τούτων." Eadem ſententia Hipparch. IV. 15. dicitur εἰς μέσον φιλίων τειχέων i. e. *inter medias munitiones*, non *intra*, ut quidam ceperunt; v. Schneid. ad ll.

„ εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρῆσαι." Hipp. IV. 18. οἵ τε ἴκτινοι δύνανται — εἰς τὸ ἀσφαλὲς ἀποχωρεῖν.

§. 48.

„ Ἐπισιτίζεσθαί γε μὴν μέρει μὲν κίνδυνος, κ. τ. λ." Hunc locum varie interpretantur Weiskius et Schneiderus. Illi verba περὶ ὧν ἀγωνίζονται, notant: „ *illis pro quibus decertant;*" et ſignificat Auctor milites qui remanſerunt in castris, nec frumentatum exierunt. At quaerimus, num

οἱ ἐπισιτίζοντες illis
Ea utique interpretati
ſe est. Ratio autem Sc
mendat. Ex hujus
ἀγωνίζονται est
νίζονται; quam dictic
phonteam, nec Graec
ratio hac ſententia pos
νων, nec unquam, qu
ticipio, quod tantope
brevitati inſervit, inep
Ea Attractionis ſpecies
ſtructura referenda est,
relativum in caſu ant
natur, ſi tamquam *obj*
ſet jungendum, non v
est *ſubjectum*, ut ſati
in hoc Graeci ſermo
bus Grammaticis addu
Gr. §. 473. Buttman
Quum autem ἀγωνίζεσ
neque dici posſit, περ
ex antecedentibus repe
περὶ τούτων περὶ ὧν ἀ
telligi posſe video niſi
his enim decertant ii
adoriuntur hostes. Pr
guntur, et qui frumen
castris remanent, adeo
discrimine verſari dicu
deinceps ſibi velint verba
Quod ad praep. περὶ atti
terpretatio loco Hell.
περὶ τῶν ἴσων ὁ κίνδ

θάλατταν ἀγῶσιν, ἀλλ' ἐκείνοις μὲν περὶ τῶν ἐν ταῖς τριήρεσι μόνον ἀνθρώπων, ὑμῖν δὲ καὶ περὶ παίδων, καὶ γυναικῶν, καὶ ὅλης τῆς πόλεως.

§. 50.

„ καὶ αὕτη." Jam dudum h. l. legendum censui καὶ ταύτῃ, quod et Schn. probat, et ipsa loci sententia flagitat, et Xenophontis sermo abunde confirmat. Quare non est quod h. l. repetamus aut refutemus Weiskii ineptias, quae quomodo ei in mentem venerint, aut cuiquam venire possint, plane non capio.

§. 51.

„ χρήμασιν εὐπορωτέραν." Ita nominatim Xen. si de reditibus civitatis administrandis loquitur; Mem. IV. 6. 14. „ οὐκοῦν ἐν μὲν χρη„ μάτων διοικήσει κρατοίη ἂν ὁ χρήμασιν εὐ„ πορωτέραν τὴν πόλιν ποιῶν."

„ εὐπειθεστέραν καὶ εὐτακτοτέραν·" Haec duo, *obedientiam* et *modestiam* fere semper conjunxit Xen., vid. Hell. III. 1. 28. ubi de militum ducibus dicit: εὐτακτότεροι καὶ θεραπευτικώτεροι. Mem. III. 5. 5. ὁ δὲ φόβος (τοὺς πολίτας) προσεκτικωτέρους τε καὶ εὐπειθεστέρους καὶ εὐτακτοτέρους ποιεῖ. cf. et Cyr. VIII. 1. 7 et 8. An. III. 2. 29 et 30. Hipparch. I. 24. Ag. VI. 4. Mem. III. 5. 18. Quis autem, qui Xenophontis libros legerit, non animadvertit, eum his virtutibus (εὐταξίᾳ τε καὶ πειθαρχίᾳ) cum in militari exercitus disciplina, tum in ci-

A J I

egenda
21. C
iske d

A P

ραν κ
νοτέρι
dura
huju
Rec
nemo
um a
οἰκέτ
τέκνο

§

,"
uit;
οκεῖ
quc
Hipp
κοπ
spe
au
dvé
nab

§

ἐῦ

§. 8.

„ παραπεπτωκέναι." intelligitur καιρὸς, quod alibi additur. Hipp. VII. 4. ὁπότε καιρὸς παραπέσοι.

„ ἄνευ πόνων καὶ ἄνευ κινδύνων." Obfervari hic meretur haec duo vocabula apud Xen. faepius juncta reperiri, v. Cyr. I. 2. 1. IV. 2. 1. V. 5. 18. Symp. IV. 35.

CAP. VI. §. 1.

„ 'Αλλ' εἴ γε μήν." Si de postremo hoc capite ex legibus justi Epilogi est judicandum, nemo facile, arbitror, Auctoris diligentiam defiderabit, aut perfuadendi facultatem ei denegabit. Jam enim in prima hujus capitis parte ex iis quae expofuit C. IV. §. 18. et 40, non folum fieri *posfe* quae vult, fed et nedifficilia quidem factu esfe, breviter concludit manum operi esfe admovendam, ut quam primum fperato inde eventu frui posfint. — Sed et confilium totius Libelli, quod ftatim inde ab initio indicavit, et deinceps, quo majorem vim haberet exhortatio, faepius memoravit, (v. C. I. §. 1. C. II. §. 5 et 17. C. III. §. 14. C. IV. §. 33 et 51. C. V. §. 1.) accuratisfime h. l. repetit. Ita ut quicumque Xenophonteae dictionis indolem perceptam habeat, hac in parte item ejus concinnitatem et perspicuitatem agnoscere debeat. — Si verba rurfus funt fpectanda, ad illud

„ προσφιλέστεροι κ. τ. λ." conf. initium Hipparchici: ἀφ' ὧν θεοῖς μὲν κεχαρισμενώτατα ἄρ-

ἀρξείας ἂν, σαυτῷ δὲ καὶ φίλοις καὶ τῇ πόλει προσφιλέςατα καὶ εὐκλεέςατα, καὶ πολυωφελέςατα: qui locus omnino eundem, quem hic noster, Auctoris sensum exprimit. Idem valet de iis quae mox sequuntur,

„ὡς τάχιςα τούτοις ἐγχειρεῖν:" *manus operi admovenda.* Dignissima Xenophonte Socratico exhortatio: „ nihil valent verba atque „ admonitiones, nisi ipsa manus accedat;" rem exponit copiosius Hipparch. IX. 2. (quem locum attulimus ad C. IV. §. 37., cum quo loco cf. Oec. XI. 8.

§. 2.

„ἄλλον καὶ ἄμεινον." Sunt verba quae in eadem re conjungere solet Xen. vid. An. VI. 2. 15. VII. 6. 44. Laced. resp. VIII. 5.

§. 3.

„ἄρχεσθαι τοῦ ἔργου. Σὺν γὰρ θεῷ κ. τ. λ." Haec quidem postrema opusculi verba ad ea pertinent, quae Xenophontis pietatem atque religiosam indolem quam maxime produnt. Non solum suadet id quod modo vidimus, ἄρχεσθαι τοῦ ἔργου, sed et in primis ut omnia fiant σὺν θεῷ; quod, quamvis aliis non insuetum fuerit, tam frequenter tamen in scriptis Xenophonteis legitur, ut huic pene proprium dici possit. v. An. VI. 3. 18. Cyr. I. 5. 6 et 14. et Hipp. V. 14. VI. 1. VII. 3. Rationem hujus dictionis Critobuli persona reddit breviter Oec. VI. 1. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, κα-

καλῶς μοι δοκεῖς λέγειν, κελεύων πειρᾶσθαι σὺν τοῖς θεοῖς ἄρχεσθαι παντὸς ἔργου, ὡς τῶν θεῶν κυρίων ὄντων οὐδὲν ἧττον τῶν εἰρηνικῶν ἢ τῶν πολεμικῶν ἔργων. Sed fusius ipse in fine Hipparchici IX. 8. Εἰ δέ τις τοῦτο θαυμάζει, ὅτι πολλάκις γέγραπται τὸ σὺν θεῷ πράττειν, εὖ ἴστω, ὅτι, ἢν πολλάκις κινδυνεύῃ, ἧττον τοῦτο θαυμάσεται· καὶ ἤν γε κατανοῇ, ὅτι, ὅταν πόλεμος ᾖ, ἐπιβουλεύουσι μὲν ἀλλήλοις οἱ ἐναντίοι, ὀλιγάκις δὲ ἴσασι, πῶς ἔχει τὰ ἐπιβουλευόμενα. Τὰ οὖν τοιαῦτα οὐδ', ὅτῳ συμβουλεύσαιτό τις, οἷόν τε εὑρεῖν, πλὴν θεῶν· οὗτοι δὲ πάντα ἴσασι, καὶ προσημαίνουσιν, ᾧ ἂν ἐθέλωσι, καὶ ἐν ἱεροῖς καὶ ἐν οἰωνοῖς καὶ ἐν φήμαις καὶ ἐν ὀνείρασιν. Εἰκὸς δὲ, μᾶλλον ἐθέλειν αὐτοὺς συμβουλεύειν τούτοις, οἳ ἂν μὴ μόνον, ὅταν δέωνται, ἐπερωτῶσι τί χρὴ ποιεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις θεραπεύωσιν ὅ τι ἂν δύνωνται τοὺς θεούς. Haec autem e purissimo fonte philosophiae Socraticae esse hausta, non est quod multis verbis demonstremus. v. Mem. I. 1. f. I. 4. IV. 3. — Et omnino quis, qui Xenophontis scripta diligenter legerit, qui non solum universe ad ejus ingenium, sed et ante omnia ad sincerum illum pietatis sensum, et Divini Numinis reverentiam attenderit, quam quovis loco tam manifeste prodit, non etiam in hocce Epilogo Socratis discipulum agnoscat? Quis, qui in hujus libelli Exordio, et universe in toto orationis tenore, Auctoris modestiam et prudentiam merito laudaverit, non hoc loco ejus pietatem admiretur, eamque Xenophonte Socratico dignissimam et fere propriam judicet?

Hisce expositis, priori Commentationis nostrae

trae parti finem imponere liceat. Fieri potest ut in postremo hoc Capite subinde ad verborum minutias delapsi simus; in quo tamen animadvertat, quis velim, difficile esse in ejusmodi argumento prorsus ab illo vitio cavere. Forte etiam alia quae ad hanc rem dijudicandam valeant neglexismus, aut in judicii rationibus exponendis aberravimus; quidquid sit, rem peritioribus judicandam tradimus. — Equidem nullam esse causam censeo, cur Libellus *de Vectigalibus Atheniensium* Xenophonti abjudicetur.

PARS

PARS ALTERA.

DE LIBELLO QUI INSCRIBITUR

Ξενοφῶντος

Ἀθηναίων Πολιτεία.

PROOEMIUM.

Libellus *de Republica Atheniensium*, qui Xenophontis nomine vulgo fertur, ad ea antiquitatis monumenta referendus esse videtur, quae, aut infelici sorte nata, aut ab aliis dure admodum habita, ita ad nostram aetatem atque notitiam pervenerunt, ut, non solum fragmenti magis quam integri operis speciem prae se ferant, sed et justissimam de ipsorum parentibus natalibusque dubitationem excitent. — Et sane, quicumque Graecarum literarum haud plane expers hocce opusculum legerit, illud statuat necesse est, (quod alicubi Demosthenes de Atheniensium consiliis), esse ἄτακτα, ἀόριστα, ἀδιόρ-

ἀδιόρθωτα ἅπαντα; ut deinceps in Libelli fronte Xenophontis nomen adſpiciens, non posſit non mirari ejusmodi farraginem umquam e' nitidisſimis manibus Atticae Muſae esſe profectam. Minus igitur miramur quod nostris temporibus ſaepius jam inter viros doctos exſtitit dubitatio, num recte iste Libellus Xenophonti Socratico tribueretur, quam quod umquam vel ab ipſis veteribus Grammaticis ei tributus, et a posterioris aevi eruditis ejus nomine editus est. In cujus rei cauſas inquirere fortasſe operae pretium esſet, niſi ſimul et infinitum et inanem laborem ſuscipere vereremur. Etenim ſine dubio magis nostra refert ſcire quid hodie dubitandi dederit locum, quam quae olim aut ſcribendi aut edendi fuerit et cauſa et conſilium. „ Ars enim „ libros adulterandi et fingendi, qui ſplendidis„ ma quaevis auctorum nomina mentiuntur, „ tam est antiqua, ut cum ipſis literis nata vi„ deatur." (1)

Et univerſe quidem de tota Libelli ratione et oratione nullum dubium est, quin, omni tempore, eruditisſimi Xenophontis editores ita judicaverint, ut quivis, cui Xenophontea vel mediocriter nota ſint, ſtatuat necesſe est; illas dotes, nimirum, quibus Xenophon omnium conſenſu inter Atticos ſcriptores elucet atque excellit, ordinem, ſimplicitatem, concinnitatem et elegantiam in hocce Libello plane deſiderari, et vel externum orationis habitum terſisſimo ac nitidisſimo illo auctore prorſus indignum esſe. Num-

(1) R. Bentlei opuscula. p. 4.

Numquis vero fuit, qui, solis his indiciis ductus, certum quid statuerit? Quamquam quid loquor? Statuerunt sine dubio multi, sententiam expromsit, atque idoneis rationibus argumentisque firmavit adhuc nemo; fortasse nullam aliam ob causam, nisi quod res nimis lubrica est atque incerta, et, ponderatis in utramque partem dubiis, ad meram opinionem redit, quae sane in lite dijudicanda non magis valet, quam cujusque auctoritati est tribuendum. Fateor equidem externum hujusce Libelli habitum ejusmodi esse, ut justissima cuivis oboriatur suspicio, illum non integrum ad nos pervenisse, sed librariorum aut epitomatorum manibus corruptum esse et vitiatum. Sed, utut est, de Auctore quaeritur; dubitatur num recte Xenophontis nomen ferat; si falso, indicia aut ex ipso libro aut aliunde adferantur, quibus hoc aliis probetur. Sensit, ut opinor, difficultatem Weiskius, qui ea quae diximus, adfirmavit quidem, nec tamen Xenophonti illam Πολιτείαν adimere ausus est (1). Alii (2) dubitasse quidem videntur, sed in certamen non prodierunt. Rem aggressus est doctissimus Xenophontis editor, Schneiderus, qui, in Prolegomenis huic Libello praemissis, aperto Marte illud egit, ut Xenophonti scriptum abjudicaret. Num vero probabiles suae sententiae attulit rationes? Non eas certe, quae, collatis diligenter atque expositis dubitandi causis, nisi rem manifesto probent, ta-

(1) Vid. Prolegomena editionis Weiskianae.
(2) Veluti Manso, Sparta Vol. II. p. 296. Boeck. Staatsh. der Athener, Vol. I. p. 48 et 343.

tamen ad verum inveniendum viam quasi aperiant: nodum, ut ajunt, discindere maluit, et iis potius rationibus uti, quae, si ex ipso libro probantur, litem dirimunt, ipsamque adeo caussam ab omni controversia vindicant. Contendit enim Xenophontem Libellum istum *non potuisse* scribere, quippe qui eo tempore compositus sit, quo nullum adhuc Xenophontis scriptum exstaret. Hoc si verum est, cessat sane omnis ulterior disquisitio, neque opus est alia deinceps proferre argumenta; quo labore, hanc ob caussam ut videtur, supersedit Vir eruditissimus. Sed quid fit, si, quae ille tamquam vera et indubitata propemodum posuit, falsa, aut certe manca atque debilia reperiuntur? Monuit hoc primus Boeckius (1), qui candide profitetur, sibi non in animo esse Xenophonti Libellum vindicare, sed et simul argumenta a Schneidero allata haudquaquam valere ad ea, quae vellet, probanda. Fieri potest ut ipsi Schneidero etiam aliis de caussis Xenophonte indignum visum fuerit hocce opusculum; verum in hujus generis disquisitionibus minime omnium illud agendum videtur, ut opinionem antea conceptam et quasi stabilitam ejusmodi potissimum argumentis aliis probemus, quae, si vera sunt, *evidentiam* (ut in Logica dicimus) *mathematicam* praebent; sin falsa, rem eo deducunt, ut non solum incertiores quam antea, sed et multo longius a vero inveniendo remoti simus: tum enim usu venit quod vulgo dicunt: *qui nimium pro-*

(1) l. l. Vol. I. p. 343.

probat nihil probat. Et hoc ipſum est quod Schneiderus nobis egisſe videtur. Argumenta Viri Cl. non eam vim habuisſe, ut omnibus id quod ipſe contenderet perſuaderet, patet cum ex aliis, tum ex ipſa de hac re denuo propoſita quaestione. Num enim ullus dubitandi locus ſuperesſet, ſi, quae ille poſuit, vera esſent? At, dixerit fortasſe quispiam, niſi vera ſunt, certe probabilia esſe posſunt quae attulit; et ipſa quaestio in eo verſari potest, ut plura colligantur testimonia quae ad eandem ſententiam firmandam tendant. Meum quidem non est ſtatuere an hoc ſit quaestionis conſilium; quid de ipſa re ſentiam breviter exponam. Equidem vehementer dubito, an Libellus, qui inſcribitur Ἀθηναίων πολιτεία, recte Xenophontis nomen profiteatur; at vicisſim dubito an ita illud probari posſit, ut, *ſubductis temporum rationibus*, dicamus, Xenophontem hujus ſcripti *auctorem esſe non posſe.* Quandoquidem vero in hac quaestione tractanda mihi propoſui, remota omni praejudicatae opinionis fallacia, quoad ejus fieri posſit, verum indagare, et potius probabilitatem aut veriſimilitudinem asſequi, quam, veritatis umbram conſectando, mihi aliisque erroris viam aperire; primo loco indicare conabor, quam debilis et infirma ſit ea probandi ratio, quam iniit Schneiderus; ut ita, depulſo errore, integri ad cauſam accedamus; tum annotatione ad ipſum Libellum rationes deinceps exponam quibus mea nititur dubitatio, quibusque adductus ſcriptum illud Xenophonti vix tribui posſe cenſeo.

CA-

CAPUT I.

DE IIS ARGUMENTIS QUIBUS USUS EST SCHNEIDERUS, AD LIBELLUM XENOPHONTI ABJUDICANDUM.

§. 1.

Si argumentum illud a Schneidero allatum (Proll. ad h. l. p. 89) ad ſyllogiſmi rationem exigimus, cuivis patebit ipſam propoſitionem, inſigni vitio laborare. Xenophontis enim ante Ol. 94. a. 3 nullum ſcriptum exſtare, neque exſtare potuiſſe, num ex eo probatur, quod huc usque nemo oſtenderit, ante hoc tempus quidquam a Xenophonte eſſe ſcriptum? Haec ſane argumentandi ratio, niſi mera *petitio principii* eſt dicenda, certe non eſt ejusmodi, ut huic disquiſitioni fundamento eſſe poſſit. Etenim ſi absque ullo dubio patet Xenophontem non ſolum vixiſſe ante hoc tempus, ſed et ea fuiſſe aetate ut *poſſet librum conſcribere*, nonne dicendum eſt totam hanc argumentationem falſam eſſe, donec probabiliter demonſtretur, haud veriſimile eſſe eum ante hoc tempus librum quemcumque ſcripſiſſe? At de hac

re

re Schneiderus nihil. Melius utique fuisset si inde potius initium disputandi et argumentandi duxisset. Quod ad nostram disquisitionem attinet, non opus erit de Xenophontis aetate fusius hoc loco exponere, praesertim quum supra jam quae nostra sit de hac re sententia breviter notaverimus: ex qua quidem sententia facile est contendere, scripta Xenophontis exstare potuisse eo tempore, quod Libello nostro praefinit Schneiderus; neque hoc prorsus negari poterit, etiamsi quis ad eam opinionem esset propensior, Xenophontem hoc tempore (expeditionis in Asiam) juvenem admodum, utpote 26 aut 27 annorum, fuisse. Sed in his, ne in infinitum delabatur disquisitio, non quaerendum quid fieri potuerit, sed quid factum sit. Eorum operum, quae sub nomine Xenophontis hodieque exstant, (excepto e Schneideri sententia hoc nostro *de Rep. Ath.*) nullum est de quo non aut manifestum aut certe verisimillimum sit, scriptum illud esse post ejus reditum ex Asia minore. Et omnino, etiamsi nullam aetatis ejus rationem habeamus, res ipsa fere declarat eum Athenis, et durante bello Peloponnesio, et post eversam patriam, Socratis familiaritati se potius addixisse, quam animum ad scribendum appulisse. Nam quod e Photio (1) adfertur, eum Iso-

(1) Cod. 260. Verba sunt *γεγόνασι δὲ αὐτοῦ* ('Ισοκράτους) *ἀκροαταὶ καὶ Ξενοφῶν ὁ Γρύλλου, καὶ Θεόπομπος ὁ Χίος, καὶ Ἔφορος ὁ Κυμαῖος· οἷς καὶ ταῖς ἱστορικαῖς συγγραφαῖς προυτρέψατο χρήσασθαι, πρὸς τὴν ἑκάστου φύσιν ἀναλόγως καὶ τὰς ὑποθέσεις τῆς ἱστορίας αὐτοῖς διανειμάμενος.* — Observandum autem est Xenophon-

Isocratis fuisse auditorem, a quo incitatus esse dicitur ad historias scribendas, illud, si ad haec tempora est referendum, manifesto pertinet ad scribendi exercitia, qualia Xenophontis nomine nulla umquam ad posteritatis memoriam pervenerunt. De iis scriptis quae ad nostram aetatem sunt servata, quum ipsa sint hujus rei testimonia, tuto statuere possumus: de deperditis, si quae sunt, incertum plane est judicium, nisi vel ex ipso Xenophonte vel aliunde de hac re constet. Sed quid dicendum de iis quae supposititia quis esse suspicetur? Haec sine dubio alia praebeant necesse est falsi indicia, quam ejusmodi quae ex ipsa demum quaestione pendent, et de quibus jure dubitari potest, quamdiu res ipsa de qua agitur, ad liquidum non est perducta. Si quis enim aut ex ipso Libello de R. A. aut aliunde probaret, nihil esse quod Xenophonti scriptum illud abjudicaremus, eumque ita, prout semper est habitus, revera ejus esse auctorem, ex ipsius Schneideri sententia affirmandum esset, quod nunc nullis certis indiciis negat, Xenophontem scripsisse librum ante Ol. 94 a ¾.

§. 2.

Haec de syllogismi propositione. Assumtio ita sese habet: „ Ex ipso libello manifestum „ est eum esse scriptum ante Ol. 94. a ¾ A. C. 401.

„ Ergo

phontem non memorari in Isocratis discipulorum numero ab auctore Vit. X. Rhetorum Plut. II. p. 837.

„ Ergo Xenophon falso ejus auctor habetur." Ad quod probandum quatuor proponit argumenta ex ipso Libello collecta, (p. 92). Primum ex eo petitum est, quod Auctor, „ ubi de „ maris imperio ejusque commodis ad Athe- „ nienses inde redeuntibus loquitur, sermone uti- „ tur eo, ut dubitare lector non possit, maris „ imperium tum fuisse penes Athenienses in- „ dubitatum, nec de eo Lacedaemonios cum Athe- „ niensibus ullo modo adhuc certasse." — Haec deinde statuit temporibus regno XXX tyrannorum, i. e. Ol. 94. a. $\frac{3}{4}$, posterioribus minime convenire, „ quibus imperium maris et terrestre „ pervenerat ad Lacedaemonios cum Persis con- „ junctos, et classem opibus Persicis sustentan- „ tes." Mirum sane cuivis videri debet, doctissimum Schneiderum in his praepostere adeo et perverse judicasse. Jam animadvertit Boeckius (ll. p. 344.) infirmitatem hujus argumenti, atque obiter ostendit, post pugnam navalem apud Cnidum (quae facta est Ol. 96. a. $\frac{2}{3}$. A. C. 394. v. Dodw. ad h. a.) jam denuo Atheniensibus socios accessisse. Et omnino cuinam, vel mediocriter in Graecorum historia versato non notum est Athenienses post cladem ad Aegos Potamos maris dominatum et imperium in socios recuperasse? Cuinam non in mentem venit bellum illud *Sociale* Ol. 105. gestum, cujus causa nulla erat nisi ipsa haec Atheniensium dominatio? Quae res ut eo melius appareat, age videamus quaenam fuerint hujus civitatis fata inde a captis Athenis Ol. 93. a. $\frac{3}{4}$, usque ad cladem ad Chaeroneam Ol. 110. a. $\frac{2}{3}$ A. C. 338; quod temporis spatium, commodissime in qua-

tuor

tuor partes f. epochas dispertiri potest. Primo tempore usque ad pacem Antalcideam (Ol 98. a ⅔ A. C. 387,) Athenienses, amisso omni imperio, paullatim res collapsas restituerunt non solum, sed et, cum foederibus factis, tum in primis victoriis Cononis et Thrasybuli, denuo socios sibi conciliarunt, et θαλασσοκρατίαν recuperare coeperunt. Vid. Diod. XIV. 83 sq. Xen. Hell. III. 5. 8. IV. 8. 1 et 12. Isocr. Paneg. c. 39. Areop. 5 et 27. ib. Bergm. cf. qui copiose de iis exposuit, Boeck. I. p. 446. Neque tamen jam tum ita stabile imperium obtinuisse dici possunt, ut eadem illa qua antea erga socios duritie usi esse videantur. Vix enim res in pristinum statum redire coeperant, quum, Lacedaemoniorum et Antalcidae molitionibus, celebris illa et Atheniensium dominationi perniciosissima pax sancita est, quae omnibus minoribus civitatibus libertatem et αὐτονομίαν concederet. Xen. Hell. IV. 8. 12 sq. Diod. XIV. 110. Plut. Ag c. 23. Artax. c. 21. Isocr. Panath. c. 20 et 39.

§. 3.

Sequitur illud decennium inde a pace Antalcidea ad initium belli Thebani, et Chabriae victoriam ad Naxum insulam (Ol. 100. a. ¾. A. C. 377), quo tempore ex historicis manifestum est Athenienses nullum exercuisse imperium in socios, omnem dominationem fuisse penes Lacedaemonios; cujus rei varia hoc temporis spatio sunt indicia. Et primo quidem *bellum Mantineense*, de quo Diod. XV. 5. (qui ut nusquam

quam Lacedaemoniis favere videtur, ita et hic graviter eorum dominandi libidinem increpat,) Xen. Hell V. 2. Pauf. VIII. 8. Deinde *turbae civiles Phliafiorum*, quibus fe in gratiam oligarchicae factionis immiscuerunt Lacedaemonii; (Diod XV. 19. Xen. Hell. V. 2. 8 et V. 3. 10 fqq. Agef. II 21.). Tum *Bellum Olynthicum*, de quo Diod. XV. 19. fqq. et Xen. Hell. V. 2. 11. fqq.; quo tempore Lacedaemonios dominatum tenuisfe haud obfcure fignificat Xen. Hell. V. 3. 27. manifestius etiam Diod. XV. 23. Tandem nefaria illa Lacedaemoniorum erga Thebanos perfidia, *capta Cadmea arce* a Phoebida Lacedaemoniorum duce, de quo v. Xen. Hell. V. 2. 17. Diod. XV. 20 et 25. Plut. Agef. c. 23 fq. Pelop. c. 5. — Haec igitur Lacedaemoniorum erga ceteros Graecos tyrannis, (de qua in primis copiofe exponit Ifocr. Paneg. c. 35. Pac. c. 33.) non folum belli Thebani caufa fuit, fed et paullatim plerosque focios transmarinos ab iis abalienavit atque Athenienfibus conciliavit, qui hoc tempore communem illum, ad res ordinandas, fociorum conventum Athenis habuerunt, de quo Diod. XV. 28 fq., atque ita revera ὑπὸ τῶν νησιωτῶν ἑκόντων (ut dicit Xen. Vect. V. 6.) rei maritimae principes facti funt; vid. et Eufeb. Chron. p. 135. qui ad Ol. 100. a. 4. haec habet: „*Athenienfes Principes Graeciae facti.*"

§. 4.

Durante vicennii fpatio quod fequitur, Athenienfes, fine ulla dominandi intercapedine, principa-

cipatum obtinuerunt, et imperium in socios exercuerunt; primo quidem in auxilium Thebanorum contra Lacedaemonios, disrupto prius pacis foedere superioribus annis cum iis inito, (Diod. l. c. Xen. Hell. V. 4. 20 sq. et 34. Vect. V. 6 et 7. Isocr. Pac. 18.); in primis celebri illa Chabriae apud Naxum victoria, (Xen. Hell. V. 4. 60. Diod. XV. 34. Nep. in Chabr. et Timoth.) et Timothei στρατηγίᾳ, (Xen. Hell. VI. 2. 7. Diod. XV. 36 et 45 sq. Isocr. Areop. 5. et de Permut. p. 65. ed. Orell.); deinde pace facta cum Lacedaemoniis, *Ol.* 101. a. ¾ A. C. 374. cujus haec erat conditio ut Lacedaemonii terrae, Athenienses maris imperium obtinerent (Diod. XV. 38. Nep. Timoth. 2. ib. Stav. Dodw. Ann. Xen. h. a.): quod autem postea, *Ol.* 102. a. ¾ A. C. 369. inter utrosque constitutum est, ut alternis vicibus per quinos dies maris et terrae imperium exercerent, (de quo vidd. in primis orationes Proclis Phliasii et Cephisodoti ap. Xen. Hell. VII. 1. coll. cum Diod. XV. 67.) illud manifesto ad expeditiones duntaxat militares pertinet, et veri nominis erat ἡγεμονία; nam ex iis quae deinde facta sunt constat, Athenienses ab eo inde tempore perpetuo *principatum illum maritimum* obtinuisse, quem, et illustri majorum exemplo, et regionis opportunitate, et in primis eximia in rebus nauticis virtute, quodammodo sibi vindicare poterant. Hoc igitur tempore absque ulla controversia per viginti circiter annos imperium illud, quod in Graecorum historia θαλασσοκρατίας nomine innotuit, fuit penes Athenienses; qui initio quidem, ut vulgo fiebat, omnibus modis socios ad se

se allicere, sibique benevolos et devinctos reddere studebant (Diod. XV. 29 et 30.); quod iis ob Lacedaemoniorum iniquitatem et duritiem factu facillimum erat. Deinde vero, rebus stabilitis, vicissim ad eundem imperii abusum delapsi, socios dure admodum habuerunt, (quod cum aliunde, tum in primis ex Isocrate constat. Pac. c. 9. 27. 40. et passim; cf. Xen. Vect. I. 1.) atque eo libidinis processerunt, ut ad defectionem eos adigerent, tandemque bellum sibi excitarent, quod per triennium gestum plerisque insulanis libertatem reddidit, et huic ipsi Atheniensium praepotenti dominationi finem imposuit.

Quartum denique temporis spatium, inde a finito bello Sociali, continet Atheniensium fata Philippo in Macedonia regnante, bellaque contra hunc gesta, quibus Graeciae libertas extincta est. Ne hoc quidem tempore omnibus sociis destituti fuerunt Athenienses, quum constet eos etiam tum tributa quaedam exegisse. (Vid. Boeck. l. c. p. 454 et 466.) Neque etiam maris imperium (quod post Olynthum, aliasque in Macedoniae ora civitates captas, sibi vindicare studebat Philippus) penitus amiserant; quamquam bello Sociali adeo labefactata erat eorum res nautica, ut deinceps non solum a Philippi excursionibus maritimis, sed et a piratarum praedationibus aegre se defenderent. v. Demost. Phil. 3ª. et de Chers.

§. 5.

Ex hisce breviter ita expositis perspicuum est Athe-

Atheniensium maritimum illud imperium, ad quod respicere videtur Auctor Libelli nostri de R. A., regno XXX tyrannorum nequaquam fuisse extinctum, ut voluit Schneiderus: quin imo, si rem accurate perpendimus, dicendum erit multo melius omnia convenire iis temporibus, quibus, nullis adversantibus, perpetuum maris et sociorum dominatum obtinuisse Athenienses ostendimus, i. e. intra *Ol.* 100. *a.* $\frac{3}{4}$ et *Ol.* 105. *a.* $\frac{2}{3}$. — Quominus ita statuamus nihil obstat, quod contendit Schneiderus, maris imperium tum fuisse penes Athenienses *indubitatum*, nec de eo Lacedaemonios ullo modo adhuc cum illis certasse. Primo quidem ex ipso Libello ejusmodi quid nondum mihi constitit: sed, etiamsi illud Viro doct. concedamus, quodnam, quaeso, tempus scripti hujus Libelli constituendum est? Si ipsum illud temporis spatium, quo gestum est bellum Peloponnesium, (nam ante coeptum hoc bellum esse scriptum Libellum, ob rationes, quas deinceps explicabimus, temere prorsus statueremus,) dicendum est numquam fortasse de hoc imperio magis fuisse dubitatum, quam durante hoc bello; in quo tam mari quam terra utrisque fere Mars esset communis, nec ullum fere stabile in socios subditosque imperium, nisi quod belli fortuna sibi vindicarent. Nam in his non quaerendum est quaenam vires, qui belli apparatus, qui socii ante certaminis initium utrisque fuerint, nec etiam utri ipsa quasi natura ad imperium illud maritimum obtinendum magis essent idonei; sed ipsae res, ipsius belli casus et eventus respiciendi sunt. Nonne vel Siciliae clades, et, quae eam secuta est, omnium sociorum de-

fec-

fectio ab Atheniensibus, (ne de ipso belli exitu loquamur) ostendit, eo tempore imperium illud maximopere fuisse ambiguum? (vid. omnino Boeck. l. l. Vol. I. p. 427.) Neque etiam, prouti mox videbimus, de *maris imperio* tunc certarunt Athenienses et Lacedaemonii, sed *de Graeciae principatu*. — Quod porro, ad indubitatum illud Atheniensium imperium probandum, argumenti loco adfertur, Auctorem C. 2. §. 11. populum Atheniensem vocasse τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάττης, illud vero nihili est; ut prorsus mirum sit, eruditissimum Xen. editorem ejusmodi quid protulisse. Ex quo loco, quaeso, hoc probatur, τὸν ἄρχοντα τῆς θαλάττης esse eum qui *perpetuum* obtineat maris imperium, de quo numquam cum alio certamen habuerit? Contrarium undique constat: quod enim attinet ad verbum ἄρχειν, vid. Xen. Anab. VI. 6. 9. „ ἦρχον δὲ τότε πάντων τῶν Ἑλλήνων οἱ Λακεδαιμόνιοι." et eodem cap. §. 13. Καὶ γὰρ ἐν τῇ γῇ ἄρχουσι Λακεδαιμόνιοι καὶ ἐν τῇ θαλάττῃ τὸν νῦν χρόνον. Eodem modo dicitur κρατεῖν et inprimis θαλαττοκρατεῖν et θαλαττοκράτωρ, non de *perpetuo* maris imperio, sed de eo qui novissime mari superior discessit, et ad tempus copiis navalibus est instructior, (vid. Sturz in Lex. Xen. v. θαλλαττοκρατία): quod perspicuum est e Xen. Hell. I. 6. 2. et IV. 8. 10. ubi etiam illa θαλαττοκρατία ad locum restringitur, ut et ap. Diod. XII. 47. et Hell. V. 1. 28. de Antalcida: „ ὁ δὲ Ἀνταλκίδας γενομέναις ταῖς πάσαις ναυσὶ πλείοσιν ἢ ὀγδοήκοντα ἐκράτει πάσης τῆς θαλάττης.

§. 6.

§. 6.

Ad perpetuum autem et ἀναμφισβήτητον Atheniensium imperium respicere Auctorem Libelli de R. A. non solum non negamus, sed et libenter agnoscimus, modo ne quis contendat fuisse illud tempore belli Peloponnesii; quod vel uno indicio, ex ipso Libello petito, magnopere in dubium vocari potest. Loquitur Auctor c. 3. §. 5. de sociorum tributo, quod plerumque imponebatur quovis quinquennio: τὰ δὲ μέγιςον εἴρηται, πλὴν αἱ τάξεις τοῦ φόρου· τοῦτο δὲ γίγνεται ὡς τὰ πολλὰ δι' ἔτους πέμπτου. De hac re, quoad scio, aliunde nihil certi constat, (v. not. Schneid. ad h. l.); sed si ex indiciis probabilibus conjicere licet, statuere posse videmur, hoc non factum esse ante finem belli Peloponnesii et tempora XXX tyrannorum. Prima enim tributorum indictio apud Athenienses, qua, quantum pecuniae quaeque civitas daret, constituebatur, facta est ab *Aristide*, cujus arbitrio quotannis 460 talenta Delum sunt collata. v. Thuc. I. 96. Nep. Arist. c. 3. cf. Boeck. Vol. I. p. 427. Ea τάξις deinceps mansit usque ad Periclem, cujus aetate quovis anno 600 talenta in aerarium redibant, (Thuc. II. 13.) quique ipse fortasse aucti hujus tributi auctor est habendus; nisi potius caussa inde repetenda est, quod plures eo tempore essent socii, adeoque major tributorum summa. v. Boeck. l. l. — In his nulla mutatio facta est ante Ol. 89. (vid. rationes quas attulit Boeck. Vol. I. p. 345. et not. p. 465 et 431.); quo tempore Alcibiades, postquam Atheniensibus

bus persuaserat, ut sociorum contributionem denuo (ἐξ ἀρχῆς) statuerent, cum novem collegis ad illud delectus, propemodum ad duplum illam auxit. (v. loc. Andocidis ap. Boeck. Vol. I. p. 431.) Ex his igitur patet ea aetate nec certum tempus ad hanc tributi indictionem statutum fuisse, nec ad ordinaria Senatus munera illud pertinuisse. Decennio fere postea i. e. Ol. 91. a $\frac{1}{2}$ A. C. 415. totam hanc tributa exigendi rationem ob nummorum penuriam aboleverunt, eorumque loco εἰκοστὴν illam substituerunt, de qua diserte Thucyd. VII. 28. „ Καὶ τὴν εἰκοστὴν ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον τῶν κατὰ θάλατταν ἀντὶ τοῦ φόρου τοῖς ὑπηκόοις ἐποίησαν, πλεία νομίζοντες ἂν σφίσι χρήματα οὕτω προσιέναι." — Hanc *vicesimam* deinceps usque ad belli finem tributi locum obtinuisse suspicatur Boeckius, l. l., „ quum," inquit, „ non constet eam rationem bello etiamnum durante „ fuisse immutatam." Equidem nihil certi hac de re statuere ausim, quum, quoad scio, nullo loco perspicua et indubitata testimonia adsint. Attamen ex uno Xenophontis loco (Hell. I. 3. 9.) non temere conjicere nobis videmur, eo tempore, quum Alcibiades post Siciliae cladem et sociorum defectionem Atheniensium res collapsas restitueret, tributa exigendi rationem ad pristinum statum rediisse. In enarranda nimirum illa contra Chalcedonem et Byzantium expeditione (quae facta est Ol. 93. $\frac{4}{1}$ A. C. 408.) haec refert: Καὶ ὅρκους ἔλαβον καὶ ἔδοσαν παρὰ Φαρναβάζου, ὑποτελεῖν τὸν φόρον Χαλκηδονίους Ἀθηναίοις, ὅσονπερ εἰώθεσαν, καὶ τὰ ὀφειλόμενα χρήματα ἀποδοῦναι. Haec utique eo tempore usu

venire non poterant, si φόρος esset abrogatus. Quae quum ita sint, quid fiet de statuta illa tributi indictione a Senatu fieri solita? Nam licet hoc factum esse non expresse negetur, ex iis tamen quae attulimus, (quaeque copiosius d. l. exposuit Boeckius) satis liquet ante finem belli Peloponnesii eam tributi statuendi rationem, quam Auctor Libelli nostri memorat, nondum fuisse usitatam. Quodsi, contra, ad illa tempora attendimus, quibus Athenienses rursus maris imperium, sponte ipsis delatum, susceperunt, (Vect. V. 6.) quodque per integrum vicennium ἀναμφισβητήτως obtinuerunt, omnino probabile fit, tunc, quum omnes civitates ad communem conventum Athenas coierant, munus illud tributa indicendi Senatui fuisse permissum, et quidem quovis quinquennio, s. potius quovis quarto anno (πενταετηρίδι vid. Boeck. p. 178 et 468. Vol. I.); ut ita in tributis exigendis eadem valeret ratio, quae dudum in redituum administratione et in Quaestorum munere recepta erat; v. Boeck. l. l. et p. 452. Petit Leg. Att. III. 2. 33. p. 337.

§. 7.

Argumentum quod deinde e restricta Comoediae licentia ducit Schneiderus, nisi fere absurdum dicendum est, certe non majoris est ponderis, quam illud quod modo vidimus. Est autem ejus modi: Auctor Libelli de A. R. dicit Athenis prohibitum esse, populum in scena ludibrio habere, eique maledicere; atqui constat, „ totum „ δῆμον Atheniensem publice irrisum fuisse ab

„ Aristophane in Equitum dramate, edito *Ol.* „ 88. *a.* 4. et Vesparum altero, edito *Ol.* „ 89. *a.* 2.:" ergo scriptio Libelli hoc tempore antiquior est (conf. et Schn. nota ad Lib. II. 18.). Hoc loco aeque dicere potuisset, (quod item observavit Boeck. Vol. I. p. 345.) Libellum post Aristophanis aetatem esse scriptum, nisi hoc ipsum revera multo probabilius esset, atque adeo potius dici debuisset. De quo breviter haec notasse sufficiat. Veteris Comoediae indolem eam fuisse, ut tam publica quam privata civitatis vitia libere notaret, constat inter omnes. Quod si tamen ad primas ejus origines attendimus, (quas probabiles sane tradidit Grammaticus in Bekkeri Anecdotis Vol. II. p. 747.) apparet vetustissimam illam Comoediam plane innoxiam, et, castigandis privatorum moribus, civitati saluberrimam fuisse: Ἀρχὴν οὖν δεξαμένου τοῦ πράγματος, πολλοὶ γεγόνασι κωμῳδοί, ἐλέγχοντες τοὺς κακῶς βιοῦντας καὶ τοὺς ταῖς ἀδικίαις χαίροντας, ἀναφέλλοντες τὰς ἀκαίρους καὶ ἀδίκους αὐτῶν πράξεις, καὶ ὠφελοῦντες κοινῇ τὴν πολιτείαν τῶν Ἀθηναίων. (Cf. Lucian. de Gymnas. §. 22. Vol. II. p. 904. et huc item spectat Horat. Sat. I. 4. in.). At, crescente paullatim plebis et demagogorum licentia, (Periclis praesertim aetate) crevit simul Comicorum illa παῤῥησία; quae ab hoc inde tempore in primis plebem ejusque ductores insectabatur, ita ut, vel mordacissimis dicteriis eos exagitaret, vel palam eorum vitia in scenam traduceret. (Cic. fr. de Rep. IV. 10.) Atque haec est proprie sic dicta *vetus Comoedia*, cujus auctores fuerunt Eupolis, Cra-

tinus, et, belli Peloponnesii tempore, Aristophanes; in cujus Comoediis insignia sane hujus licentiae documenta exstant. De hac re ita pergit d. Gramm.: Ἐπειδὴ δὲ τὸ μὲν παράνομον ἐπὶ τὰ χερείονα νικᾷ, τὸ δὲ καλὸν ταχέως ἀφίσταται τῆς τῶν ἀνθρώπων πολιτείας, οὐ μετὰ πολὺν χρόνον οἱ ἄρχοντες Ἀθήνησιν ἤρξαντο κωλύειν τοὺς κωμικοὺς τοῦ μὴ φανερῶς οὕτω καὶ ὀνομαστὶ ἐλέγχειν τοὺς ἀδικοῦντας· αὐτοὶ γὰρ θέλοντες ἀδικεῖν καὶ μὴ ἐλέγχεσθαι, τούτου χάριν ἐπετίμων αὐτοῖς. ὅθεν ὥσπερ αἰνιγματωδῶς καὶ οὐ φανερῶς ἐλέγχονται ὑπὸ τῶν κωμικῶν. „ Etenim variis temporibus restrenatam quodammodo esse hanc Comicorum licentiam, constat quidem, nec tamen ita, ut ullam legem περὶ τοῦ μὴ κωμῳδεῖν τὸν δῆμον aut latam fuisse, aut perpetuo valuisse appareat nisi inde a tempore XXX tyrannorum, quo *media Comoedia* veteri successit: (vid. Schol. Arist. Citt. a Boeckio p. 345. et Petit. L. A. p. 150. cf. Platonius περὶ διαφ. κωμ.) cujus haec erat ratio, ut, quos quis vellet, in scenam producere liceret, modo latenter hoc fieret, neque expresso nomine. Hanc autem Comoediam civibus non minus contumeliosam fuisse colligere possumus ex eo, quod deinceps nova lege coercita est, et *novae Comoediae* locum cessit. Ἔτι δὲ ἐπὶ τὸ πλεῖον προϊούσης καὶ ἐπικρατούσης τῆς κακίας, ἐκωλύθησαν τοῦ αἰνιγματωδῶς ἐλέγχειν καὶ ὑβρίζειν τοὺς κρατοῦντας καὶ ἄρχοντας τῆς πόλεως. Διὸ καὶ τρεῖς διαφορὰς ἔδοξεν ἔχειν ἡ κωμῳδία. Καὶ ἡ μὲν καλεῖται παλαιά, ἡ ἐξ ἀρχῆς φανερῶς ἐλέγχουσα, ἡ δὲ μέση καὶ αἰνιγματώδης, ἡ δὲ νέα μηδ' ὅλως τοῦτο ποιοῦσα πλὴν

ἐπὶ δούλων ἢ ξένων. (Vid. praeterea Vosſ. Inſt. Poet. II. 27. Jonſ. de Scr. Hiſt Phil. I. 5. Petit. L. Att. p. 151.). – Quum igitur pateat Auctoris nostri verba κωμῳδεῖν τὸν μὲν δῆμον – οὐκ ἐῶσιν referri non posse ad tempora veteris Comoediae, cui propria erat haec licentia, intelligantur necesse est de iis decretis quibus interdictum est Comicis τὸ κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος, quae perpetuam legis vim non obtinuerunt ante *Ol.* 94; cujus rei rationem ita reddit d. Grammaticus: αὐτοὶ γὰρ θέλοντες ἀδικεῖν καὶ μὴ ἐλέγχεσθαι, quibuscum optime conſentiunt Auctoris nostri verba: ἵνα μὴ αὐτοὶ ἀκούωσι κακῶς. Quae quum ita ſint, num, quaeſo, veri ſpeciem aliquam habet Schneideri ſententia, qua contendit, haud aliter fieri poſſe quin Auctor noster haec ſcripſerit ante *Ol.* 88, quo tempore conſtat Aristophanem Athenienſem plebem ludibrio habuiſſe? Num enim Aristophanes primus hoc fecit? Nonne de Eupoli et Cratino idem conſtat? Denique, nonne paullatim haec licentia ex ipſa Comoediae indole ſponte fluxerat? Si igitur legem aliquam respicit Auctor noster, (quod e verbis οὐκ ἐῶσιν tuto colligere poſſe nobis videmur), necesse est ut frequens abuſus ejusmodi legi cauſam praebuerit; unde abſurdum fere est ſtatuere licentiam Comoediae reſr natam esse ante illud tempus quo maxime ſe jactavit; praeſertim quum ejus rei ne leviſſimum quidem appareat indicium, et ipſa Auctoris verba multo commodius ad aliud tempus referri poſſint.

§. 8.

§. 8.

Tertium temporis indicium petit Schneid. ex eo loco ubi memoratur *centesima* illa quae in Piraeo solvi solebat (de R. A. I. 17.). Contendit enim e loco Thucydidis VII. 28. (quem §. 6. jam attulimus) abolita centesima vigesimam institutam fuisse *Ol.* 91. *a* 1; quo facto certo concludit argumento, Libellum scriptum fuisse ante hoc tempus. Concederemus manifestissima esse omnia, nisi ipsius loci inspiciendi nobis esset copia, nostrisque oculis videremus Thucydidem d. l. εἰκοστὴν utique memorare, sed de abolita centesima ne cogitare quidem. Si autem verba ἀντὶ τοῦ φόρου eadem notione accepit Schneid. ac si dixisset Thucydides ἀντὶ τῆς ἑκατοστῆς, mira sanequam dicenda est haecce interpretatio, quae vehementer dubito num admittatur. Quod vero dixi Thucydidem de *centesima* ne cogitare quidem, patet hoc ex ipsius loci sententia, quam perspicue exposuit Boeck. Vol. I. p. 344 seqq. Praeterquam enim quod disertis verbis tradit Thuc. hanc *vigesimam tributi loco* esse institutam, nulla mentione facta *centesimae*, quam memorat Auctor noster, manifestum inter utramque est discrimen. Etenim fieri non potest ut *vigesima* illa earum tantum mercium nomine exacta sit, quae a sociis Athenas transvehebantur: quis enim, si ceterum ab omni tributo immunes essent, eos cogeret illuc tantum advehere merces suas? Nonne incertissimus hic fuisset reditus, qui simul maxima commoda atque emolumenta Atheniensium adversariis praebuisset, si sociis, ut plane liberi

essent ab omni tributo, integrum fuisset alio potius quam Athenas sua exportare? Unde minus etiam credibile est, ejusmodi immutationem umquam fecisse Athenienses, πλείω νομίζοντες ἂν σφίσι χρήματα οὕτω προσιέναι. Ex ipso igitur Thucydidis loco probabiliter colligimus hanc *vigesimam* fuisse vectigal quoddam apud ipsos socios exactum, et quidem ab εἰκοςολόγοις; quae sententia firmatur cum ex illa hujus vocis interpretatione quae est in Lex. Seg. Bekkeri p. 185. tum ex loco Arist. Ran. vs. 365. Contra eo loco ubi in nostro Libello memoratur ἡ ἑκατοςὴ — ἡ ἐν Πειραιεῖ, i. e. quae in Piraeo exigi solebat, manifesto res aliter se habet. Loquitur ibi Auctor de variis emolumentis quae civitati inde redibant, quod socii coacti essent Athenas venire, ut caussas suas in judiciis agerent, (πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε.) Inter ea refertur illa ἑκατοςὴ in Piraeo soluta: quae igitur non mercium nomine exigebatur, (non enim veniebant mercandi causa) sed tamquam portorium pro ipsis navibus quae portum intrarent: (quae etiam Boeckii sententia esse videtur; cf. item Schömann. de Com. Ath. p. 286.) Huc accedit quod Aristophanes Vesp. vs. 678. τὰς ἑκατοςὰς inter ea vectigalia enumerat, quae praeter sociorum tributum (φόρον) Atheniensibus redibant: dum modo vidimus τὴν εἰκοςὴν aliquamdiu ipsius tributi (φόρου) locum obtinuisse.

§. 9.

Quod autem quarto loco a Schm. adfertur, de

de judiciis sociorum, cohaeret illud cum primo argumento de tempore quo maris imperium obtinuisse atque amisisse dicuntur Athenienses. Quod si merito a nobis est repudiatum, alterum hoc simul corruat necesse est. Si enim verum est pristinae illius dominationis tempore Athenienses sociis suis jurisdictionem ademisse, et judicia cum publica tum privata ad se transtulisse, quidni (ita jure cum Boeckio quaerimus) idem fecissent, quum iterum eodem potiti essent principatu, nec minus imperiose et superbe quam antea sociis imperarent? Nonne, si hac in parte posteri a proavorum duritie atque iniquitate quodammodo recessissent, credendum est, Isocratem, in Atheniensium illo praeconio, (v. Panath. c. 22 seq.) quum ceteras criminationes diluere studet, hanc laudem memoraturum fuisse, ut eam superioribus vitiis quasi opponeret? Undenam, ceterum, constat illam sociorum conditionem, dum eodem premerentur imperio, fuisse immutatam? Sed fortasse ipse Schneiderus, si ea considerasset, quae supra exposuimus, ab utroque pariter argumento abstinuisset. — Restat ut loquamur de voce *Φόρος*, qua (monente item Boeckio Vol. I. p. 344.) Auctor nostri Libelli usus est, quum tamen post *Ol.* 100. *a.* 4. ei supposita sit lenior vox *σύνταξις*; vid. Harpocr. in v. Etiamsi statuamus decreto publico aut populi scito hoc esse factum, de qua re tamen, quoad scio, non constat, verisimile est hunc euphemismum non nisi in actis publicis aut in orationibus ad populum habitis fuisse receptum. Numquis enim sibi persuadere potest vocabulum *Φόρος*, quod apud Graecos tri-

tributis sociorum designandis proprium erat; (v. Thuc. I. 96. Plut. Sol. c. 15 Oud. ad Thom. Mag. in v.) brevi tempore ita proscriptum esse aut proscribi potuisse, ut postea numquam amplius eo usi sint reliqui scriptores? In libris Xenophonteis nusquam mentio fit συντάξεως; saepius φόρου (in primis notandus est locus Hell. VI. 1. 4.; Isocrates συντάξεις καὶ φόρους conjungit Panath. c. 41.; Aelianus V. H. II. 10. Timothei tempore φόρους memorat. Non est igitur quod vox illa φόρος, qua et utitur Auctor noster, temporis ratione scrupulum nobis injiciat.

§. 10.

Eadem vox φόρος nos ducit ad aliud indicium, quod multo clarius etiam ostendere videtur Libellum non esse scriptum ante finem belli Peloponnesii. Cap. 3. §. 2. inter Senatus munera refertur etiam φόρον δέξασθαι i. e. *sociorum tributum accipere*. Atqui ex Thuc. I. 96. perspicue docemur eo tempore, quo primum Graeciae principatum susceperunt Athenienses, creatos fuisse *pecuniae publicae Quaestores*, qui tributa acciperent. „Καὶ Ἑλληνοταμίαι τότε „πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἳ ἐδέχοντο „τὸν φόρον," (cf. Pollux. VIII. 114. et citt. in Lex. Xen. h. v. Boeck. Vol. I. p. 189.) Praeterea alius etiam pecuniae publicae accipiendae Magistratus (jam inde a Clisthenis tempore) creatus erat, Ἀποδέκται, qui fortasse, postquam sociorum commune aerarium Athenas translatum erat, simul cum Hellenotamiis accipie-

piebant pecuniam, aut etiam accep
debant. (v. Poll. VIII 97. et ib. Hem
171. et ibi citt. Aris'. Polit. VI. 5. 4.
Tittman Griech. Staatsverf. p. 248.
tem, ex iis quae de utrisque prodid
cographi, haud procul a verisimilitu
videtur, Hellenotamias pecuniis soc
accipiendis tum administrandis praefi
dectas cum quaestoribus (*Ταμίαις*)
ipsa civitate. — Quidquid sit, mar
durante primo illo Atheniensium pri
culiarem ad hoc creatum fuisse Magi
que ita Senatum eo tempore nequ
munere functum fuisse. Post clade
Potamos, et extinctam illam Grae
μονίαν, cessante sociorum tributo, c
Hellenotamiarum munus, nec poste
illud lecti sunt (ut ostendit Boeck.
igitur colligere posse videmur, te
rius Principatus, qui inde ab *Ol.*
incipit, ab ipso Senatu hoc munus
ceptum

§. 11.

Sed et alius Libelli locus merito
movet cogitandum esse de tempore
100. *a.* 4. Est ille C. 2. § 5.
discrimen memorat inter eos qui mari
ra imperant. Constat quidem eos
qui post tempora belli Peloponnesi
Graecorum memoriae prodiderunt,
usos esse vocabulis θαλασσοκρατία

ἀρχὴ (1), ad *principatum* illum significandum, de quo inter Athenienses et Lacedaemonios tam acriter certatum est; at non apparet ad hoc usque tempus imperium illud bifariam distinctum, aut inter utrumque populum divisum fuisse. Nam inde a Pausaniae proditione universus Graeciae principatus penes Athenienses erat, (Thuc. I. 96.) quem quidem, Cimonis ducu tam terra quam mari gloriosissime tenuerunt. Proximo quod deinceps sequitur tempore, non minus viguit praecellens illa Atheniensium potentia sub Pericle et Tolmida; et saepius quidem, id quod in primis Themistoclis et Aristidis virtuti debebant (2), memoratum reperimus Athenienses cum copiis navalibus et usu rei maritimae, tum sociorum tributis prae ceteris Graeciae populis valere, nec tamen usquam maritimum a terrestri imperio sejunctum videmus (3). Quum vero bellum a Peloponnesiis contra Athenienses esset decretum, Pericles primus civibus suis ejusmodi consilium dedit, quod potissimum *ad maris imperium*, neglecto terrestri, tenderet, (Thuc. I. 142. Schol. ad Aristoph. Ran. vs. 1500 et 1502.) atque in ipso hoc bello gerendo vulgo apparuit, Athenienses maritimis co-

(1) V. c. Plutarcho Aristid. c. 23. Principatus ille vocatur ἡγεμονία et ἀρχὴ, cf. Nep. Arist. 2. Diodoro XI. 47. ἡ κατὰ θάλατταν ἡγεμονία. vid., Isocr. Paneg. c. 29. Panath. c. 22. et 25. Casaub. ad Athen. p. 596 et ad Polyb. I. 27.

(2) Thuc. I. 93. Diod. XI. 41. Plut. Them. c. 4. Arist. c. 25.

(3) Vid. orationes Peloponnesiorum et Atheniensium ap. Thuc. I. 74. 80. sqq. 121 et 122.

copiis, Lacedaemonios terrestribus praestare. Atque haec ipsa erat causa cur, post Lysandri victoriam, Lacedaemonii paciscerentur ignominiosam illam Atheniensibus conditionem de navibus dedendis; atque deinde iterum, quum Cononis et Thrasybuli tempore in eo essent Athenienses ut maris imperium denuo obtinerent, Antalcidea pace illud impedirent, Graecosque Asiae oram incolentes prodere, quam hanc principatus partem adversariis suis cedere mallent. Inde ab eo tempore imperium illud terra marique fuit penes Lacedaemonios, nec divisum illud esse videtur ante *Ol.* 101. *a.* $\frac{3}{4}$ *A. C.* 374. quo tempore primum de hac imperii divisione inter ipsos Athenienses et Lacedaemonios mentio facta est. v. Xenoph. Hell. VI. 3. 14. et VII. 1. cf. Diod. XV. 38. Nep. Tim. 2. Ex quo fere sequitur Auctorem haec non ante, sed post tempus illud scripsisse.

§. 12.

In Cap. 2. Auctor, quum enumerat commoda quibus fruebantur Athenienses prae aliis Graeciae populis, quaeque repetenda erant cum ex imperio illo maritimo et rei nauticae studio, tum ex ipsius regionis situ, ea respicere videtur quae revera olim facta erant, quaeque ita ipso exemplo comprobaverant, illa quae dicit fieri posse aut solere. Si haec legentes nobis Graecorum historiam inde a bello Persico in memoriam revocamus, videmus quidem nonnulla fortasse (ut Cap. 2. §. 16.) ad ipsa illa tempora belli Persici spectare, pleraque vero ad bellum Peloponnesiacum esse referenda; nec mirum, quum vi-

vitia atque furores democratiae pertractans, nullam partem historiae Atheniensium ante oculos habere posset, unde illustriora peteret exempla. Dum autem singula suis quaeque locis disponimus, ecce, sequitur locus ille (§. 15.) ubi dicit Athenienses, si insulani essent, ab hoc etiam metu immunes fore, ne ipsorum urbs a paucis i. e. ab iis qui paucorum imperio faverent, hostibus proderetur; nec etiam fore ut plebi contraria optimatum factio se opponeret, ea spe ut hostes terrâ in urbem introduceret. Quomodo Auctor, quisquis fuerit, de eo cogitare potuit, nisi revera factum esset, atque ita fieri illud posse exemplo esset comprobatum? Atqui nonne id ipsum quod d. l. memorat, factum est eo tempore quo Theramenes, aliique contrariae factionis principes, primo *Ol.* 92. *a.* ½ *A. C.* 411. reip. formam mutarunt, plebi summum imperium ademerunt, hostes in urbem introducere conati sunt? (Thuc. VIII. 64 sq. et 91. Xenoph. Hell. II. 3. 46.) deinde vero. paucis annis postea *Ol.* 93. *a.* ¾ *A. C.* 405. obsessis a Lysandro Athenis, urbem Lacedaemoniis tradiderunt? (v. Xenoph. Hell. II. 3. 17. sqq. Diod. XIII. 107. XIV. 3. Isocr Areop. c. 27. et in primis Lys. adv. Eratosth. p. 102 sq. et contr. Agorat. p. 118 sq. Tauchn.) — Si igitur ad omnia haec indicia attendimus, temere profecto statueremus *Xenophonti hanc ob causam abjudicandum esse Libellum, quod antiquiorem manifesto prodat scriptionis originem.* Vidimus enim quam debilia sint argumenta quae ad hanc sententiam probandam sunt allata; vidimus praeterea quid ex ipso Libello adferri possit, ut scriptum nisi

etati vindi-
ıdesſe pro-
enienlem,
nis Athe-
ɔnia quo-
ridentur,
ilominus
cınſe-
n antea
ſitionis
'enien-
ıtare,
ıti er-
—
ona-
ıere
ıs,
ıre

CAPUT II.

ANNOTATIO.

Vidimus quibus potissimum rationibus Libellus *de Republica Atheniensium* Xenophonti vindicari possit; num jure tamen vindicetur, dubito. Indicant quidem ea quae huc usque disputavimus, *temporis ratione habita*, fieri posse ut Xenophon Libelli auctor sit, nec tamen revera probant, ita esse statuendum; praesertim quum omnis fere dubitandi causa in ipsius Libelli ratione et oratione posita esse videatur. Gravissimum, fateor, praejudicium illud facit, quod inde ab initio iste etiam Libellus in scriptis Xenophonteis habitus est atque editus; et quamquam, ut jam diximus, non integrum servatum esse videtur, ita ut ejus pars in quibusdam Codd. particulae alterius illius Libelli *de Vectigalibus* sit juncta (1), quidquid utriusque exstat, huc usque semper Xenophontis nomine pro-

(1) Vid. Schn. ad R. A. I. 17. et ad Vect. V. 4.

prodiit. Illud tamen magnopere mirandum videtur, quomodo Boeckio in mentem venire potuerit dicere, tantam in toto orationis habitu similitudinem esse tribus hisce, quae Xenophontis nomine feruntur, opusculis Politicis, *de Lacedaemoniorum Republica*, *de Atheniensium Republica* et *de Vectigalibus Atheniensium*, ut, si unum Xenophonti abjudicetur, eodem omnia fato in perniciem ruant (1). De priore nunc judicium ferre nostrum non est. Quod ad posterius attinet, suo loco vidimus illud et ad didacticum et ad protrepticum genus quodammodo esse referendum, cujusmodi exempla non solum passim in reliquis Xenophonteis scriptis reperiuntur, sed et ad quod item pertinet elegantissimus ille Libellus qui *Hipparchicus* inscribitur; cui, si peculiariter attendimus ad orationem et dicendi genus, simillimus est. Tertius autem ex hisce tribus Libellis, de quo nunc nobis est agendum, et de quo, ita ut in novissimis editionibus sese habet, judicabimus, toto habitu et colore ita ab altero illo differt, ut quomodo quis unum auctorem, unumque orationis genus in utroque agnoscat, plane non capiam. Illud omnino fateor, in libro adeo lacunoso et corrupto vix certum de proprio auctoris stilo judicium reddi posse; at, re bene perspecta, dicendum est, valere illud de uno vel altero eoque minutissimo fragmento; de ejusmodi loco, in quo quod auctor sibi proposuit, et ab initio professus est, pertractatur, non item. Nam, quamquam totius Libelli de R. A. ratio et de-scrip-

(1) Vol. I. p. 48.

ſcriptio non ejusmodi est, ut ordinis ei et perſpicuitatis virtutem Xenophonti propriam tribuere poſſimus, ſingulae tamen partes plerumque (exceptis iis locis qui aperte vitioſi ſunt) ſatis indicant quid Auctor ſibi voluerit. Si vero aut a librario aut ab epitomatore corruptum Libellum esſe ſtatuimus, aut ſi e fragmentis quibusdam Xenophonteis conſarcinatum illum esſe quis contendat; vellem equidem, niſi in toto contextu atque in opusculi conſilio, certe in ſingulis quibusdam locis agnoscere Xenophontem: nam propterea quod totum perierit, et particulae duntaxat quaedam ſervatae ſint, non tamen in iis perierit necesſe est auctoris ingenium atque indoles. Nonne enim in fragmentis illis operis Ciceronis de Republica, nostra aetate collectis atque editis, vel iis locis, in quibus maxime contextus integritas deſideratur, elucet divinum illud Ciceronis ingenium? Nonne ubique vestigia, ſive potius manifestisſima exempla repetita reperiuntur nitoris, elegantiae et gravitatis orationis Ciceronianae? Quidni (ne hujus generis plura excitemus exempla) in Libello de *de Rep. Ath.* Xenophontis ingenium alicubi agnoscimus, si revera ei est tribuendus? Ubinam candor ille et ſimplicitas, quae ſaepius in altero illo *de Vectigalibus* obſervavimus? Ubinam orationis illa concinnitas et perſpicuitas, quae Xenophontem tantopere a reliquis ſcriptoribus illius aetatis distinguunt? Ubinam, ut paucis abſolvamus, locus vere Socraticus aut Xenophonteus? — Quod ſi ad alia ſcripta Xenophon ea attendimus, quae dudum a viris doctis Xenophonti aut abjudicata aut eo indigna habita ſunt, di-

dicendum est, etiamsi in iis fortasse lepores atque veneres Xenophonti propriae desiderari dicantur, ordinem tamen, perspicuitatem et vero etiam dictionem ipsam, Xenophonte haud prorsus indignam esse. Horum omnium in hocce Libello nihil, in quo, omnia aeque aut obscura, aut confusa et turbata sunt. Verborum nexus, structura, dispositio plerisque locis frigida inepta atque insulsa est, nec usquam Xenophonteae venustatis ullum vestigium; ipse praeterea verborum delectus saepe a Xenophonte alienus. Idem plerumque dicendum de sententiis, quarum multae non solum non arguunt Xenophontis ingenium, sed et ita ei repugnant, ut de iisdem rebus aut multo potiora, aut plane contraria ex ipsius scriptis afferri possint. Si autem ad Libelli consilium et rationem attendimus, (quatenus nimirum Auctor sibi constat, et cohaeret ejus oratio) non magis quam in reliquis Xenophontem Socraticum agnoscimus. Ne multa. Age, jam Critica Annotatione, quae diximus sigillatim persequamur, et omnia, quae non videantur esse Xenophontea deinceps, appositis rationibus, exponamus.

CAP. I. §. 1.

„Περὶ δὲ τῆς." Hoc Libelli initium non esse integrum, sed abruptum potius, jam observavit Schneiderus (not. ad h. l.), nec ullum mihi innotuit Xenophontis opus, cui apte haec annecti queant, nec etiam ejusmodi exordii genus, quamquam ceterum saepius in iis aut brevis est, aut statim ipsam rem aggreditur, e reliquis Xeno-

phontis libris cum hoece comparari potest; minime vero omnium adnumerandum est ἀρχαῖς illis προσωδεξάταις, quas Xenophonteae scriptioni proprias tribuit Dion. Halicarn. vid. Comm. P. I. Cap. 3. §. 9.

ὅτι μὲν εἵλοντο τοῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας. Negari nequit horum verborum structuram duri quid simul et inficeti habere, ut jam in primo hujus opusculi ingressu totius scriptionis specimen quasi exhibeant. Si ex iis, quae modo diximus, pene conjiceremus, initium illud περὶ δὲ τῆς κ. τ. λ. fragmenti instar esse abruptum, neque ipsum locum recte *Exordium* dici posse, ex hisce verbis rursus statuendum esse videtur, Auctorem revera hinc scribendi initium fecisse, quum satis aperte significet totius scriptionis consilium, quod simpliciter eo redit: „Se democraticam reip. formam non probare, propterea, quod in ea mali et infimae conditionis „homines potiore sorte utantur, quam boni et „honestiores: Athenienses vero, quum decreverint hac reip. forma uti, prudenter omnia ea agere, quae tendant ad hunc statum „civitatis conservandum." An revera haecce fuerit Xenophontis sententia, post disquiremus. Hoc loco satis sit, observasse, Auctorem nostrum non Atheniensium, sed quamcumque democratiam vituperare, alioqui pro ταῦτον τὸν τρόπον τῆς πολιτείας dicere debuisset τοῦ ταυ. τ. τρ. τῆς δημοκρατίας; itaque in genere eam condemnat; Athenienses i. e. Atheniensium plebem in reip. administrandae ratione laudat. Hoc igitur est Libelli exordium et consilium, neque illud ironice esse dictum, cum ex aliis pa-

tet

ter, ut passim videbimus, tum ex
dem sententiam sine ulla ironiae
petit, v. c. II. 40. III. 8 et
quod de verborum structura dix
net, quod jam statim in hocc
cinnitatem Xenophonteam desid
cile est hujus rei rationem red
quid universe concinnitatis nomin
notandum erit. Concinnitatis n
intelligimus enunciationis quasi
nem, qua verba simul et ad inte
numerum apte sint posita et secu
haereant (1); reddit ea sentent
perspicuitas inde lucratur, sed et
sam longius eam producit, ita u
ca simplicitate, eadem vocabula
repetat, partim vero omnem ing
aut molestam vocabulorum repetit
spicuitati et suavitati in primis
giat. Si ad hanc normam non huj
sed et fere totius Libelli oratio
facile est judicium de neglect
Et omnium maxime notanda esse
jus vitii causa, quae sita est in in

(1) „ Collocationem verborum et f
„ junctorum, ex qua laevitas quaedam
„ merusque efficitur, ita desiderant a
„ ipsa natura ad ejus sensum erudita
„ crebro hiantem, vagam minusque apte
„ menter abhorrere videantur." *Ern.* (
p. 127. *Vid. et Cic. Or c.* 12. *qui et ibi*
„ Collocata autem verba habent ornatum
„ cinnitatis efficiunt, quod verbis mu
„ manente sententia."

R. A. p. 56); non enim conveniunt cum iis, quae de instauratione democratiae Atheniensium, auctore Thrasybulo, tradiderunt historici. v. Xenoph. Hell. Lib. II. in f. Diod. XIV. 33. Andoc. de Myst. Taylor. in vita Lys., melius, nisi fallor, et Xenophontis dictioni magis consentaneum erat: ὅτι μὲν εἵλοντο δημοκρατεῖσθαι μᾶλλον ἢ ὀλιγαρχίᾳ χρῆσθαι, aut brevius etiam, ὅτι τὴν δημοκρατίαν ἀντὶ τῆς ὀλιγαρχίας εἵλοντο (1); cf. Mem. IV. 5. 7. Hell. IV. 8. 27. Cyr. I. 1. 1., ubi pro αἱρεῖσθαι, variata dictione, est, μᾶλλον βούλεσθαι. v. Lex. Xen. v. αἱρεῖσθαι n°. 2.

„τοῦτ' ἀποδείξω — τοῦτο" ἐρῶ. Haec repetitio, quae commode vitari potuerat, idem illud nunc inficetum mihi reddere videtur, quod supra ad elegantem simplicitatem dictionis Xenophonteae retulimus. (v. Comm. P. I. ann. ad Vect. C. 1. §. 2. C. 3. §. 1.)

§. 2.

„δύναμιν περιτιθείς." Quamquam insuetus unius vocabuli usus ipse nostrae caussae non multum prodest, haud abs re tamen erit, subinde etiam hujus discrepantiae notas animadvertere. Verbum περιτίθημι apud Xenophontem nusquam legitur notione *praebendi*, *conciliandi*, tri-

(1) Procul tamen absit, ut ipsum hanc sententiam ad Xenophontem referri velim, de quo infra pluribus exponemus.

Xenophontei ratione habita haec quodammodo ſananda aut ſupplenda esſent, mihi hoc ita fieri posſe dudum videbatur, ut pro ἐνίοις τῶν ἀνθρώπων . . . ., legeremus, οἷς ἔνι τῶν ἀνθρώπων, τούτους τὰ πολλὰ εἰς πονηρίαν φέρει (1), aut elegantius hac Xenophontea periphraſi: τούτοις ἡγεμονική ἐςι πρὸς τὰ πονηρά, ut Cyr. II. 2. 25. (cf. Comm. P. I. C. 3. §. 9.). Sed omnino totus hic locus de paupertatis atque, inde orientis, ignorantiae et ἀπαιδευσίας incommodo, quod necesſario ad vitia et turpitudinem ducat, ſane dignisſimus erat, qui Attico ſale reſpergeretur. Quod ad πονηρίαν attinet, conferri meretur elegantisſimus locus Cyr. II. 2. 23 ſqq. De ἀπαιδευσία et ἀμαθία (quae ceteroquin Xenophonti ſaepius jungi ſolent) cf. Mem. IV. 1. 4., quibus collatis, in primis hujus loci inſulſitas nudatur.

§. 6.

„ Τοῖς ὁμοίοις σφίσιν αὐτοῖς ἦν ἀγαθά. Rurſus inepta plane repetitio in ἀγαθὸν, ἀγαθά; qua notione Xen. uſitatisſima ſunt adjectiva λυσιτελὲς, κερδαλέον, σύμφορον, ὠφέλιμον (et ſubſtant. ὄφελος), quibus opponuntur βλαβερὸν, ἀλυσιτελὲς, ζημιῶδες, κακοῦργος. Deinde non minus inſulſum est illud, τοῖς ὁμοίοις σφίσιν αὐτοῖς, in qua enunciatione praeterea dura quodammodo ellipſis aut breviloquentia inest. Illud nimirum ſibi velle videtur: „ ſi optimates, aut „ ho-

(1) Ita v. c. Ven. XIII. 2. ἀφ᾽ ὧν τοῖς νέοις αἱ μὲν ἡδοναὶ κεναὶ, ἀρετὴ δ᾽ οὐκ ἔνι.

ortum vituperatur, nusquam in Xenophonteis, neque e Socratis, neque ex ipsius Xenophontis sententia, in vitiis democratiae censetur. Vid. (ubi ceteroquin hoc fieri debuisset) Mem. III. 5. 15. III. 2. 10. IV. 7. 14. et praesertim Cyr. II. 2. 17. Denique non tantum non constat, Xenophontem Atheniensium rempublicam usquam in scriptis suis *κακονομίας* nomine dedecorasse, sed et contrarium haud obscure patet ex Oec. IX. 14, ubi Ischomachum haec dicentem facit: „ Ἐδίδασκον δὲ αὐτὴν ὅτι καὶ ἐν ταῖς εὐνομουμέναις πόλεσιν οὐκ ἀρκεῖν δοκεῖ τοῖς πολίταις, ἢν νόμους καλοὺς γράψωνται, ἀλλὰ καὶ νομοφύλακας προσαιροῦνται, οἵτινες ἐπισκοποῦντες τὸν μὲν ποιοῦντα τὰ νόμιμα ἐπαινοῦσιν· ἢν δέ τις παρὰ τοὺς νόμους ποιῇ, ζημιοῦσι." Nonne dicendum est, eum, quum haec scriberet, Atheniensium rempublicam ante oculos habuisse? Nam, licet etiam in aliis Graecis civitatibus idem esset magistratus, (ut apud Lacedaemonios, v. Pauf. III. 11. 2.), non verisimile est, eum, quum et Athenis essent νομοφύλακες (1), hoc quasi indicium protulisse bene constitutae civitatis, nisi revera de ipsa Atheniensium civitate ita judicaret.

„ ὃ γὰρ σὺ νομίζεις." H. l. semel monuisse satis sit, invenustam hanc et rusticam fere dicendi formulam, a Xenophontis consuetudine et ingenio prorsus abhorrere, quum nusquam illa utatur, nisi in dialogis, aut ubi peculiariter in alicujus gratiam quid scribit, v. c in Lib. *de Re Equestri*, *Hipparchico*, *de Vectiga-*

(1) Vid. Cic. de Leg. III. 20. rn. in Clav.

τοῖς τοὺς νόμους τίθενται, pronomen αὐτοῖς rursus nihil habet, quo referatur, nisi ex antecedente δῆμος intelligamus Ἀθηναίοις; quod tamen non solum durum, sed et huic loco propterea minus aptum est, quod prima hujus §. verba fere indicare videntur Auctorem de *εὐνομίᾳ* in genere loqui, quum, si ad Atheniensium duntaxat civitatem haec essent referenda, exspectasses ejusmodi quid: εἰ δὲ βούλει τὴν Ἀθηναίων πόλιν εὐνομεῖσθαι, aut εἰ δὲ τῇ Ἀθηναίων πόλει εὐνομίαν ζητεῖς. Ceterum habemus rursus h. l. ineptam repetitionem voc. χρηστοὶ, quae commode vitari potuerat.

„ εἰς δουλείαν καταπέσοι." Observandum est Xenophontem nusquam, prout h. l., notione metaphorica usum esse verbo καταπίπτω, nec dissimulo, mihi hanc dictionem invenustam quodammodo et frigidam videri. Eleganter Xenophon alibi dicit, ἐξ ἐλευθέρων δοῦλοι γίγνονται, qua structura frequentissime utitur. Vid. Mem. IV. 2. 29. Cyr. III 1. 17. VIII. 3. 39. An. VII. 4. 24. VII. 7. 28. de Re Eq. I. 17.; aut etiam cum praepos. ἀντὶ, ut Hell. III. 5. 13., ἀντὶ γὰρ ἐλευθερίας διπλῆν αὐτοῖς δουλείαν παρεσχήκασιν. Sic etiam Mem. I. 3. 11.

§. 10.

„ ὑπεκστήσεται." Verbum ὑπεξίστασθαι, quamvis a Grammaticis receptum, praeterquam in hocce Libello, apud Xenophontem non legitur. Ea notione, qua h. l. intelligendum esse videtur (*e via cedere*) dicit ἐξίστασθαι et παραχωρεῖν ὁδοῦ, a quo distinguitur, *e sedibus surgere*, ἐξανίστασθαι

et *ὑπανίςασθαι θάκων*; vid. Symp. IV 31: *ὑπανίςανται δέ μοι ἤδη καὶ θάκων, καὶ ὁδῶν ἐξίςανται οἱ πλούσιοι.* et Hier. VII. 2., *ὑπανιςῶνται δ' ἀπὸ τῶν θάκων, ὁδῶν τε παραχωρῶσι.* cf. ib. §. 7.

„ *τὸν Αθηναῖον δοῦλον.*" Haec item verba manifesto praepostere ſunt poſita, quum ita potius ſcriptum exſpectaremus: *οἰηθεὶς εἶναι δοῦλον, Αθηναῖον ἐπάταξεν ἄν*, i. e. ", ſaepe quis „ civem Athenienſem, putans eum ſervum esſe, „ percuteret." Si autem ita intelligendus est hic locus, *τὸν Αθηναῖον* est pro *πολίτην*, aut, ut melius *τῷ δοῦλον* oppoſitum ſit, pro *ἐλεύθερον*:, ſed dubito rurſus, num ex uſu Xenophontis. Hic enim voce *Αθηναῖος* (ſubſt.) uti ſolet, tamquam gentili, v. c., *τοῦ Εὐαλκοῦς υἱέως Αθηναίου.* Hell IV. 1. 40. Vid. et VII. 1. 35. Saepe vero etiam discriminis aut emphaſeos cauſa, ut: *ὃ εἶπεν ὁ Αθηναῖος.* Hell. VII. 1. 37., quum ibi et alii adſint legati. Atque ita in aliis locis *Αθηναῖος* pro cive Athenienſi peregrino opponitur, e. gr. apud Demosth. contr. Neaer. p. 1375., adv. Polycl. p. 1215. Plat. Men. c. 33. et ſqq. Quid vero, ſi *Αθηναῖον* ut adjectivum interpretamur, quod ab auctore Lexici Xenophontei factum videmus? Vereor, ut hac ratione perſpicuitati magis conſultum ſit. An *δοῦλος Αθηναῖος* recte dicatur pro ſervo, qui Athenis vivit, ſive publicus est, ſive privato addictus in ſervitutem, vehementer equidem dubito (1). Apud Xenophontem nullum am-

(1) Alia ratio est hujus dicti ap. Plat. Alcib. I. 31. *ἀλλὰ τῶν ἄλλων Αθηναίων ἢ τῶν ξένων δοῦλον ἢ ἐλεύθερον εἰπέ, ὅςις αἰτίαν ἔχει κ. τ. λ.*

ambiguae hujus dictionis exemplum exſtat. Quid etiam hac ſententia illud τὸν ante Ἀθηναῖον ſibi vult? Aut quid est, quod hac verborum ſtructura verbum ἐπάταξεν ἂν accuſativo objecti deſtituatur, qui nunc dure admodum intelligendus est, ut ſit: πολλάκις ἄν (τις τοιοῦτον) οἰηθεὶς εἶναι τὸν Α. δ. ε. α.: aut etiam (ſi verborum magis quam rerum ordinem ſpectamus), εἰ νόμος ἦν — τύπτεσθαι, πολλάκις ἄν (τις) ἢ τὸν μέτοικον ἢ τὸν ἀπελεύθερον, οἰηθεὶς κ. τ. λ., quae tamen non cohaerent cum ſeq. δῆμος? Prout igitur h. l. verba diſpoſita ſunt, quoquo modo illud Ἀθηναῖον intelligamus, jure cuivis jejuna admodum, nec a Xenophontis manu profecta eſſe videbuntur.

§. 11.

„ἵνα λαμβάνωμεν." Inter varias emendationes et conjecturas, quas h. l. propoſuerunt viri docti, nulla magis placet quam Heindorfii: ἵνα λαμβάνωμεν, ὧν ἂν πράττῃ τὰς ἀποφορὰς, niſi quod ita πράττῃ abſolute, prout h. l. poſitum notionem habet verbi ἐργάζεσθαι, quod fere ſolemne est de *opera mercede aliis locanda*, cujus tamen exempla in Libris Xenophonteis deſidero. Deinde offendit rurſus durus ille tranſitus, et Xenophontis orationi plane alienus, a φανεῖεν ad λαμβάνωμεν, praeſertim quum et αὐτόθι praeceſſerit. Quid, ſi pro λαμβάνωμεν, reponimus λαμβάνω ὧν α. π. τ. α., ut ita lenior ſit tranſitus ad ea, quae ſequuntur, ἐμὸν et ἐμὲ? Sed ne ſic quidem ulcus illud ſanatur. Non melius res ſeſe habet, ſi ad postrema

ma verba ἐλευθέρους ἀφιέναι attendimus, quorum structura saltem omnibus et periodi et numeri legibus repugnat, et mihi quidem Xenophonte prorsus indigna videtur.

„ ὅπου δ' εἰσὶ πλούσιοι δοῦλοι." Jam ab Heindorfio observatum est, (quod facile cuivis in oculos incurrat), scribendum h. l. fuisse, ὅπου δὲ οἱ δοῦλοι πλούσιοι εἰσὶ. Ceterum, ne rursus ad inanes verborum repetitiones, nec ad ipsam orationis jejunitatem subsistamus, operae pretium est attendere ad argumenta, quibus h. l. causam suam egit Auctor noster. Inde a § 10. loquitur de servorum et inquilinorum *immodestia et licentia* (ἀκολασία), quum ne civibus quidem liceat servum percutere. Cujus rei nullam aliam adfert causam, nisi quod externo habitu et vestitu distingui nequeunt a pauperioribus civibus. At haec non esse poterat vera *causa* hujus immodestiae, quam tamen h. l. jure exspectasses. Melius quodammodo sequerentur, quae legimus deinceps §. 11., ὅπου γὰρ — περὶ ἑαυτοῦ. Quae verba, si rationem reddunt servorum luxuriae et licentiae, videamus, quo modo cum reliquis cohaereant. „ Primo," inquit, „ quia, ubi copiae „ sunt navales, ibi indulgendum est servis, ut „ domini ab iis partem stipendii nautici (ἀπο„ φορὰς) accipiant." (1) Nihil h. l. de ipso bello maritimo, quae praecipue hujus licentiae causa erat, (vid. Arist. Nub. vs. 7. ib. interpp.) neque etiam de frequenti manumissione servorum (2), qui, in expeditione navali militantes, vic-

(1) Cf. Boeck. l. c. I. p. 79 et 281.

(2) Verba Auctoris ἐλευθέρους ἀφιέναι ipsa sententia pos-

victores fuerant. Arist. Ran. vs. 33 et 705. ib. Schol. et interpp. cf. Xen. Hell. I. 6. 24. Palmer. Exerc. p. 774. „ Deinde, ubi servi sunt „ divites, ibi non prodest *meum* servum *te* timere; nam si *tuus* servus *me* timet, periculum est, ne suas opes tradere debeat, ne ipse „ de sua salute periclitetur." (*ὥςε μὴ κινδυνεύειν περὶ ἑαυτοῦ.*) Haec postrema verba, quamquam non nisi obscure admodum, quid sibi velit Auctor, significant, rursus ad *ἀκολασίαν* spectare videntur, sed ita ut ex iis fere appareat, longe aliam fuisse causam hujus licentiae quam illam, quae initio ab Auctore fuerat memorata: divitias autem (et haec sine dubio h. l. erat res primaria), unde habuerint servi, non indicatur, nisi quatenus e mentione *τῶν ἀποφορῶν* conjicere licet. Concluditur tandem tota argumentatio his verbis: *διὰ τοῦτο οὖν ἰσηγορίαν καὶ τοῖς δούλοις πρὸς τοὺς ἐλευθέρους ἐποιήσαμεν.* Utrum propter servorum licentiam, an propter eorum divitias, an vero propter emolumenta, quae inde capiant domini? Res est ambigua atque obscura, et totus hic locus ita consarcinatus,

. . . . . ut nec pes, nec caput uni
Reddatur formae (1).

Equidem vererer, ne injuriae crimine me adstringerem, si ista tribuerem Xenophonti Socratico, qui ab ipsis veteribus, iisque eloquentiae studiosis atque peritis dictus est *ἐλεγκτικὸς καὶ καθαρὸς* *τοῖς*

postulante, non significant *manumittere* sed *indulgere*. vid. nota Schneid.

(1) Hor. A. P. vs. 8.

τοῖς ὀνόμασι, καὶ σαφὴς καὶ ἐναργὴς, καὶ κατὰ τὴν σύνθεσιν ἡδὺς καὶ εὔχαρις. (1)

„ Κινδυνεύσει — κινδυνεύειν περὶ ἑαυτοῦ." Ad h. l. conferatur Xenophon in Hier. VII. 8, Καὶ δῶρα γε διδόασιν οἱ πολλοὶ τούτοις οὓς μισοῦσι, καὶ ταῦτα ὅταν μάλιςα φοβῶνται, μή τι κακὸν ὑπ' αὐτῶν πάθωσιν.

§. 12.

„ ἰσηγορίαν — ἐποιήσαμεν." Ἰσηγορία illa ſervis et inquilinis conceſſa merito ſuſpecta eſſe videtur. Univerſe ἰσηγορία ſignificare videtur, *jus libere loquendi apud aliquem*. Qua notione ea voce utitur Polyb. V. 27. vid. Ern. Gloſſ. Polyb. h. v. Apud Xenophontem, praeterquam in illo loco Cyrop. I. 3. 10., ubi jocoſe loquitur, quum omnes ſimul garriunt, ἰσηγορία non memoratur. *In civitate* vero ſtatuendum videtur (praeſertim ſi ad vocabuli originem attendimus), ἰσηγορίαν de *ſolis civibus* dici, et quidem de ea libertate, quae in democraticis rebuspublicis, plebi *aequale* cum optimatibus ſententiam dicendi et ſuffragii ferendi *jus* concedit, qua notione ſaepe ἰσηγορία et ἐλευθερία juncta reperiuntur., v. c. Demosth. Mid. p. 555. Cf. in primis Dem. Rhod. lib. p. 195., uti et locum modo cit. ex Epitaph. p. 1397. Herod. V. 78. Dion. Halic. Ant. Rom. L. X. p. 641. Moer. h. v. et ib. interpp. Subinde conjungitur cum παῤῥησία, ut apud Polyb.

(1) Dion. Hal. Vol. II. p. 79.

lyb. VI. 7., imo Isocrat. (Archidam. c. 41.) utramque vocem ita distinguit, ut *ἰσηγορίαν* ad liberos, *παῤῥησίαν* ad servos referat: *ὡς ἔςιν ἓν τῶν αἰσχρῶν, πρότερον μὲν μηδὲ τὰς τῶν ἐλευθέρων ἰσηγορίας ἀνασχέσθαι, νῦν δὲ καὶ τὴν τῶν δούλων παῤῥησίαν ὑπομένοντας φαίνεσθαι.* Cf. et Isocr. Areopag. c. 8. ib. Berg. — Quaenam igitur *juris civilis aequalitas* servis concessa sit, mirum videri debet. Nam de concionandi libertate in comitiis sermo esse non potest, quum extra dubium sit, servos Athenis inde fuisse prohibitos. Vid. Petit. L. A. p. 286. Schoem. de Com. Ath. p. 80 (1). Quod ad *inquilinos* attinet, res non minus obscura est. Constat enim, inter eorum privilegia, praeter ipsum Athenis habitandi jus, in primis fuisse *ἰσοτελείαν*, ita ut alii simpliciter *μέτοικοι*, alii *ἰσοτελεῖς μέτοικοι* essent. Vid. praeter l.l. citt. in Lex. h. v. etiam Wolf Proleg. ad Demosthenis Lept. p. 67, Quale fuerit hoc *ἰσοτελείας* privilegium, ita nobis a Grammaticis est traditum, ut plene atque ex omni parte de eo statuere nobis non liceat. Attamen ipsum nomen indicat, primarium illud fuisse: *τὰ ἴσα τοῖς ἄςοις τελεῖν* (ut est in Lex. Seguer. p. 267 cf. Ruhnk. ad Tim. p. 151), ita ut *μετοικίου* immunitate fruerentur, civium jura non haberent, et ita medii quodammodo essent inter *μετοίκους* et *δημοποιήτους* (*cives adscriptitios*) (2). Inde verisimile videtur *ἰσοτελεῖς* non

(1) Locus tamen ex Aristophane allatus magis ad sacra quam ad comitia referendus esse videtur.

(2) Habebant hi, ut et Πλαταιεῖς, civium jura, salva

non habuisse jus suffragii (prout statuit Wolf. Prol. ad Lept. p. 70 eumque secutus Schoem. de Com. Ath. p. 81.). Vid. Boeck. II. p. 77. sqq., quamquam a Grammaticis quidem nihil diserte de hac re affirmatur, sed si habuissent, non diversi fuissent a *civibus adscriptitiis* (δημοποιήτοις), a quibus tamen perpetuo distinguuntur. Deinde, ad quosnam pertinet frequentissima illa Oratorum et Comicorum querela de nimia eaque perniciosa facilitate, qua Athenienses civitatem peregrinis impertiebantur (1)? Certe non ad *inquilinos*, quibus Athenis tantum habitandi privilegium erat concessum, sed ad eos, qui in civium numerum recepti, in comitiis perniciosa reip. consilia dabant: neque umquam hujusmodi quid ad *inquilinos*, in quorum numero item censendi sunt ἰσοτελεῖς μέτοικοι, (v. Valck ad Ammon p. 113.) spectare animadvertimus, quos, contra, omnibus modis in civitatem allicere studebant, cujus exemplum exstat in Xen. Vect. C. 2. Denique haud verisimile est, ἰσοτελείας immunitatem, quam saepe ob minores etiam utilitates concessam aut promissam videmus, (vid. Vectig. IV. 12. Hell. II. 4. 25. ib. Morus) simul complexam esse jus illud civitatis, quod inde a Solonis tempore saepe variis legibus restrictum, tandem ut unius ἀνδραγαθίας prae-

ra quadam exceptione quae ad sacra et ad Archontis munus pertinet; Dem. contr. Neaer. p. 1375. sq. cf. Schoem. de Com. p. 73.

(1) Vid. omnino Dem. de Contrib. p. 173. Isocr. Pac. c. 17. Aristoph. Ran. vs. 730.

praemium tribui poterat, atque adeo non nisi frequentissimis comitiis totius populi. Vid. Dem. cont. Neaer. p. 1375. Petit. L. A. p. 204 sqq. Meurs. de Fort. Att. C. 5. — Si igitur ἰσηγορία de civili privilegio verba in concione faciendi est intelligenda, non magis ad *inquilinos* quam ad *servos* pertinet. Si vero latiore sensu dictum est pro *loquendi libertate*, quae apud infimae classis homines proxime ad immodestiam et licentiam ducit, mirandum est, Xenophontem, diligentissimum ceteroquin in verborum delectu, adeo ambigue et obscure locutum esse, praesertim quum ea notione unice vocabulum παῤῥησία et παῤῥησιάζεσθαι apud Atticos in usu sit. Vid. e. gr. Dem. Phil. III. p. 111. (qui locus, quum proxime huc pertineat, adscribendus est): „ ὑμεῖς τὴν παῤῥησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων οὕτω κοινὴν οἴεσθε δεῖν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει, ὥστε καὶ τοῖς ξένοις καὶ τοῖς δούλοις αὐτῆς μεταδεδώκατε· καὶ πολλοὺς ἂν τις οἰκέτας ἴδοι παρ' ὑμῖν μετὰ πλείονος ἐξουσίας ὅ τι βούλονται λέγοντας, ἢ πολίτας ἐν ἐνίαις τῶν ἄλλων πόλεων." Cf. item Plat. Gorg. p. 461. F. Denique si hunc Libelli nostri locum, comparamus cum iis, quae exstant in Vectig. c 2., dicendum est Xenophontem, si utriusque Libelli auctor est habendus, parum rursus sibi constare, quum in altero illo tantum absit, ut inquilinorum immodestiam et licentiam e privilegiorum largitione ortam, reprehendat, ut potius nova quaedam iis concedenda suadeat, quibus eorum benevolentiam magis sibi concilient cives, simulque civitatem majorem et validiorem reddant; (d. l. §. 5.) dum h. l. nihil dicit de

eo-

eorum divitiis, nihil de immunitate (*ἀτέλεια*) quae, ob operam in argentifodinis collocatam, iis publice erat promissa (Vectig. IV. 12) (1).

§. 13.

„ *καταλέλυκεν ὁ δῆμος.*" Si ea est hujus loci sententia, quam tribuit ei Schneiderus: „ populus exercitia gymnica et musica abrogavit et antiquavit, tamquam sibi non convenientia," novum et inauditum videri debet verbum *καταλύειν τινὰ* hac notione: *impedire s. vetare, ne quis exerceat*; eodem hoc redit ac illud, quod idem adfert, *τοὺς ἐπιτηδεύοντας* esse pro *τὸ ἐπιτηδεύειν.* Xenophontem in hisce agnoscat, qui velit. Equidem hoc non magis, quam reliqua, ei tribuere audeo.

„ *νομίζων τοῦτο οὐ καλὸν εἶναι.*" Si haec sana sunt, ineptissima rursus est *ταυτολογία.* Adjectivum *δύνατα* nihil aliud esse potest quam, *id quod non licet, non decet*; (cf. Lex. Xen. in. v.) Hoc autem jam dixerat in *οὐ καλόν.* Fuit, quum conjicerem, *γνοὺς ὅτι τοῖς δυνατοῖς τ. ε. ε.* restabat tamen parum elegans repetitio participiorum *γνοὺς* et *νομίζων.* Levi mutatione igitur sic restitui posset: (2) *νομίζων μὲν τοῦτο καλὸν εἶναι, γνοὺς δὲ ὅτι οὐ δυνατός ἐστιν ταῦτα ἐπι-* τη-

(1) Ibi enim voci *ξένων*, sine dubio etiam intelliguntur *inquilini*, prout saepe hoc communi nomine opponuntur *τοῖς πολίταις.* v. Mem. IV. 4. 17. vid. Wolf. Pro ad Lept. p. 66 sqq.

(2) Aliter quodammo emendavit Orellius ad Isocr. Orat. de Permut. p. 343.

τηδεύειν. Certe magis Xenophonteum esset, quum Hell. V. 2. 23. ejusmodi verborum structuram legamus: ἐδίδασκον ὡς ταῦτα καλὰ μὲν εἴη τὰ ψηφίσματα, οὐ μέντοι δυνατὰ ταχὺ περανθῆναι.

„ γιγνώσκουσιν." Si animadvertimus, qua notione praecesserit modo, γνοὺς et §. 3. γιγνώσκει γὰρ ὁ δῆμος, eadem notio sine dubio huic verbo γιγνώσκουσιν tribuenda est, (cf. mox §. 14 et 18.) ut sit: *agnoscunt*, *intelligunt*, *perspiciunt*. Sed quid est, quaeso, „ plebs „ intelligit divites choris sumtus praebere, plebem choros obire?" Sine dubio interpretandum est (qua tamen elipsi certe nunquam usus est Xenophon), γιγνώσκουσι ὅτι κερδαλεώτερον, λυσιτελέςερον ἐςὶ τοὺς πλουσίους χορηγεῖν κ. τ. λ., atque ita fere Xen. Cyr. IV. 2. 25. Hell. V. 4. 36.

ἵνα αὐτός τε ἔχῃ, καὶ οἱ πλούσιοι πενέςεροι γίγνωνται. Quae hic adfertur ratio, minime certe Xenophontem auctorem arguit, quod cum aliunde, tum in primis e perversa argumentandi et judicandi modo patet. Notum est, Athenis ditiores praecipuas λειτουργίας civitati sustinuisse, in iisque etiam illas fuisse, quas h. l. enumerat, χορηγίας, τριηραρχίας, γυμνασιαρχίας: pauperiores contra mercede conductos in his operam suam praestitisse, ita ut revera haec pars civitatis ex altera victum quaereret, vitamque sustentaret. Si quis igitur quaerit, quamnam ob causam pauperiores hoc sibi faciendum ducerent, an umquam probabilem eam esse rationem credat, quae hic adfertur: *ut divites pauperiores fierent?* Nonne, si hoc verum esset

πόλει γεγένημαι, οὐκέτι δὲ ἀπειλοῦμαι, ἀλλ' ἤδη ἀπειλῶ ἄλλοις, ὡς ἐλευθέρῳ τε ἔξεστί μοι καὶ ἀποδημεῖν καὶ ἐπιδημεῖν. ὑπανίστανται δέ μοι ἤδη καὶ θάκων, καὶ ὁδῶν ἐξίστανται οἱ πλούσιοι. Καὶ εἰμὶ νῦν μὲν τυράννῳ ἐοικὼς, τότε δὲ σαφῶς δοῦλος ἦν. καὶ τότε μὲν ἐγὼ φόρον ἀπέφερον τῷ δήμῳ, νῦν δὲ ἡ πόλις τέλος φέρουσα τρέφει με. — Καὶ μὴν ὅτε μέν γε πολλὰ εἶχον, ἀεί τι ἀπέβαλλον ἢ ὑπὸ τῆς πολεως ἢ ὑπὸ τῆς τύχης· νῦν δὲ ἀποβάλλω μὲν οὐδὲν, (οὐδὲν γὰρ ἔχω) ἀεὶ δέ τι λήψεσθαι ἐλπίζω. — Elegantisſimus hicce locus plene et perſpicue exhibet utrorumque conditionem. Nonne dicendum, ſi Xenophon ille idem hunc Libellum de R. A. ſcripſisſet, eum haec aut his ſimilia hoc loco expoſiturum fuisſe, praeſertim quum Auctoris conſilium ſit ostendere, quibus rationibus plebs, ceterorum commodis neglectis, ſibi conſulat, quas rationes ex animi ſententia probat, dicens: αὐτὸν μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη ἐστίν. (C. 2. §. 20.)

§. 14.

„ Ἐν δὲ τοῖς δικαστηρίοις." Haec manifesto aut loco ſuo mota ſunt, aut lacuna laborant. Certe, ſi, ita ut nunc ſunt, ex Auctoris manu ſunt profecta dicendum est, locum mancum admodum esſe et male cum reliquis cohaerere. Quum enim de iis emolumentis agere inſtituisſet, ex quibus pauperiores victum ſibi quaerebant, quaeque magis ad plebis, quam ad civitatis commodum ſpectabant, quidni eadem illa perſequitur,

qua-

quatenus ad mercedem judicum pertinet? (1). Num quis ejusmodi negligentiam in Xenophontis libris deprehendat, aut a Xenophonte exspectet?

„ *οἱ ἐκπλέοντες.*" Quinam sint, rursus obscurum est. Xenophonti verbum *ἐκπλεῖν* fere usurpatur de expeditione maritima suscipienda, quod non est hujus loci. Si, ex Schneideri sententia, intelligendi sunt *ἐπίσκοποι* et *φύλακες*, quos in subditorum terras mittere solebant Athenienses, (Schol. Aristoph. Av. vs. 1022., Harpocr. in v.) quidni ex more Atticorum his vocibus usus est? Si quid igitur mutandum, reponerem *ἐπισκοποῦντες.* Utitur enim Xenophon verbo *ἐπισκοπεῖν*, ea notione, quam h. l. intelligit Schneiderus, Oec. IV. 6. Hell. V. 2. 8. Sed quinam intelligendi sint, mox ipse Auctor noster declarat §. 18. Cf. annot. nostra ad §. 19.

„ *συκοφαντοῦσι.*" Si Xenophon verus hujus Libelli auctor est, jure rursus mirum cuivis debet videri, eum, quum praecipuo loco *τὰς τῶν πονηρῶν πλεονεξίας* in civitate recenseat, de sycophantarum artibus erga ditiores ne verbum quidem memorasse, praesertim quum non uno loco de eorum nequitia exposuerit. Vid. Hell. II. 3. 12., Mem. II. 9., Symp. IV. 30. (2).

„ *ὡς δοκοῦσι.*" Si sana est lectio, (de quo fere dubitandum) nulla alia notio his verbis tribui potest, nisi, *ut videntur*; sed absurdum

(1) Vid. de eo Aristoph. Ran. vs. 1503. Ib. Schol.

(2) Aristoph. Plut. vs. 30. hujus generis homines conjungit: *ἕτεροι δ' ἐπλούτουν, ἱερόσυλοι, ῥήτορες, καὶ συκοφάνται, καὶ πονηροί.*

dum est Auctorem ita loqui, qui in omnibus sese civitatis instituta et mores probe nosse profitetur: tum δοκεῖν absolute ea significatione non dicitur (1), neque etiam, si dicere voluisset: *ut ipsi videtur*; ita saltem nusquam Xenophon. Scribi fortasse potuit: ὡς δοκεῖ σφι, quod, si locus esset emendandus, reponerem. De permutatione syll. ου et ει in Mss. vid. Bast. Comm. Palaeogr. p. 760.

„ εἰ δὲ ἰσχύουσιν - οἱ ἰσχυροὶ." Hoc quidem non minus inficetum est, ac si dixisset, εἰ δὲ πλουτοῦσιν οἱ πλούσιοι. Ἰσχυροὶ enim sunt, qui, sive auctoritate, sive opibus, sive ipso numero in civitate reliquis praestant, *potentiores*, v. Mem. III. 7. 5., Hell. II. 3. 18. Melius igitur fuisset, οἱ βέλτιστοι, χρηστοι, δύνατοι. Vid. etiam de v. ἴσχυς et ἰσχυρὸς Plat. Protag. c. 99. et sqq. (Heind.). Praeterea, quae hic refert Auctor de plebis odio erga sociorum optimates, non solum, ut modo videbimus, rei naturae et rectae rationi repugnant, sed et iis, quae alibi retulit ipse Xenophon. Si enim ea fuisset indoles democratiae Atheniensium (nam rursus attendendum est, Auctorem non ad solos plebejorum furores, v. c. tempore belli Peloponnesii, respicere), numquam fieri potuisset, ut in sociorum civitate locupletiores Atheniensium partibus faverent, quod tamen apud Methymnaeos factum esse, narrat Xenophon. Hell. I. 6. 13. (2) Quae igitur hic traduntur, vera sint li-

(1) Cf. annot. Mori et Zeunii, qui locum varie emendant.
(2) *Divites* ibi dicuntur οἱ τὰ πράγματα ἔχον-

licet, admodum illa discrepant cum ab hujus libelli consilio, tum ab iis, quae ipse Xenophon de hac re alibi retulit. Idem plane dicendum de iis, quae sequuntur:

§. 15.

„τοῖς δὲ δημοτικοῖς — ἐπιβουλεύειν." Rursus nobis h. l. in memoriam revocanda sunt Auctoris verba: ὡς εὖ διασώζονται τὴν πολιτείαν. Si Xenophon illud dixisset, jure ab eo exspectaremus, non solum ut nobis enumeraret et quasi percenseret commoda, quibus plebs et pauperiores cives Athenis fruebantur, (in quo tamen jam modo vidimus, quantopere ab Auctore hujus libelli discrepet), sed et inprimis, ut veram ostenderet rationem, qua suam rempublicam suumque imperium sibi salvum atque incolume servari studebant. At Auctor noster oblitus, ut videtur, eorum, quae in principio hujus opusculi dixerat, postremum hoc prorsus negligit. Videamus, an non probabilis adferri possit ratio, quare suspicemur, Xenophontem, si hoc loco sententiam suam proferre voluisset, alia scripturum fuisse. Notum est, quam misera, multis nominibus, apud Graecos earum civitatum fuerit conditio, quae societatis titulo Atheniensium aut Lacedaemoniorum dominationi erant subjectae. Constat primam illam, eamque justam tributorum descriptionem, quam

ἔχοντες. vid. Moer. in v. χρήματα ll. citt. in Lex. Xen. in iis v. et Abresch. diluc. Thuc. p. 677.

quam suae civitatis in gratiam fecerat Aristides, deinceps paullatim a demagogis ad triplicem fere summam fuisse auctam, non tam ob majores belli impensas, quam ob publicas largitiones, et immodicos ludorum spectaculorumque apparatus; (Plut. Aristoph. c. 24., Demosth. Phil. I. p. 50 R.); eam denique tributorum exactionem sociis Atheniensium saepe adeo intolerabilem fuisse, ut e suis sedibus migrare, aliasque terras petere coacti essent. Vid. Thuc. I. 77., Diod. XI. 70., Isocr. Panath. c. 22 sq. Cf. Boeck. Vol. I. p. 431. Hanc avaritiam asperitatemque dominationis socios frequenter, si modo opportunum daretur tempus, ad defectionem impulisse, non mirum est, quod luculenter exposuit Thucydides I. 99., „ *Αἰτίαι δὲ ἄλλαι τε ἦσαν τῶν ἀποστάσεων, καὶ μέγισται, αἱ τῶν φόρων καὶ νεῶν ἔκδειαι, καὶ λειποστράτιον, εἴ τῳ ἐγένετο. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι ἀκριβῶς ἔπρασσον, καὶ λυπηροὶ ἦσαν, οὐκ εἰωθόσιν οὐδὲ βουλομένοις ταλαιπωρεῖν προσάγοντες τὰς ἀνάγκας.* „ Sed ex iis, quae in hoc loco sequuntur, apparet, quaenam esset vera caussa, quare iidem illi socii, si res ad bellum veniret, imparati, neque idoneis copiis nauticis instructi arma susciperent: " *διὰ γὰρ τὴν ἀπόκνησιν ταύτην τῶν στρατειῶν, οἱ πλείους αὐτῶν, ἵνα μὴ ἀπ' οἴκου ὦσι, χρήματα ἐτάξαντο ἀντὶ τῶν νεῶν τὸ ἱκνούμενον ἀνάλωμα φέρειν. καὶ τοῖς μὲν Ἀθηναίοις ηὔξετο τὸ ναυτικὸν ἀπὸ τῆς δαπάνης, ἣν ἐκεῖνοι ξυμφέροιεν, αὐτοὶ δὲ, ὁπότε ἀποσταῖεν, ἀπαράσκευοι καὶ ἄποροι ἐς τὸν πόλεμον καθίσταντο* (1). Thucydides ipsos socios

(1) *ἄποροι*, i. e. *ἀδύνατοι*, *qui non satis validis ar-*

cios hujus rei caufam esſe cenſet, cumque eo conſentit Plutarch. Cim. c. 11., qui tamen ſimul ostendit, quam callido conſilio, auctore in primis Cimone, hanc ipſam ſociorum negligentiam in ſuos usus verterint Athenienſes: „Κίμων δὲ τὴν ἐναντίαν ὁδὸν ἐν τῇ στρατηγίᾳ παρευόμενος, βίαν μὲν οὐδενὶ τῶν Ἑλλήνων προσῆγε, χρήματα δὲ λαμβάνων παρὰ τῶν οὐ βουλομένων στρατεύεσθαι, καὶ ναῦς κενὰς ἐκείνους εἶα δελεαζομένους τῇ σχολῇ περὶ τὰ οἰκεῖα διατρίβειν, γεωργοὺς καὶ χρηματιστὰς ἀπολέμους ἐκ πολεμικῶν ὑπὸ τρυφῆς καὶ ἀνοίας γινομένους. τῶν δ' Ἀθεναίων ἀνὰ μέρος πολλοὺς εμβιβάζων, καὶ διαπονῶν ταῖς στρατείαις, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τοῖς παρὰ τῶν συμμάχων μισθοῖς καὶ χρήμασι δεσπότας αὐτῶν τῶν διδόντων ἐποίησε." — Ex his igitur, patet quaenam fuerit vera cauſa, cur *pecunias* ſibi a ſociis tributi nomine ſolvi mallent Athenienſes, eamque cauſam Xenophon, ſi demonſtrare voluisſet ὡς εὖ διασώζονται τὴν πολιτείαν, num reticuisſet, eique ſubſtituisſet aliam, quae, ſi rurſus plebis conſilium ſpectamus, non minus, quam altera illa de ditioribus ad paupertatem redigendis, eorum ſtoliditatem indicasſet? Nam ſi, pecuniae tributo a ditioribus exacto, revera adeo ad inopiam depresſisſent ſocios, ut hi omnem mercutarae et navigationis ſtudium deſerere cogerentur, (ἐργάζεσθαι enim tantum ad agriculturam referri potest) res ipſa declarat non

armis inſtructi ſunt. Ita hanc vocem h. l., ut et IV. 32. interpretandam cenſet Abresch. diluc. Thuc. ad II.

non aliter fieri potuisse, quin brevi tempore eorum facultates penitus exhausissent; at contra, vel ex *vicesima* illa, de qua refert Thucydides (VII. 28.), perspicuum est, solam sociorum mercaturam horum redituum fontem fuisse. Jure igitur suspicari nobis videmur Xenophontem, si ejusmodi librum scripsisset, quod ad socios attinet, eadem ratione, qua modo vidimus, expositurum fuisse, quo consilio Athenienses nummorum potissimum tributum ab iis exigerent, praesertim quum alio loco disertis verbis hanc ipsam sententiam proferat. Legitur ea in Cyrop. VII. 579., ubi Cyrus, capta Babylone, rebusque ibi constitutis, oratione ad amicos habita, exponit, quomodo subditi in officio sint retinendi: „*Πολεμικῆς δ' ἐπιςήμης καὶ μελέτης παντάπασιν οὐ μεταδοτέον τούτοις, οὕςτινας ἐργάτας τε ἡμετέρους καὶ δασμοφόρους βουλόμεθα καταςήσασθαι, ἀλλ' αὐτοὺς δεῖ τούτοις τοῖς ἀσκήμασι πλεονεκτεῖν, γιγνώσκοντας, ὅτι ἐλευθερίας ταῦτα ὄργανα καὶ εὐδαιμονίας οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις ἀπέδειξαν· καὶ ὥσπερ γε ἐκείνους τὰ ὅπλα ἀφῃρήμεθα, οὕτως ἡμᾶς αὐτοὺς δεῖ μὴ τῶν ὅπλων ποτ' ἐρήμους γίγνεσθαι, εὖ εἰδότας, ὅτι τοῖς ἀεὶ ἐγγυτάτω τῶν ὅπλων οὖσι, τούτοις καὶ οἰκειότατά ἐςιν, ἃ ἂν βούλωνται.*"

§. 16.

„*πλεῖν ἐπὶ δίκας Ἀθήναζε.*" Mirandum est Auctorem, dum commoda atque emolumenta refert, quae plebi inde redundabant, quod socii judiciorum causa Athenas venire coacti essent, non

non simul memorasse, id quod aliunde constat, socios quotannis, Dionysiorum festo (1), quod vere ineunti celebrabatur, ipsis tributa sua Athenas deferre solere; quo tempore urbs peregrinis erat referta, et in Bacchi honorem comoediae aliaque oblectamenta populo dabantur. V. Aristoph. Acharn. vs. 510. ib. Schol., Palmer. Exerc. p. 617. Huc melius etiam referri possent Auctoris verba: εἶτ' οἴκοι καθήμενοι, ἄνευ νεῶν ἔκπλου, διοικοῦσι τὰς πόλεις τὰς συμμαχίδας.

§. 18.

„ μᾶλλον." Xenophon saepius hoc adverbio eleganter utitur, non expressa sed intellecta comparatione, ita tamen ut ex ipsius sententiae nexu perspicuum sit, quid intelligatur. Unum exemplum attulisse satis sit, ex Anab. VII. 6. 28. διὰ τὸ ἀναγκάζεσθαι τοὺς Θρᾶκας, κατὰ σπουδὴν μᾶλλον φεύγειν. Vid. Sturz in Lex. Xen. v. μᾶλλον n. 1. Sic et Anab. IV. 6. 13. V. 9. 23. VII. 3. 3. Hoc loco contra μᾶλλον jejune admodum sententiam claudere negari vix potest, praesertim quum neque ex ipsis verbis, ne-

(1) Διονύσια ἄστικα. De triplici Dionysiorum festo variae sunt virorum doctorum sententiae. Vid. praeter Spanh. ad argum. Aristoph. Nub. et Ran, disputatio Ruhukenii in Auctario ad Hesych. v. Διονύσια, cujus argumenta impugnavit Kanngiesser in, *Die alte Komische Bühne in Athen*, p. 245 sqq. Vid. censura ejus libri, ab Hermanno conscripta, in Diar. Lips. 1817. n°. 59. sqq., item Gail, *Recherches sur la nature du culte de Bacchus* p. 13. sqq.

neque ex antecedentibus intelligatur, quo pertineat, utrum sit δοῦλοι μᾶλλον ἢ σύμμαχοι; an vero τοῦ δήμου μᾶλλον ἢ τῶν χρηστῶν. Itaque desideratur et hic rursus perspicuitas et aptus verborum nexus.

§. 19.

„ διὰ τὴν κτῆσιν τὴν ἐν τοῖς ὑπερορίοις κ. τ. λ." Quae in hoc §. leguntur non apte cohaerent cum ceteris. Primo agrorum illae possessiones extra Atticae fines non ad pauperes referendae sunt, quorum tamen emolumenta, in primis ea, quae a sociis et subditis petebant, recenset. Vix etiam verba illa, αὐτοὶ τε καὶ οἱ ἀκόλουθοι ad pauperiores cives referri possunt. Aptius sine dubio fuerat h. l. κληρουχίας memorasse (1), quae in pauperiorum quidem civium gratiam, sed et simul, ut tradit Isocr. in Paneg. c. 31. coll., Plutarch. in Pericl. c. 11., custodiae causa in terris devictis institutae sunt, atque ita procul dubio inter eas res memorrari debuerant, quibus εὖ διασώζονται τὴν δημοκρατίαν. Hoc loco ἡ κτῆσις ἐν τ. υ. ad ditiores aut saltem honestiores duntaxat pertinet. Vid. Xen. Mem. II. 8. 1., Symp. IV. 31. prout etiam αἱ ἀρχαὶ εἰς τὴν ὑπερορίαν, quo nomine sine dubio intelligendi sunt magistratus majores, ὁπόσαι μὲν σωτηρίαν φέρουσι — ἢ κίνδυνον τῷ δήμῳ ἅπαντι (§. 3.), et, quos modo enumeravit §. 18., οἱ στρατηγοὶ τριήραρχοι πρέσβεις, qui ibi, universo nomine, οἱ ἐκπλέοντες nuncupan-

(1) Vid. de iis Boeck, Vol. I. p. 455.

pantur, quamquam §. 14. iidem illi ἐκπλέοντες, ac si e vilissimae plebis faece essent oriundi, honestiores cives (τοὺς χρηστοὺς) odio et fictis criminationibus persequi atque vexare dicuntur! Haec utique manifestissime secum invicem pugnant. An usquam alibi Xenophontem ejusmodi tenebras turbasque excitasse deprehendimus?

„ ἐν τοῖς ὑπερορίοις." Xenophonti τὰ ὑπερόρια sunt ipsa κτήματα. Vid. Symp. II. 31., quae vox et ipsa subinde additur, ut: τὰ ἐν ὑπερορίᾳ κτήματα, Mem. II. 8. 1. Usitatum contra ἡ ὑπερορία int. χώρα. Vid. et Anab. VII. 1. 27. Cf. Pollux. I. 177 et IX. 8.

§. 20.

„ Καὶ κυβερνῆται κ. τ. λ." Haec item melius ad sequentia relegantur, ubi agit Auctor de praestantia imperii maritimi. Caussas enim hîc refert, quare ad res nauticas tractandas, magis quam ceteri Graeci, apti sint Athenienses. Recte quidem, sed *nunc non erat his locus*, quoniam modo de sociis egerat, et post haec demum de maris imperio agere instituit. De re vid. Thucyd. in oratione Periclis ad Athenienses, (I. 142.) ubi, de eodem illo usu rei maritimae disserens, quo Athenienses gloriabantur, propria sibi brevitate, sententiae instar, hoc addit: „ τὸ δὲ ναυτικὸν τέχνης ἐστὶν, ὥσπερ καὶ ἄλλο τι, καὶ οὐκ ἐνδέχεται, ὅταν τύχῃ, ἐκ παρέργου μελετᾶσθαι, ἀλλὰ μᾶλλον μηδὲν ἐκείνῳ πάρεργον ἄλλο γίγνεσθαι." Vid. ibid. et cap. 143. Et ipse Xenophon, in oratione Proclis Phliasii, (Hell. VII. 1. 4.) his verbis eandem rem

rem significat: „ Ἀλλὰ μὴν τάς γε τέχνας τὰς περὶ ταῦτα πάσας οἰκείας ἔχετε. Καὶ μὴν ἐμπειρίᾳ γε πολὺ τῶν ἄλλων προέχετε περὶ τὰ ναυτικά· ὁ γὰρ βίος τοῖς πλείςοις ὑμῶν ἀπὸ τῆςθ αλάττης· ὥςε τῶν ἰδίων ἐπιμελούμενοι, ἅμα καὶ τῶν κατὰ θάλατταν ἀγώνων ἔμπειροι γίγνεσθε." Quo loco concinna atque eleganti brevitate illud exponitur, quod h. l. rursus non fit nisi ineptis repetitionibus. Quid enim aliud est illud iteratum οἱ δὲ? Nonne etiam illa: οἱ δ' ἐντεῦθεν ἐπὶ τριήρη κατέςησαν, ut plane superflua, commodius abessent? Nonne etiam verbum μελετᾷν, brevissimo spatio ter repetitum, apte cum alio permutari potuerat? Xenophon certe hac notione saepe etiam utitur verbis μανθάνειν, ἐθίζεσθαι, ἐπιμελεῖσθαι, ἀσκεῖν. Eodem modo in nominibus permutata invenies μελετὴ, ἄσκησις, ἐπιμέλεια. Cf. h. l. in primis Hell. VI. 2. 32., Cyr. III. 3. 50.

Cap. II. §. 1.

„ ὁπλιτικὸν." Quae initio hujus Capitis leguntur adeo turbata sunt, ut nullo modo probabilis ex iis sententia oriatur. Primo obscurum prorsus, quid sit illud ὁπλιτικὸν. Schneiderus (prout jam Zeunius et Weiskius) intelligit *copias terrestres* oppositas *maritimis*. Et sane, si ad illa, quae modo praecedunt, et quae sequuntur, attendimus, planum fere est Auctorem „ copiarum „ terrestrium rationem ad maritimas exponere „ voluisse, et docere, quibus maxime opibus „ Athenienses imperium Graeciae obtinere et „ servare studuerint." Ita Schneid. At Xenophon-

phonti τὸ ὁπλιτικὸν nusquam notat *copias terrestres* (τὸ πεζικὸν), sed aut *milites gravis armaturae*, quibus oppositum est τὸ πελταστικὸν, aut *pedestres*, a quibus distinguitur τὸ ἱππικὸν. Vid. Anab. VII. 3. 37. VII. 6.26., Hell. IV. 2. 7. VI. 1. 7. Quod si quis contendat, Auctorem de singulis partibus exercitus pedestris agere in animo habuisse, atque ideo *gravis armaturae milites* primo loco memorasse, non tergiversabimur; et fortasse hac sententia commode dicere potuisset ὃ ἥκιστα δοκεῖ εὖ ἔχειν: (vid. Xen. Mem. III. 5. 19. Hipparch. VII. 3.). Sed ne hujus quidem consilii ullum vestigium deprehendi potest. Ea notione, quae hic fere desideratur, scribi ab Auctore potuisset τὸ πολιτικὸν, quae est pars exercitus e civibus constans, opposita sociorum auxiliis. Vid. v. c. Hell. IV. 4. 19. V. 3. 25. Attamen hac voce non utitur Xen., nisi ubi de *ipso exercitu* sermo est, in quo simul sunt et *cives* et *socii*, ita ut fere opponantur sibi τὸ πολιτικὸν — τὸ συμμαχικὸν, v. c. Hell. VII. 1. 39. De copiis aut re militari universe, non item (1). Nihil igitur restat, nisi ut dicamus, τὸ ὁπλιτικὸν esse pro τὸ πεζικὸν (ἡ πεζικὴ δύναμις), cui opponitur τὸ ναυτικὸν s. ἡ ναυτικὴ δύναμις, (Mem. III. 6. 9. cf Hell. V. 1. 35.), cujus exemplum tamen in scriptis Xenophonteis non exstat.

„οὕτω καθέστηκε." Interpretandum erit, nisi fallor, *ita constitutum est, ita sese habet.* At ni-

(1) Melius τῶν πολιτικῶν μόρων pro — ὁπλιτικῶν restituit Schn. Laced. rep. XI. 4.

nihil nec de ὀπλιτικῷ expositum est, nec deinceps exponitur. Mirum igitur, quo spectent haec verba. Magis tamen etiam mirandum, quid sibi velit idem illud, καθέστηκε. §. 2.: hic non notat *constitutum* s. *institutum est*, (quae propria ejus est significatio), siquidem hanc interpretationem non admittunt ea, quae sequuntur, neque etiam *fieri solet*, s. *mos iis est*, (vid. Hog. ad Vig. p. 183.) non enim de eo agitur, quod in more positum est. Non magis placet interpretatio, quam protulit Sturz. in Lex. Xen., *ea eorum est conditio, is rerum status*, quum ne hoc quidem conveniat iis, quae sequuntur. Haec enim nihil aliud fere admittunt, nisi, *contigit*, *accidit*, *est*, (ut vertit Portus) aut simile quid, quod etiam indicare videtur illud, τι-τοιοῦτον. At hac notione, praeter simplex ἐστὶ, Xenophonti usitata sunt verba τυγχάνειν, ὑπάρχειν, et omnino, verbum καθέστηκεν ea significatione Atticistis suspectam fuisse, patet ex Gramm. Seguer. (in Bekkeri Anecd. p. 103.), qui Ἀντιαττικιστὴς inscribitur, (vid. Bast. ad Gregor. de Dial. p. 155., Ruhnk. Hist. Crit. Or. Gr. p. 89.), ubi legimus: Καθέστηκεν ἀντὶ τοῦ ἐστι: γελᾶται ὑπὸ πολλῶν.

„ τῶν πολεμίων ἥττους — κρείττονές εἰσι.." Me etiamnum latet, quid sibi velint haec verba. Schneideri transpositio hoc effecit, ut saltem verborum aliquis nexus appareat, idoneam sententiam illa nondum praebent. Quidquid sit, illud satis liquet, Auctorem ita de *terrestri* imperio disserere velle, ut Athenienses libenter illud adversariis suis cedere dicat, dummodo sociis, qui tributum solvunt, imperent. Quippe quo im-

imperio freti, *νομίζουσι ἄρχειν*, (intell. *τῆς θαλάττης*) quum §. 5. haud ambigue significet, adversarios illos, quibuscum comparat Athenienses, terrestre imperium obtinere, ferri (1). An vero credendum est, Xenophontem, qui, in orationibus Callistrati et Proclis, (Hell. VI. 3. 10. et VII. 1. 2.) rationes, quae ad Atheniensium *θαλαττοκρατίαν* pertinent, plane ac dilucide exposuit, easdem hoc loco obscuris atque ineptis verborum ambagibus involvisse? Equidem, quamquam locum turbatum et mutilatum esse non dubito, tamen lectis aliis locis Xenophonteis, qui in eodem argumento versantur, nihil, nec in his verbis, nec in tota sententia deprehendo, quod Xenophontem auctorem arguat, praesertim si Socratis sententiam de civitatis opibus augendis (proditam a Xen. Mem. III. 6. 7.) cum hoc nostro loco comparamus. Verba sunt: „ *Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Γλαύκων, δυνατόν ἐςι καὶ ἀπὸ πολεμίων τὴν πόλιν πλουτίζειν. — Νὴ Δία, σφόδρα γ', ἔφη ὁ Σωκράτης, ἐάν τις αὐτῶν κρείττων ᾖ· ἥττων δὲ ὢν καὶ τὰ οἰκεῖα προςαποβάλοι ἄν.*" Si enim, ex Schneideri transpositione, verba illa *τῶν μὲν πολεμίων, οἱ κατὰ γῆν κράτιςοί εἰσι, ἥττους σφᾶς αὐτοὺς ἡγοῦνται εἶναι*, jungimus deinceps iis, quae §. 11. sequuntur: *τὸν δὲ πλοῦτον μόνοι οἷοί τ' εἰσιν ἔχειν*, dicendum est, sententiam illam Socraticam his contraria fere continere.

(1) Conferri hic meretur Plutarch. Themist. c. 4.

I. 10.), dum Hell. III. 1. 10. de iisdem rursus dicit: ἐν ἠπείρῳ. — Sed magis etiam mirandum, Schneiderum civitates in ipsa Graecia ignorare, quae Atheniensium imperio paruerint. De eo tempore, quo Athenienses Graeciae principatum tenuerunt, (et quo ipsius sententia hic Libellus scriptus est,) nullum poterat esse dubium, si modo de Amphipoli, de Potidaea, de Naupacto, deque iis urbibus cogitasset, quas foedere tricennali (A. C. 445.) Lacedaemoniis reddiderunt Athenienses, et inspexisset locos Thucydidis I. 56. 98. 103. 115. coll. IV. 21., si denique in memoriam sibi revocasset, qui socii fuerint Atheniensium initio belli Peloponnesii, quos enumerat Thucyd. II. 9. et Diod. XII. 42., et de quibus ipse Xenophon Anab. VII. 1. 27. disertis verbis haec refert: „Ἡμεῖς γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι εἰσήλθομεν εἰς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς τοὺς Λακεδαιμονίους καὶ τοὺς συμμάχους, — ἄρχοντές τε τῶν νήσων ἁπασῶν, καὶ ἔν τε τῇ Ἀσίᾳ πόλεις πολλὰς ἔχοντες, καὶ ἐν τῇ Εὐρώπῃ ἄλλας τε πολλὰς, καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ Βυζάντιον κ. τ. λ." Neque etiam Athenienses, quum, post amissum Graeciae principatum, maris imperium recuperarunt, nullas civitates in ipsa Graecia Europaea sitas (ad quam et Macedoniam et Thraciam referimus) in sua ditione habuerunt. De Cononis enim victoriis jam modo vidimus, et quod ad eas civitates attinet, quae postea, Timothei virtute, in utraque et Europae et Asiae ora, in Atheniensium ditionem cesserunt, perspicue prodiderunt Diod. XV. 36. 45 sqq. 81., Nep. Tim. c. 2. et ll. citt. a Bergm. ad Isocr. Areop. c. 5. et Boeckio Vol. I. p. 448.

§. 4.

§. 4.

„ τέμνειν τὴν γῆν." cf. §. 14. Animadvertendum est, Xenophontem, *vastandi* notione, nusquam uti verbo τέμνειν, nisi juncto τῷ καίειν; (locos indicabit Lex. Xen. in v. καίειν N'. 2.) ut ita τέμνειν καὶ καίειν sit Latinorum *ferro ignique vastare* (1). Ratio repetenda videtur ex intima dictionis Xenophonteae puritate atque diligentia, quum saepius animadvertamus, exquisitum illum verborum usum non nisi e prima eaque propria eorum notione fluxisse. Cujus rei exemplum habuimus supra in discrimine inter δημότης et δημοτικὸς. Itaque et h. l. de verbo τέμνειν idem dicendum videtur, quippe quod proprie significat *caedere*, s. *excidere*, veluti *arbores aut frumentum*. Id confirmat Schol. Thucyd. II. 19., qui ad auctoris verba καθεζόμενοι ἔτεμνον observat, τὰ δένδρα δηλονότι. Quae observatio, quamvis hoc ipso loco inepta dicatur, ut notat Gramm. ad Scholiasten, tamen ipsius dictionis rationem reddit. Xenophon igitur huic verbo non tribuit nisi propriam notionem, quae tum demum usu veniebat, quum dicere vellet, *comburere et caedere*, s. *ferro ignique vastare*. Quod etiam patet, si et alia verba, quibus hac sententia usus est, recensemus. Omnium maxime usitata sunt Xenophonti verba δῃοῦν et πορ-

(1) Saepius contra legitur apud Thucydidem, aut cum accusativo aut cum genitivo. Cf. Lex. Seguer. p. 176.

πορθεῖν. quod utrumque legitur, Mem. III. 5. 4. et Hell. VI. 5. 15.; tum κόπτειν, Hell. V. 2. 39., quae singula verba frequenter junguntur τῷ καίειν, v. Lex. Xen. h. v.; deinceps κακοῦν, Cyr. III. 3. 18., ληΐζεσθαι, Hell. I. 5. 20., λεηλατεῖν, Hell. IV. 4. 16., ἁρπάζειν, Anab. I. 2. 27. et διαρπάζειν, praesertim de urbe, ut Anab. I. 2. 19., Hell. V. 4. 21., κακουργεῖν, Hell. V. 4. 42., σίνεσθαι, Cyr. V. 5. 4., κακοποιεῖν, Mem. III. 5. 26., ἄγειν καὶ φέρειν et ἄγειν καὶ καίειν, Hell. III. 2. 2 et 5., φθείρειν, Hell. VII. 2. 11., αἴθειν καὶ φθείρειν, Anab. IV. 7. 20. Vid. etiam Hell. VI. 5. 37., ubi varia verba singulis nominibus jungit. — Num in hac tanta varietate ejusmodi verbo hic uteretur Xenophon, a quo ceteroquin diligentissime abstinuerat? Hoc certe, non minus quam multa alia, quae observavimus, ab ejus diligentia videtur alienum.

„ παραπλεῖν." Si non solum ad diligentiae, sed et ad perspicuitatis Xenophonteae normam, exigenda sunt vocabula atque dictionis hujus Libelli, non praetereundum h. l. est παραπλεῖν, quod, sententia flagitante, notat *adpellere*, *adnavigare*. At multo frequentius hoc verbum apud Xenophontem significat *praeternavigare*, veluti Anab. V. 1. 11., Hell. VI. 2. 31. (quo loco, item significationis ratione habita, praep. εἰς, jam Leunclavio suspecta, a Moro et Schneidero deleta est) in primis, si sententia ambigua reddi posset, quod h. l. sine dubio valet, quum sequatur mox §. 5. παραπλεῦσαι notione *praenavigandi*; *adnavigandi* autem significatione utitur verbo προσπλεῖν, quod vel ex uno illo loco Hell. ibid. §. 33 et 34. perspicuum

est:

est, quin imo, ubi discrimen ejusmodi usu venit; ipse illud indicat, mutata tantum praepositione, v. c. Cyr. V. 4. 44. „ οὐ γὰρ τὸ αὐτό ἐστι προσάγειν καὶ παράγειν, i. e. copias *ad urbem ducere* et *praeterducere*. — Non eo hoc valet, ut contendam, Xenophontem numquam uno loco idem vocabulum varia notione repetiisse. Contra, exemplum unum et alterum suppetit, v. c. ἀρχὴ, *imperium — principium*, Mem. II. 1. 2. αὐτόθεν, *ex hoc ipso loco — inde ab hoc ipso die*, Mem. II. 8. 1 et 2. ἐμβάλλειν, *invadere — injicere*, Mem. III 5. 4 et 5., neque dubito, quin plura afferri possint. At in omnibus his locis, ipse verborum nexus et loci sententia veram vocabulorum notionem indicant, nec usquam, prout hic, ambigue sunt posita.

„ ὅπου ἂν μηδείς." Quod ad hujus loci sententiam attinet, conferri meretur. Hipp. IV. 14., ubi, in praeceptis belli gerendi, illud etiam Xenophon hortatur praefectum equitum, ut attendat, qua parte hostes infirmiores sint. Vid. et ibid. § 17. Praeterea de invadenda hostium terra cf. Cyr. III. 3. 14 et 31.

„ ἢ ὁ πεζῇ παραβοηθῶν." Si ad verbum haec sunt accipienda, interpretandum est, *quam ille (hostis), qui pedestribus copiis, ad depellendam invasionem, accurrit.* Ea enim est notio verbi παραβοηθεῖν, ut perspicuum est ex Hell. I. 1. 6., Anab IV. 7. 24. Cf. Thucyd. VIII. 24. Attamen hoc, si ad sententiae nexum attendimus, non est hujus loci. Qua enim ratione ὁ πεζῇ παραβοηθῶν dici potest *in discrimine versari* (ἀπορεῖν), si illi, qui terram ab ora maritima invadunt, hostium adventu discedunt? Sen-

 ten-

tentia, quae ſine dubio ejusmodi est, ut univerſe comparatio imperii maritimi et terrestris instituatur, h. l. postulat, ut verba ὁ πεζῇ παραβοηθῶν interpretemur, *quum ille, qui terrestri expeditione terram hostium invadit.* Quo modo item accepit ea Sturz. in Lex. Xen. h. v. Cf. Schneid. ad h. l. At huic interpretationi repugnat (certe in libris Xenophonteis) propria et perpetua notio verbi βοηθεῖν, quae est *auxilium ferendi, arcendi, defendendi.* Vid. Etym. Magn. in v. Lex. Seg. p. 222., Wyttenb. ad Sel. Pr. Hist. p. 408., quod item valet de ſubſtantivo βοήθεια. Vid. Duk. ad Thuc. IV. 8. et VIII. 15., Abreſch. Dilucid., Thucyd. ad III. 24. Perperam adeo hanc vocem in loco quodam Hellenicorum (IV. 8. 18 et 19.) interpretatus est Sturz in Lex. Xen. h. v., ac ſi eſſet *excurſio in agrum hostilem*, quum ibi, ex loci nexu, perſpicuum ſit, auctorem loqui de auxilio quod Thimbron ſuis adferre ſolebat, et tunc etiam, ſed negligentius quodammodo, attulerat. Xenophonteae igitur orationis diligentia repudiat illud παραβοηθῶν. Nam aut loci ſententiam turbat, aut Graeci et in primis Xenophontei ſermonis conſuetudini obſtrepit. Ea notione, quae hic deſideratur, quamque locus ipſe postulare videtur, in ſcriptis Xenophonteis uſitata ſunt verba ἐξιέναι, ἐπεξιέναι, ἐξέρχεσθαι, ἐξορμᾶσθαι, στρατεύεσθαι, ἐκστρατεύεσθαι, ἐμβάλλειν, ἐπιβαίνειν, ἐπιπίπτειν; quorum exempla ſuis quaeque locis ſuppeditabit Sturz in Lex. Xen. (1)

§. 6.

(1) Sic Demosth. Pac. p. 61. R. βοηθεῖν de induſtria

§. 5.

„Ἔπειτα δὲ τοῖς μὲν κ. τ. λ." In hac §. non minus multa sunt, quae orationis jejunitatem produnt, et a Xenophontis sermone abhorrent. Cujus enim aures non offendunt vel solae illae ingratae repetitiones in σφετέρας αὐτῶν et in πεζῇ ἰόντας? Deinceps in illo ὁπόσον βούλει πλεῦν inepte rursus se intrudit secunda persona, quum nexus omnino postulare videatur ὁπόσον βούλονται πλοῦν, aut ὁπόσον ἂν βούλωνται πλοῦν. Ad h. §. conferantur ceteroquin Xenophontea in Cyr. V. 4. 44. et sqq.

„ταύτης τῆς γῆς ἅλα παραπλεῦσαι." Neque hic locus, nisi rursus corruptus est dicendus, arguit Xenophontis ingenium. Vocabulum ἅλα merito jam Schneidero suspectum visum est. Est enim mere poeticum, nec ejusmodi, ut Xenophon illud usitatis θάλαττα et πέλαγος praetulisse existimandus sit. Praeterea, quid est, quaeso, ἅλα παραπλεῦσαι, *mare praeternavigare?* Absurdum hoc, nec usquam a Xenophonte dictum pro τὴν γῆν s. ἀκτὴν παραπλεῦσαι, prout in eleganti illa descriptione, Anab. VI. 2. initio: „Ἐντεῦθεν τῇ ὑστεραίᾳ ἀναγόμενοι πνεύματι καλῷ, ἔπλεον ἡμέρας δύο παρὰ τὴν γῆν. Καὶ παραπλέοντες ἐθεώρουν τὴν Ἰασονίαν ἀκτὴν κ. τ. λ." Nam in nostro loco de *praeternavigando* sermonem esse, patet ex seqq. ἕως ἄν. — Haud absurda est emendatio ms. in margine exemplaris Vossiani (1): οὗ δ' ἂν

[illegible] Vid. [illegible] Dunaei in ed. Beckii p. 446.

(1) In Bibliotheca Lugduno-Batava.

ἂν ἥττων, ἔξεστιν ὅλως μηδ' ἐπιβῆναι, ἀλλὰ παραπλεῦσαι, ἕως ἂν κ. τ λ., ubi ante ἔξεστιν servari possent verba ταύτης τῆς γῆς, ut Hell. VII. 4. 6. (1). Ita saltem sanantur ea, quae, ut nunc sunt, probabilem non efficiunt sententiam. Cf. denique locus hujusmodi ipsius Xenophontis, ob elegantem brevitatem notandus, Hipp. IV. 19. „Κἂν μεταθέων γέ τις ἐπιγίγνηται κύων, ἣν μὲν ἥττων ᾖ, τούτῳ ἐπιτίθεται· ἣν δὲ κρείττων, ἀποσφάξας ὅ τι ἂν ἔχῃ, ἀποχωρεῖ."

§ 6.

„νόσους τῶν καρπῶν." Elegantior omnino mihi videtur locus de Vect. IV. 91. „Ὅταν τε αὖ νοσήσωσι πόλεις κ. τ. λ.; praeterquam quod καρπῶν νόσοι pro ἀκαρπία s. ἀφορία minus accurate dici videtur.

„εὐθηνούσης." Thom. Mag. p. 382. verbum hoc minus elegans et usitatum censet, quam alteram formam εὐθενεῖν; injuria tamen illud ab Attici sermonis consuetudine prorsus alienum esse contendas. Vid. interpp. ad d. l. Ceterum in Xenophonteis libris non apparet. Plerumque hac notione ei frequentantur vocabula ἄφθονος et ἀφθονία, εὐδαίμων, πολύσιτος et πολυσιτία, cui oppositum est σπανοσιτία Hell. IV. 8. 7. Vid. ceterum Hell. V. 2. 16. VI. 1. 4. Anab. V. 6. 25., Mem. II. 1. 28. II. 1. 9. et IV. 3. 5. et 6.

§. 8.

(1) Alia ratione locum emendavit Hermannus. Vid. annot. crit. in ed. Dindorfii, p. XIX.

§. 7.

„ ἐπιμισγόμενοι." Hujus verbi altera forma ἐπιμίγνυσθαι usitata est Xenophonti. Vid. e. gr. Cyr. VII. 4. 5.

„ ἠθροίσθη." Vetus lectio ἠθροῖσθαι (Steph. et Leuncl.) vix idoneo nexu cum ceteris jungi poterat. Si quid corrigendum, lectionem ἤθροισαι (quam et exhibet marg. msſ. in exempl. Vosſ.) sententiae aptiorem arbitrarer. Cf. Cyr. V. 2. 34.

§. 8.

„ οἱ μὲν Ἕλληνες." Manifestum est h. l. Ἕλληνες opponi τοῖς Ἀθηναίοις. Hoc tamen Xenophon nusquam ita fecit, qui, si discriminis caussa Ἕλλην aut Ἕλληνες dicit, sempèr hac voce Graecos a barbaris distinguit, iisque opponit, veluti Cyr. VI. 3. 11., Ven. II. 3., Symp. VIII. 38. Ceterum levis est emendatio, si addatur οἱ ἄλλοι, quod item habet marg. ex. Vosſ. Etenim ita distinguuntur ceteri Graeci ab Athenienſibus, C. 1. §. 1. et a Lacedaemoniis, in Lac. rep. Vid. Lex. Xen. in v. Ἕλλην.

„ τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς. cf. §. 12. τὸ μὲν τῇ, τὸ δὲ τῇ." Hanc dictionem Graecam quis pronuntiet, Xenophonti eam tribuere non ausim. Nisi enim δεικτικῶς loquitur (1), hac sententia usitatum ei est elegans

(1) Ita v. c. Xen. de Venat. VI. 10. ἀναβοήσας, ἢ ὅτι παραδεδράμηκε παρὰ τάδε ἢ τάδε: — atque hoc modo et alii locuti sunt, v. c. Plat. in Menon. c. 16. et in

gans illud Atticum idioma, quo ἄλλος iteratur: exempla sunt frequentissima, v. c. Hell. III. 3. 8. ξυλλεγόμενοι τῶν γερόντων ἄλλος ἄλλοθεν; ita et Hell. VII. 1. 15. (1). Pro eo igitur, ad hujus loci rationem, dicere debuisset ὁ μὲν ἐντεῦθεν, ὁ δὲ ἐντεῦθεν, aut, postremo Hell. loco, ὁ μὲν τῇ, ὁ δὲ τῇ. At ita nusquam. Vid. etiam Hipp. I. 5. ἄλλοτε ἐν ἄλλοις τόποις, et in primis, quod hic conferri meretur, egregium illud additamentum Codicis Meerm. ad Mem. IV. 3. 8. καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλος ἀλλαχόθι καὶ ἐν ἀλλοδαπῇ στελλόμενος πορίζεσθαι, s. e Valckenaerii emendatione, καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἄλλον ἀλλοσέ πῃ στελλόμενον ἐν ἀλλοδαπῇ πορίζεσθαι.

§. 9.

„Θυσίας." Ejusmodi ἀνακολουθία in libris Xenophonteis plane inaudita dici potest. Viderunt interpretes, locum esse vitiosum et nexu plane destitutum, nec tamen quidquam medicinae aut lucis attulerunt. Ne Schneideri quidem correctio et verborum transpositio satis valuit, ad restituendam vel umbram Xenophonteae elegantiae aut perspicuitatis. Quid enim (si e singulis partibus de toto judicare licet) hic significant verba πόλιν οἰκεῖν καλὴν καὶ μεγάλην, quum praecesserit ἑκάστῳ τῶν πενήτων? Nisi forte pro πόλιν legendum sit οἰκίαν. Si haec rec-

in Alc. I. §. 11. ὅτι βέλτιον τόδε τοῦδε et §. 12. τί διαφέρει τὸ ὧδε ἢ ὧδε.

(1) Sic ἄλλος ter deinceps positum est ap. Plat. in Gorg. §. 5., ubi tamen vid. notam Heindorfii.

recte se haberent, fortasse optimum esset, ante θυσίας inserere κατὰ, (quod tamen perperam intelligi posse, censet Weiskius) vel potius περὶ, ut C. 1. §. 14. et C. 3. §. 1., hunc in modum, περὶ δὲ τῶν κατὰ θυσίας, quod tamen et ipsum ineptum μακρολογίας exemplum esset, pro περὶ δὲ τῶν θυσίων. Postrema verba ὅτῳ τρόπῳ ἔξαι ταῦτα a Xenophontis oratione non sunt aliena, (vid. Mem. II. 2. 1.) attamen non tanta est hujus dictionis venustas aut proprietas, ut, ejus caussa, cetera etiam Xenophonti vindicare auderem.

§. 11.

„τὸν δὲ πλοῦτον." Jam paullatim eatenus a proposito suo aberravit Auctor, ut a democratiae vituperio ad imperii maritimi laudem transierit. Dominatio illa Atheniensium in socios revera ejusmodi erat, ut ex ea *quaedam emolumenta* in plebem redundarent. Hac parte, sine dubio, quae in fine Cap. 1. leguntur, ad Libelli argumentum et scriptionis consilium pertinent. In hoc autem Cap., excepto §. 9 et 10. et quae sequuntur §. 18, omnia eo tendunt, ut Atheniensium θαλαττοκρατία laudetur, eorumque fortuna prae ceteris Graeciae populis praedicetur. Haec quidem, totius propositi ratione habita, multo melius convenirent ejusmodi scripto, quale est *de Vectigalibus*, nisi ille ipse libellus cum aliud plane consilium, tum aliam manum argueret. In eo enim ita de Athenarum fine agit Xenophon, ut, in transitu fere, et exordii loco, urbis opportunitatem ad mercatu-

ram

ram exponat; nequaquam eo consilio, ut comparationem cum aliis instituat, suisque civibus persuadeat, ut perseverent in maris et sociorum imperio sibi vindicando, sed potius ut eos ab omni imperandi libidine deterreat, et ad pacis artes colendas excitet atque adhortetur. Vid. C. 3. et C. 5. Quod si huic utriusque Libelli diverso consilio non solum summam ipsius sermonis discrepantiam, sed et crebras dissimilitudines atque dissensiones adjungimus, quas quivis attentus lector in iis deprehendat necesse est, non nisi mirum videri potest, fuisse, qui, non dicam eundem in utroque auctorem agnoscerent, sed et hujus partem ad alterum transferri, atque ita dissimillima inter se conjungi vellent. Quicumque Xenophontis scripta diligenter legerit, illud sine dubio statuet, summam ejus, omnibus locis, elucere cum in judicando modestiam, tum in laudando et vituperando animi aequitatem. Nusquam in ejus scriptis apparet immoderatus ille patriae amor, quo iniquus fit alienae virtutis aestimator, suorum vero civium suaeque civitatis praestantiam ultra modum extollat. Quid eum, in *Libro de Vectigalibus*, ad Atticae terrae laudem praedicandam impulerit, supra jam monuimus. Quod autem ad mercaturae studium attinet, si ea fuisset Xenophontis sententia, quam in hoc Libello *de R. A.* expressam videmus, quaeque huc fere redit, maris sociorumque imperium, prae omnibus reliquis fortunae donis, Atticis civibus salutare esse, ipsosque e commercio cum aliis gentibus solos esse, qui divitias sibi comparare possint, si haec, inquam,

Xe-

Xenophontis fuisset sententia, quid est, quod in altero illo Protreptico longe alia expresserit, quam quae ad immodicas illas mercaturae et Atticae laudes pertineant? Si solum, tam urbis quam regionis, situm laudare in animo habuit, quidni in libro *de Vectigalibus* eadem propemodum oratione, iisdemque argumentis usus est? Si, contra, ad verbum accipienda sunt illa τὸν δὲ πλοῦτον μόνοι κ. τ. λ., si ea est Auctoris nostri sententia, (de quo dubitare non licet) Athenienses inter omnes solos esse posse divites, mercaturam unum esse harum divitiarum fontem, eam denique mercaturam non nisi imperio maritimo florere atque vigere posse, unde tandem fit, ut idem ille, qui haec scripsit, in altero Libello, talia proponat, quae non modo ex alio fonte fluxisse videntur, sed et multis partibus his contraria sunt? Si Xenophon de Atheniensium opibus ita existimavit, prout hic locus indicat, quid est, quod in opusculo *de Reditibus augendis*, tamquam caussam totius disquisitionis, posuerit *civium* et in primis *plebis paupertatem*, cui eam adferre studet medelam, ut ex ipsa civium industria reditus civitatis augendos esse censeat? Si ex animi sententia sibi persuasit Xenophon, Atheniensium mercaturam suo tempore adeo florere, ut non solum victum, sed et facile divitias sibi inde comparare possent cives, quaenam est caussa, cur in altero Libello non tantum de reditibus civitatis augendis agat, sed et rebus labefactatis ejusmodi proponat remedia, quae in primis tendant ad emolumenta, ex ipsa mercatura civitati percipienda, variis modis amplificanda, quaeque perspicue ostendunt, eam Athenis multis in par-

ti-

tibus fuisse neglectam? Si denique verum est, Xenophontis de imperio maritimo eam fuisse sententiam, ut ab illo solo civitatis et salutem et opes pependisse judicaverit, qui fieri potuit, ut in eo libello, cujus consilium unice ad civitatis salutem spectat, omnem dominationem respuat atque dissuadeat? Fieri potest, ut, quae utroque loco dicuntur, recte quodammodo sese habeant. Diversae enim opiniones plerumque e diverso ingenio, indole, animi facultate et judicandi sollertia nasci solent, nec temere de iis statuendum. Illud vero haud probabile est, contrarias illas sententias, quum non nisi ad opinionum discrepantiam referri queant, ex uno eodemque fonte manasse.

„υἱέες μοι εἰσί." Praeter reliquam sententiae jejunitatem, quam h. l. animo magis percipere, quam verbis exprimere possumus, obstat iterum inelegans illa formula, qua Auctor Libelli nostri delectatus esse videtur, in usu pronominis μοι (ut mox ἐγώ); quam, quum jam semel attigerimus, hic satis sit eam indicasse. Pro μοι marg. Voss. habet ἡμῖν, quod certe quodammodo minus ingratum est.

§. 12.

„πρὸς δὲ τούτοις κ. τ. λ." Neque etiam hic locus multum habet, quo se commendet. Nec quisquam, sive Zeunii, sive Weiskii interpretationem recipiat, facile in eo germanam Xenophontis perspicuitatem aut elegantiam mirabitur. Schneideri ratio mihi non multo efficaciorem medicinam adferre videtur, quum postrema verba

οἳ οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ commodam sententiam non praebeant. Obscurum enim est, si ad verbum illa reddimus, *qui non utentur mari*, et quod ad interpretationem attinet, quam subjungit, *qui quidem ipsi usu maris carent interclusi* (ab ipsis videlicet Atheniensibus?), eam quidem, ex usu Xenophontis, non admittit dictio: οὐ χρήσονται, cui usitatum hac notione est verbum εἴργειν, ut Hell. VII. 1. 8., ὥστε τῆς γῆς κρατοῦντες, καὶ εἰ θαλάττης εἴργοιντο, δύναιντ' ἂν καλῶς διαζῆν. Sic aliis locis dicit κωλύειν, πολιορκεῖν, cet. Eadem difficultas remanet, si verborum ordinem ita constituimus: πρὸς δὲ τούτοις ἄλλοσε (i. e. πρὸς ἄλλους), οἵτινες ἀντίπαλοι ἡμῖν εἰσιν, ἄγειν οὐκ ἐάσομεν, ἢ οὐ χρήσονται τῇ θαλάττῃ. i. e. *Non sinemus eos merces suas alio (ad alios), qui inimici s. adversarii nobis sunt, importare; aut (si id faciunt) non amplius in posterum mari utentur*; i. e. *usu maris a nobis intercludentur* quamquam ἢ οὐ eâ prope notione a Xenophonte usurpatur. Vid. Oec. II. 5. Utcumque igitur locus constituatur, multum habet asperitatis, parum perspicuitatis, minus etiam elegantiae. Idem fere dicendum de sequentibus.

„ καὶ ἐγὼ μὲν οὐδὲν ποννῶ κ. τ. λ.", in quibus Schneidnerus πονῶν reposuit pro ποιῶν. Inficetum, ne dicam absurdum, est ἐκ τῆς γῆς — διὰ τὴν θάλατταν, si nimirum significare voluit, ἐξ ἄλλης τινὸς γῆς s. χώρας. Deinde illud οὐδὲν πονῶν, sententiae quodammodo obstat. Nonne enim is, qui mercaturae et rebus nauticis operam dat, jure dici potest, πονεῖν? Vel ex ipsius Auctoris verbis (C. 1. §. 19.) hoc plene

af-

τούτου ἔφαμεν, εἰ πολεμίων εἰς τὴν χώραν ἰόντων, διακαθίσας τὶς τοὺς γεωργοὺς καὶ τοὺς τεχνίτας, χωρὶς ἑκατέρους ἐπερωτῴη, πότερα δοκεῖ ἀρήγειν τῇ χώρᾳ, ἢ ὑφεμένους τῆς γῆς, τὰ τείχη διαφυλάττειν. κ. τ. λ.

§. 15.

„ στασιάσαιεν — στασιάσειαν." Haec repetitio, quamquam non admodum grata est, ideo tamen magis ferenda videtur, quod in ejusmodi sententia et verborum structura haud facile vitari potest. Sic idem verbum repetitur a Xenophonte Anab. VI. 29. Cf., quae diximus supra ad C. 1. §. 1. pag. 148. Schneidero mira visa est formae illa variatio αιεν, et ειαν in eodem membro orationis. Attamen liceat nobis animadvertere; illud fortasse euphoniae causa fieri potuisse, nec in Xenophonte frustra ejus exempla quaeri. Ita Hell. VII. 1. 34. brevi spatio deinceps sequuntur πολεμήσειαν — ἐθελήσαιεν — ἐάσαιεν. Hell. VII. 2. 5. συμμίξαιεν — θελήσειαν; Hell.; VII. 4. 34. κινδυνεύσειαν — στρατεύσειαν — κινδυνεύσαιεν, e quo postremo loco patet, si utique sana est lectio, ne in eodem quidem verbo, quod magis mirum videri possit, ejusmodi variationem a Xenophontis oratione fuisse alienam. Neque tamen illud perpetuum fuisse, apparet ex aliis locis, in quibus utraque forma, satis brevi spatio, bis vel ter repetitur; v. c. Hell. IV. 8. 1. sqq. II. 3. 56., Hell. IV. 8 1. seqq. I. 3. 56. (e lectione Mori.) Quidquid sit, de hac re, quum in add. ll. scriptura dubia dici possit, nihil certi statuendum est.

„ στα-

„ ςασιάσαι." Recte quidem hunc infinitivum pendere dicit Schneiderus a praecedentibus: καὶ ἑτέρου δέους κ. τ. λ; sed ita et ipsa enunciatio longior est, quam ut commode teneamus eundem verborum contextum, et inepte prorsus additum εἰ δὲ νῆσον ᾤκουν, quod ter brevissimo spatio repetitur. Si autem servanda sunt ea verba, hoc loco legi posse observat Schneid. μηδ' ἂν ςασιάσειε, quod tamen vehementer dubito, an recte sese habeat. Cum optativo enim utique οὐδὲ, non μηδὲ legendum esset, nec οὐδ' ἂν ςασιάσαι Xenophontis consuetudini repugnaret. (Ita v. c. Xen. Hell. I. 4. 12. postposito ἂν, dicit τολμῆσαι ἄν.) Hac enim forma aeque utuntur Attici, et ipse Xenophon, qui tamen saepius alteram praefert.

§. 16.

„ παρατίθενται." Zeunius praefert παρακατατίθενται, quod sine dubio, ut et simplex κατατίθεσθαι, magis Xenophonteum, et universe Atticis usitatius est. Vid. Valck. ad Herod. VI. 73. et 86., Duk. ad Thuc. II. 72., Bud. Comm. Ling. Gr. p. 638., Sturz in Lex. Xen. v. παρακαταθήκη. Attamen, quaecumque forma praeferatur, non magis Xenophontis consuetudini convenit ille dativus τοῖς νήσοις, qui quidem, si de personis agitur, ita addi solet, ut sit: *aliquid alicui committere*; si de loco sermo est, huic verbo jungitur praepositio ἐς vel ἐν. Vid. Valck. l. c. Ita saltem Xenophontis scribendi usus postulat. In Cyrop. II. 4. 13. eleganter ea notione dicit ὑπεκκομίσασθαι.

„ ἐλεήσουσιν." Hoc etiam verbum magis poeticum est, quam ut h. l. illud aequo animo ferre possimus. Verba Xenophonti hac notione usitata sunt: βοηθεῖν cum compositis, ἐπικουρεῖν et συνεπικουρεῖν, ἀμῦναι, ἀλέξασθαι, sed in primis, de regione ab hostibus infestata, ἀρήγειν τῇ χώρᾳ, Oec. VI. 6. Hipp. VII. 3.

Denique, si Xenophon hujus Libelli auctor habetur, omnino mirum et vix credibile est, eum ubique in reliquis scriptis suis ea, quae docet aut memorat, praesertim si cum patriae suae fatis conjuncta sunt, exemplis idoneis illustrare solere; in hoc Libello contra, in quo omnia fere percenset, quae ad politica civitatis suae consilia pertinent, et haud obscure ea respicit, quae exemplis comprobata erant, ipsa illa exempla, quasi data opera, reticere. Atque in primis hac in parte hujus capitis fieri hoc debuerat. Quid enim efficacius fuisset, ad ea, quae vellet, probanda? Infinitum foret, e variis Xenophontis libris hujus rei testimonia conquirere. Nonne enim, iis etiam in locis, ubi non historici sed philosophi munere fungitur, ad ea, quae dicit, illustranda, exempla adfert, vel ex antiquissima patriae suae historia? Atque idem ille auctor, in hoc uno Libello conscribendo, cujus magna pars ejusmodi res continet, quae a solis exemplis lucem atque auctoritatem accipiant, ab illo instituto recessisset? Equidem mihi illud numquam persuadere potui, et quantum, etiam hac in parte, Libellus *de Vectigalibus* Xenophonte dignissimus est, cumque solita ejus commentandi ratione ubique vel maxime convenit, tantum haec scriptiuncula ab

[illegible] ea-

eadem ratione quovis loco abhorret, nec usquam fere Xenophontem Socraticum prodit.

§. 17.

„ἔτι δὲ συμμαχίας — ἀνατιθέασι." Hic etiam locus, in quo a longa digressione ad Libelli argumentum, i. e. ad democratiam redit Auctor, multis partibus vitiosus et turbatus est, ita ut de orationis elegantia disquirere nemini in mentem venire possit. Satis et hic est, si conjectura, quid sibi voluerit, assequi possumus.

„ἢ ὑφ' ὅτου κ. τ. λ. Haec verba nullam interpretationem recipiunt, nisi, sententiae ratione habita, alia supponamus, servatis iis, quae servari posse videantur. Quam viam, quum nullam aliam viderent, doctissimi Xenophontis interpretes h. l. ingressi sunt. Inter eos Schneiderus, Leunclavium secutus, non male Auctoris mentem assecutus esse videtur, quum legit: ὑφ' ὅτου ἀδικεῖσθαι ἂν νομίσαι τις ἢ ὑπὸ τῶν ὀλίγων; (cum signo interrogandi) quam lectionem equidem utique probaverim, nisi quod pro ὑφ' ὅτου reponendum arbitror, ὑπὸ τοῦ; quum manifestum sit ὅτου (ὅστις) interrogandi vim non habere.

„ἅττα δ' ἄν." Haec, prout plures hujus Libelli partes, varie jam tentata sunt ab interpretibus, nec tamen ita, ut, etiamsi ex ipsis verbis aliqua sententia efficiatur, illa ad idoneam structuram, nedum ad Xenophonteam concinnitatem sint redacta. Equidem postremum illud tentare in animum non inducam; quod autem ad loci emendationem attinet, liceat mihi observare, eam rationem, quam iniit Schneiderus, etsi is

 cor-

corrigendo et mutando fatis fibi indulfit, verborum difpofitionem confufam admodum et molestam reliquisfe. Quare vulgatum αὐτῷ in αὖ τῷ mutatum fit, non intelligo: oritur inde ingrata articuli repetitio τῷ ἑνὶ — τῷ λέγοντι — τῷ ἐπιψηφίσαντι. Tum ἀνατιθεῖσι, quod, ex ipfius lectione, jungendum est cum τοῖς ἄλλοις, ftructuram praebet implicitam et difficilem, non folum quia nomen et participium nimio fpatio a fe invicem distant, fed et quia dura quadam verborum trajectione, ἑνὶ ad ἀνατιθεῖσι, τοῖς ἄλλοις ad ἔξεστιν referendum est. Hinc verborum contextum ita potius conftitutum vellem: "Αττα δ' ἂν ὁ δῆμος συνθῆται, (intelligendum rurfus, aut fupplendum ἐὰν μὴ ἐμμένῃ) ἔξεστιν αὐτῷ ἀνατιθέναι (μὲν) τὴν αἰτίαν ἑνὶ τῷ λέγοντι καὶ ἐπιψηφίσαντι, ἀρνεῖσθαι δὲ τοῖς ἄλλοις, ὅτι οὐ πάρησαν, οὐδὲ ἀρέσκει σφισὶ τὰ συγκείμενα. (Si ibi παρῆν et οἱ legendum, referantur illa ad praecedens δῆμος.) Ita maxime fervatur vulgata lectio, neque opus est multa aut adjicere aut refecare. In reliquis Schneideri emendationi adfentiendum videtur: καὶ εἰ μὲν πυνθάνονται.

„ ἀναβαίνῃ." Ea notione, quam hic fententia indicat, legendum ἀποβαίνῃ, quae lectio etiam notata est in marg. ex. Vosf. Et ita fere Xen. de Re Equestr. VIII. 14. εἰ — ἀγαθὸν τι αὐτῷ ἀποβαίνοι.

§. 18.

„ κωμῳδεῖν." Si argumentum, a Schneidero ex hoc loco, de comoediae licentia refrenata, pro-

propofitum, parum valuit, ad probandam vetustiorem hujus Libelli originem, eo magis valet alterum illud, ex eodem hoc loco petitum; (v. Prol. ad L. de R. A. p. 93.) quippe quod haud obfcure indicat, Xenophontem vix ea fcribere potuisfe, quae hic leguntur. Qui vulgo in fcenam traducebantur, erant πλούσιοι, γενναῖοι, δυνάμενοι. „ Divites" (ita Elmsleyus ad Aristoph. Acharn. vs. 508.) „ fuerunt Callias et „ Nicias, potentes Pericles, Cleon et Hyperbolus, „ γενναῖοι Euripides et Socrates, cum toto phi- „ lofophorum grege, inter quos et poetas comi- „ cos flagrabat usque ἄσπονδος καὶ ἀκήρυκτος „ πόλεμος." Fieri potest ut et in his, ficut in aliis, respexerit Auctor tempora belli Peloponnefii, quamquam conftat, etiam postea, magnam fuisfe comoediae licentiam. (Vid. Ifocr. Pac. c. 5. ib. Coray; cf. quae diximus Comment. p. 131.) Attamen, nomine γενναίων, Auctor noster non fignificare potuit Socratem, qui non erat *nobilis* f. γενναῖος, (hac enim notione in hoc Libello vox ea est intelligenda, tam h. l. quam C. 1, §. 2.) fed πενὴς καὶ δημότης, teste Xenophonte in Mem. I. 2. 59. Quod fi idem ille Xenophon etiam ea fcripfit, quae h. l. legimus: ὀλίγοι δέ τινες τῶν πενήτων — τοῦ δήμου, his verbis necesfario de Socrate cogitare debuit, qui ipfius judicio esfet pauper et plebejus, et quem fatis conftat ab Aristophane in Nubibus ludibrio esfe habitum. Ipfum hoc a Xenophonte memorari, non adeo mirandum esfet; fed factum illud esfe διὰ πολυπραγμοσύνην, (ut recte obfervat Schn.) non dicere potuit Xenophon, amantisfimus Socratis discipulus, unus ille qui, et gra-

grato animo erga praeceptorem dilectum, et sincero veritatis amore ductus, eum ab omni maledicentiae labe defendit, et vero viri memoriam dignissimo pietatis monumento cohonestavit. An credat quisquam, qui vel Xenophontis *Memorabilia* legerit, eundem illum scriptorem alibi Socratem *ardelionem* aut *male curiosum* nuncupasse, aut certe, id quod eodem redit, haud ambiguis verbis significasse, illum in horum numerum esse referendum? An verisimile est, Xenophontem, adeo cautum et subtilem in verborum delectu, eo loco, quo necessario de Socrate ei cogitandum fuerit, hujus vitae consuetudinem nomine *πολυπραγμοσύνης* insignivisse, atque ita cum pessimae notae hominibus, sycophantis, eum comparasse? (In eos enim *τὸ πολυπραγμονεῖν* collatum videmus ab Aristoph. Nub. vs. 914. v. ibi Brunck. et Fisch.) Haud magis probabile est, Xenophontem de Socrate ita judicasse, ac si is studuisset *πλέον τι ἔχειν τοῦ δήμου*, i. e. majorem sibi dignitatem et auctoritatem in civitate arrogare; is scilicet, qui ex ejusdem Xenophontis testimonio, non solum summus erat semper modestiae laudator, severissimus jactantiae atque arrogantiae vituperator, sed et qui exemplo suo comprobaverat, se a nullo alio vitio magis quam ab ipso hoc *πλεονεξίας* genere abhorrere (1). Num enim is, qui ita vivit, ut Socratem vixisse testatur ipse Xenophon (2), jure dici potest majorem sibi inter ce-

(1) *δυσμενὴς — ὁ τοῦ πλεονεκτεῖν ἔρως*. Socr. apud Xen. Mem. II. 6. 21.

(2) Mem. I. 2. 16. I. 6. 4. cf. Luzac. de Socr. cive. p. 13.

blicam bene gerendam pertinent, prodidit Xenophon, hic rursus non obscure significat, quid in civitate iis faciendum censeat, qui dicto πλεονεξίας vitio laborant. Jam ex his omnibus facile illud efficitur, Xenophonti injuriâ ejusmodi scriptum tribui, in quo aut negantur ea, quae ignorare non potuit, (Socratem in scenam esse traductum) aut tecte vituperium Socratis continetur.

§. 19.

„ καὶ τοὐναντίον γε τούτου." Haec, quoquo modo intelligenda sint, male cohaerent cum reliquis, et fortasse ad aliam Libelli partem sunt releganda.

§. 20.

„ αὐτὸν μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη ἐςίν." Nisi forte ironice haec dicta sunt, (quod tamen ex totius orationis tenore vix suspicari licet) non admodum conveniunt cum philosophia Socratica, ea praesertim quam prodidit ipse Xenophon. Haec enim ubivis primam quasi legem civibus hanc scribit, ut civitati bene faciant, ejusque saluti suam postponant; (Xen. Memor. Plat. Apol. passim, v. Luzac. d. l. p. 27.) cujus philosophiae praecepta Socrates ipse exemplo suo comprobavit, cum per totum vitae cursum, tum in mortis periculo. Sed etiamsi ipsum illud αὐτὸν εὖ ποιεῖν jure fortasse omni venia dignum censeatur, cujusmodi, quaeso, hoc loco est illud monitum, et quibusnam

con-

conditionibus (ut ita dicam), ex Auctoris nostri sententia, nititur? Odio scilicet, quo plebeji optimates prosequantur. (Vid. §. 19. et C. 1. §. 7.) Hoc autem odium, quod, in quavis civitate, necessario conjunctum est cum mutuae voluntatis abalienatione, inimicitiis, et violentia, a nemine umquam, qui veram civilem prudentiam ad unam civium salutem tendere statuerit, et certe minime omnium a Socrate, ejusque discipulo Xenophonte, venia dignum est habitum. (Cf. Mem. I. 2. 10. II. 6. 20 sqq.)

„ὅςις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου κ. τ. λ." Hoc loco, ut et §. 17. et mox C. 3. §. 8 et 9. aperte Auctor sese inimicum non solum democratiae, sed et fautorem oligarchiae fatetur. Vidimus jam supra ad C. 1. §. 8 et 9, Auctoris nostri sententiam de εὐνομίᾳ, et de vitiis democratiae, non consentire cum principiis philosophiae Socraticae et Xenophonteae; age videamus, an revera Xenophon de discrimine inter oligarchicum et democraticum reip. statum ita judicaverit, prout hic, verbis haud ambiguis, statuit Auctor Libelli nostri.

Constat Graecos veteres, in primis Atticos, de variis rerumpublicarum formis loquentes, universe distinguere solere tres formas, μοναρχίαν, δημοκρατίαν, et, quasi mediam iis interpositam, ὀλιγαρχίαν; ita v. c. ipse Xenophon in exordio Cyropaediae: vid., qui de hac re luculenter egit, J. Luzac. *de Socr. cive*, annot. p. 63 sqq. Singularum formarum definitiones, ex iis quae ipsi prodiderunt, has statuere licet, ut *monarchia* sit *unius* imperium, *oligarchia paucorum*, i. e. certi cujusdam numeri civium;

ex-

exclusis reliquis, *democratia totius populi.* (Cf. Luz. p. 68., vid. item Coray ad Isocr. Panath. c. 52., Cic. Rep. I. 26. ib. citt. ab Ang. Majo.) Atheniensium respublica ex instituto Solonis utique erat δημοκρατία (1), quia omnes cives ad rempublicam gubernandam admittebantur, ne infima quidem classe exclusa. Ipsa haec democratia, quamquam, saepius deinceps a demagogis immutata, tandem a prima indole degeneraverat, pristinum nomen semper retinuit. Nec alia usa est reipublicae administrandae forma Atheniensium civitas, nisi illis temporibus, quibus, primo Alcibiadis et Theramenis molitionibus, deinde Lysandri victoria et Lacedaemoniorum dominatione, rerum summa aliquamdiu in paucorum ditionem cessit, civitasque imperio certi cujusdam numeri civium paruit. (Annis A. C. 411. et 405.) Haec igitur reipublicae forma vulgo nomen tulit *oligarchiae*, quamquam revera inter utramque hanc rerum mutationem hoc discrimen fuit, ut prior, cujus in primis Theramenes fuerat auctor (2), vero nomine esset *democratia oligarchiae juncta*, et temperatam quodammodo, sive mediam inter utramque formam, effingeret reipubli-

(1) Quamquam, vel ex ipsius Socratis definitione, mixta quodammodo dici poterat, ita ut simul esset ἀριστοκρατία, πλουτοκρατία, et δημοκρατία, inde tamen veri nominis *democratiam* fuisse constat, quod juris dicendi et legum ferendarum potestas penes populum erat. Vid. Aristot. Pol. II. 9. III. 1. Luzac. de Socr. cive, p. 18. ib. not. et Schöm. de Comitiis Ath. p. 72.

(2) X. Hell. II. 3. 30. Lys. adv. Eratosth. Cf. et Strabo. L. IX. c. 1. p. m. 242.



blicae gubernationem; quae, utpote in hoc rerum discrimine summopere necessaria, (quum de revocanda Solonis institutione ne cogitandum quidem esset) plebis faecem tantum a rebus tractandis excludebat, et optimum quemque civem adsentientem habebat; in iis Thucydidem, cujus praeclarum de hac civitatis regendae forma judicium est: (VIII. 97.) „καὶ οὐχ ἥκιστα δὴ τὸν πρῶτον χρόνον ἐπί γε ἐμοῦ Ἀθηναῖοι φαίνονται εὖ πολιτεύσαντες. μετρία γὰρ ἥ τε ἐς τοὺς ὀλίγους καὶ τοὺς πολλοὺς ξύγκρασις ἐγένετο· καὶ ἐκ πονηρῶν τῶν πραγμάτων γενομένων τοῦτο πρῶτον ἀνήνεγκε τὴν πόλιν." Imo ipse eam subinde ἀριστοκρατίας nomine dignam censet, (ut VIII. 64.). — Altera illa reipublicae forma (a. A. C. 405.) vulgo communi nomine *tyrannis* est dicta; et jure quidem, quum XXX illi, a Lysandro constituti, civitatem pro lubitu regerent, eosque, quos sibi (ἐκ καταλόγου) adjutores legerant, magis satellites quam συμβούλους haberent. Videamus jam, quatenus id fieri possit, quodnam Xenophontis de utraque hac reipubl. forma fuerit judicium, quaenam vera ejus in rebus politicis sententia.

In scriptis Xenophontis, eodem modo quo apud ceteros Atticos, sibi invicem oppositas videmus Atheniensium δημοκρατίαν et ὀλιγαρχίαν. Nam quod in oratione sua Theramenes, (Hell. II. 3. 47.) oligarchiam respiciens, Critiam ἐν τῇ ἀριστοκρατίᾳ πάντων μισοχρηστότατον appellat, hoc argutius quam verius dictum esse, ipse locus est indicio; quum ceteroqui paucorum illud imperium a Xenophonte nusquam nisi *oligarchiae*

chiae nomine distinctum videamus. Quum autem omnino constet, hanc reipubl. regendae formam contrariam fuisse habitam ei, qua universo populo tributa erat libertas et *ἰσονομία* (1), (Hellen. III. 5. 9.) et nomen *ὀλιγαρχικὸς* inter ea censeri, quae animum denotent populi libertati infestum, (Isocr. Pac. 43. Pollux. III. 66.) quaerendum est hoc loco, num Xenophon eatenus democratiae vitia improbaverit, ut, tamquam civium suorum libertati inimicus, ad *ὀλιγαρχικοὺς* sit referendus, atque ita, hac etiam in parte, merito hujus Libelli auctor haberi possit.

De Socrate quidem, nullum est dubium quin displiceret ipsi Athenienfium respublica; videbat enim eorum democratiam *tyrannicam* esse et *monarchicam*. (Aelian. V. H. III. 17.) Patet hoc passim ex iis, quae ipsius nomine scripto consignarunt Plato et Xenophon; quorum hic, in Memorabilibus, non uno loco democratiae instituta a Socrate aut nominatim aut tecte vituperata refert; (Mem. I. 2. 9. III. 5. III. 9. 10. IV. 4. 14.) et quidem ita, ut vel ex ipsis locis colligere liceat, Xenophontem ab hac reprehensione non alienum fuisse. An vero ex iisdem tuto efficere possumus, Socratem aut Xenophontem Socraticum libertati civitatis fuisse inimicos, atque eam ob causam democratiae vitia ac perversitatem vituperasse, quod *oligarchi-*

(1) Thucydidi (III. 62.) *δυναστεία ὀλίγων ἀνδρῶν* dicitur *νόμοις μὲν καὶ τῷ σωφρονεστάτῳ ἐναντιώτατον, ἐγγυτάτω δὲ τυράννου.* Similiter Tacit. Ann. VI. 42. *Populi imperium juxta libertatem; paucorum dominatio regiae libidini propior est.* Cf. et Cic. Rep. I. 27.

chicam reipubl. formam alteri praeferrent? Nequaquam. Non ſolum, prout jam vidimus, popularis (δημοτικὸς) erat Socrates, ſed et potentium (τῶν κρειττόνων) dominationem, magis quam quodvis aliud imperium, civibus grave atque odioſum ducebat; (Mem. I. 2. 59. II. 1. 13.) quae dominatio in quonam regimine magis extimescenda erat quam in *oligarchico?* — Praeterea haud dubium est, Socratem libertatem magnificentisſimum et homini et civitati munus duxisſe (1); et hac libertate, ipſius ſententia, frui potuisſent cives ſub *paucorum tyrannide?* Tantum abest ut Xenophon huic reipublicae formae libertatis ſpeciem tribuerit, ut eam, in ſcriptis Xenophonteis, ignominioſo potius *ſervitutis* nomine inustam, et civitatis libertati ſaepius oppoſitam videamus. Vid. Hell. II. 3. 24. II. 4. 20. III. 5. 13.

Jam ſi verum est, nec vitioſam democratiam, nec etiam paucorum dominatum Socrati aut Xenophonti placere potuisſe, restat ut inquiramus ad quamnam reipubl. formam probandam uterque propenſus fuerit. Res in promtu est. In loco illo (Mem. III. 5.) de revocandis ad pristinam fortitudinem Athenienſibus, Socrates non disſimulat ſententiam ſuam de republica inſtauranda. Postquam ibi multa locutus est cum Pericle de corruptis civitatis moribus, et praeclaram illam majorum virtutem laudibus celebravit, quaerit ex eo Pericles (§. 14.): „Νῦν οὖν, ἔφη, τί ἂν ποιοῦντες ἀναλάβοιεν τὴν ἀρχαίαν ἀρετήν; — Καὶ ὁ Σωκράτης, Οὐδὲν ἀπόκρυ-

(1) Καὶ ανδρὶ καὶ πόλει μεγαλεῖον κτῆμα. Mem. IV. 5. 2.

κρυφον δοκεῖ μοι εἶναι· ἀλλ' εἰ μὲν, ἐξευρόντες τὰ τῶν προγόνων ἐπιτηδεύματα, μηδὲν χεῖρον ἐκείνων ἐπιτηδεύοιεν, οὐδὲν ἂν χείρους ἐκείνων γενέσθαι." — Quaenam alia sunt illa *τῶν προγόνων ἐπιτηδεύματα*, quam Solonica reipubl. forma? Illa videlicet, quam, cum aliis locis, tum in primis in Panathenaico, tantopere laudavit Isocrates: (c. 51.) „ *Κατεστήσαντο γὰρ δημοκρατίαν, οὐ τὴν εἰκῇ πολιτευομένην, καὶ νομίζουσαν τὴν μὲν ἀκολασίαν, ἐλευθερίαν, τὴν δ' ἐξουσίαν τοῦ ὅ τι βούλεταί τις ποιεῖν, εὐδαιμονίαν, ἀλλὰ τὴν τοῖς τοιούτοις μὲν ἐπιτιμῶσαν, ἀριστοκρατίᾳ δὲ χρωμένην.* Cf. Areop. 8.

Hanc igitur temperatam reipubl. formam, in qua universo quidem populo et libertas et rerum summa, sed honestioribus meliusque institutis reipubl. administratio erat tradita, sine dubio in animo habuit Socrates, quum cives suos ad majorum instituta revocare vellet. Quod, si fortasse aliorum testimoniis non satis probari censeas, ipsius sententia magis etiam firmatum videmus. Eo enim loco, ubi de Socratis disserendi facultate, deque ea arte discipulis suis tradenda exponit Xenophon, refert deinceps ejus sententiam de variis reipubl. gubernandae formis: (Mem. IV. 6. 12.) „ *καὶ ὅπου μὲν ἐκ τῶν τὰ νόμιμα ἐπιτελούντων αἱ ἀρχαὶ καθίστανται, ταύτην τὴν πολιτείαν ἀριστοκρατίαν ἐνόμιζεν εἶναι· ὅπου δ' ἐκ τιμημάτων πλουτοκρατίαν· ὅπου δ' ἐκ πάντων, δημοκρατίαν.* Atqui ex iis, quae ab eodem Xenophonte de Socrate narrantur, constat, eum in civitate regenda (quod item exemplo suo comprobavit) summum duxisse justitiam; justum autem

autem eum esse, qui legibus civitatis obtemperat, (τὸν δίκαιον εἶναι νόμιμον — νόμιμον δὲ τὸν κατὰ τοὺς τῆς πόλεως νόμους πολιτευόμενον. v. Mem. IV. 4. 13.). Ex quibus merito colligitur, Socratem *aristocratiam*, i. e. ejusmodi rempublicam, in qua *justi* sive *honestiores* summis magistratibus funguntur, optimam judicasse. Huc accedit, quod in loco supra laudato (Mem. III. 5. 14.) suadet civibus suis, ut Lacedaemonios potius imitentur, atque horum instituta sequantur; atqui certum est, reipubl. formam a Lycurgo institutam, quamquam a veteribus varie est appellata, veri nominis *aristocratiam*, atque adeo ab odiosa illa *oligarchia* procul remotam fuisse; ita ut, non secus ac Solonis rempublicam, dixerint eam Athenienses δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην. (Isocr. Areop. 24. ib. Bergm., Crag. de rep. Laced. p. 21 seqq. Manso Sparta. Vol. I. Pars I. pag. 88.)

Ex his nemini dubium esse potest, quin Socrates fuerit verus *aristocratiae* fautor: *aristocratia* autem Socratica non fuit imperium ditiorum, nec ejusmodi, quod rerum summam paucis traderet, reliquos excluderet, sed eorum, qui ob justitiam et honestatem jure *optimatum* nomen obtinerent. (Plat. apud Diog. Laert. III. 82. cf. Cic. de Rep. I. 34.) Tum etiam patet ex iisdem, tantum abesse ut haec aristocratia democratiae opposita sit et contraria, ut, cum Solonis tum Lycurgi instituto, apud dissimillimos populos, arctissimo vinculo secum invicem fuerint conjunctae. Quid mirum, si Socrates, qui utrumque Legislatorem admiratus est, simul et democraticam reip. formam, et optimatum auctori-

toritatem laudaret, quum hanc civitatis ſalutem, illam civium libertatem tueri videret? (1)

Et quid porro de Xenophonte dicendum? De cujus ſententia etiamſi nobis nihil conſtaret, vel ex iis, quae de Socrate attulimus, quaeque ipſe in *Memorabilibus* retulit, colligere liceret, quid de optima republica ſtatuerit. Si enim in hoc libro candidam conſuetudinis et vitae Socratis imaginem expresſit, ne vel minimo quidem fuco deformem, num in ceteris ſcriptis Socraticis quidquam his abſonum propoſuit? Num in *Oeconomico* aliter de adminiſtratione domestica disputavit? Num in *Sympoſio* alio ſermocinandi, alio facetiarum genere uſus est? Num in *Hierone* aliter de vera civium et imperantium felicitate, in *Cyropaedia* aliter de optima reipubl. inſtituendae ratione expoſuit? Nonne in his omnibus ſibi conſtitit ſincerus ille Socraticae philoſophiae alumnus? Quid igitur? Si in iis, quae Socratis nomine memoriae prodidit, revera a praeceptoris ſententia discrepasſet, non ſine cauſa ſuspicamur, eum aut non literis mandaturum fuisſe, quae ipſe non probaret, aut ita illud facturum, ut deinde, peculiari libro, eadem Socratica disſerendi ratione uſus, eandem ſcribendi materiem retractasſet. Hoc autem quum in iis fecerit, quae omnino cum Socraticis praeceptis con-

(1) Et haec est etiam illa respublica, quam ſaepius laudarunt Plato, Iſocrates aliique, quamque modo *democratiam*, oppoſitam *oligarchiae*, modo *democratiam aristocratia utentem* (δημοκρατίαν ἀριστοκρατίᾳ χρωμένην) dixere. Vid. Iſocr. Panath. c. 51. ſqq., Plat. Menex., p. 404. F. Thuc. II. 37., cf. omnino Iſocr. Areop. c. 24.

consentiunt, (veluti in *Oeconomico*, *Hierone*, *Cyropaedia*) quid est quod arbitremur, eum in aliis rebus ab iisdem praeceptis discrepasse? Quare v. c. Xenophontem in Oeconomico *suam* sententiam declarasse statueremus, quod peculiare huic materiae scriptum tribuerit, de *amicitia* vero, quod nullum de ea librum conscripserit, alia eum sensisse, quam quae Socratis nomine et auctoritate celebrantur? Sed ne in his quidem opus est, ut prorsus ad conjecturas recurramus, quum in ipsa Cyropaedia, quem librum, Socratica prorsus ratione, ad effigiem justi imperii conscripsit, quid ipse de hac re sentiret, plane atque aperte significaverit. Jam quod ad ea attinet, de quibus nunc agimus, sententiam de aristocratico regimine, conspicuus est locus in Cyr. II 2. 17., (quem supra jam attigimus) ubi ita Chrysantas: „'Αλλ' ἔγωγ', ἔφη, ὦ Κῦρε, *καὶ πάντες οἱ παρόντες, ἐννοῶ, ὅτι ἐξεληλύθασι μὲν σὺν ἡμῖν οἱ μὲν καὶ βελτίονες, οἱ δὲ καὶ μείονος ἄξιοι· ἢν δέ τι γένηται ἀγαθὸν, ἀξιώσουσιν οὗτοι πάντες ἰσομοιρεῖν. Καὶ τοι ἔγωγε οὐδὲν ἀνισώτερον νομίζω τῶν ἐν ἀνθρώποις εἶναι, τοῦ τῶν ἴσων τόν τε κακὸν καὶ τὸν ἀγαθὸν ἀξιοῦσθαι. Καὶ ὁ Κῦρος εἶπε πρὸς τοῦτο. Ἆρ' οὖν, πρὸς τῶν θεῶν, κράτιστον ἡμῖν, ἄνδρες, ἐμβαλεῖν περὶ τούτου βουλὴν εἰς τὸν στρατὸν, πότερα δοκεῖ, ἤν τι ἐκ τῶν πόνων διδῷ ὁ θεὸς ἀγαθὸν, ἰσομοίρους πάντας ποιεῖν, ἢ σκοποῦντας τὰ ἔργα ἑκάστου, πρὸς ταῦτα καὶ τὰς τιμὰς ἑκάστῳ προστιθέναι; Καὶ τί δεῖ, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ἐμβαλεῖν λόγον περὶ τούτου, ἀλλ' οὐχὶ προειπεῖν, ὅτι οὕτω ποιήσεις; Ἦ οὐ σὺ καὶ τοὺς ἀγῶνας, ἔφη, προεῖπας καὶ τὰ ἆθλα; Ἀλλὰ μὰ Δί',*

ἔφη ὁ Κῦρος, οὐχ ὅμοια ταῦτα ἐκείνοις. Ἃ μὲν γὰρ ἂν στρατευόμενοι κτήσωνται, κοινὰ, οἶμαι, ἑαυτοῖς ἡγήσονται εἶναι· τὴν δὲ ἀρχὴν τῆς στρατιᾶς ἐμὴν ἴσως ἔτι οἴκοθεν νομίζουσιν εἶναι· ὥστε διατάττοντα ἐμὲ τοὺς ἐπιστάτας οὐδὲν, οἶμαι, ἀδικεῖν νομίζουσιν. Ἦ καὶ οἴει, ἔφη ὁ Χρυσάντας, ψηφίσασθαι ἂν τὸ πλῆθος συνελθὸν, ὥστε μὴ ἴσων ἕκαστον τυγχάνειν, ἀλλὰ τοὺς κρατίστους καὶ τιμαῖς καὶ δώροις πλεονεκτεῖν; Ἔγωγ᾽, ἔφη ὁ Κῦρος, οἶμαι, ἅμα μὲν ὑμῶν συναγορευόντων, ἅμα δὲ καὶ αἰσχρὸν ὂν ἀντιλέγειν, μὴ οὐχὶ τὸν πλεῖστα καὶ πονοῦντα, καὶ ὠφελοῦντα τὸ κοινὸν, τοῦτον καὶ μεγίστων ἀξιοῦσθαι. Οἶμαι δὲ, ἔφη, καὶ τοῖς κακίστοις σύμφορον φανεῖσθαι τοὺς ἀγαθοὺς πλεονεκτεῖν." Cf. ib. II. 3. 5. Haec vero ſententia manifeſto ſpectat ad illam duplicem *juris aequalitatem*, quam memorat Iſocrates Nicocl. c. 5., fuſius tamen exponit, et ad laudatam illam Solonis rempublicam refert, Areop. c. 8. „ Μέγιστον δὲ αὐτοῖς συνεβάλετο πρὸς τὸ καλῶς οἰκεῖν τὴν πόλιν, ὅτι, δυοῖν ἰσοτήτοιν νομιζομέναιν εἶναι, καὶ τῆς μὲν ταὐτὸν ἅπασιν ἀπονεμούσης, τῆς δὲ πρὸς τὸ προσῆκον ἑκάστοις, οὐκ ἠγνόουν τούτων τὴν χρησιμωτέραν· ἀλλὰ τὴν μὲν τῶν αὐτῶν ἀξιοῦσαν τοὺς χρηστοὺς καὶ πονηροὺς ἀπεδοκίμαζον, ὡς οὐ δικαίαν οὖσαν· τὴν δὲ κατ᾽ ἀξίαν ἕκαστον τιμῶσαν, καὶ κολάζουσαν προῃροῦντο, καὶ διὰ ταύτης ᾤκουν τὴν πόλιν· οὐκ ἐξ ἁπάντων τὰς ἀρχὰς κληροῦντες, ἀλλὰ τοὺς βελτίστους καὶ τοὺς ἱκανωτάτους ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἔργων προκρίνοντες. κ. τ. λ." — Quaenam igitur alia eſt illa aequalitas, quam ſub nomine Chryſantae et Cyri exponit et manifeſto comprobat Xenophon, niſi ea

ea ipsa, quam Solon quondam Atheniensibus constituerat? Erat hoc quasi fundamentum illius *aristocratiae*, quam a summo illo Legislatore populari regimini junctam videmus, quamque Xenophon, si non ipso hoc nomine designat, melius fortasse, additis rationibus, significat.

Quandoquidem autem, tam ex ipsius Xenophontis sententia, quam ex indole philosophiae Socraticae, perspicuum est, Xenophontem eam reipubl. formam potissimum probasse, quae universis libertatem, singulis vero dignitatem pro meritis tribueret, nec ullum fere dubium est, eum ejusmodi *juris aequalitatem* optimam et civitati saluberrimam judicasse, qua honestissimus quisque, optimeque de republ. meritus, maximam partem in civium salute tuenda susciperet; injuria pene foret dignissimi Viri memoriae illata, si suspicaremur, eum reginnis oligarchici fautorem et praeconem esse potuisse. Quodsi quis forte putet, *oligarchiae* nomine illam, quam modo adumbravimus, *aristocratiam* designari, nae ille vehementer errat; quippe quae utraque reipubl. forma, Xenophontis certe aetate, et a philosophis e Socratica schola profectis, haud ambiguo sermone est distincta. (Plat. Rep. IV. 18. VIII. 5. et ap. Diog. Laert. III. 82. Cf. Luzac. de Socr. cive, Ann. p. 66 sqq.) Ab ipso autem Xenophonte, prout jam vidimus, omnium minime haec duo nomina promiscue sunt usurpata: quod si usquam fecit, haud credibile est, eum peculiarem aliquem libellum conscripsisse, eo consilio, ut sibi labem adspergeret, cujus suspicionem maxima semper cura a se propulsasset.

„ ἀδικεῖν παρεσκευάσατο." Quum in hoc Cap. universe disserere voluisse videatur Auctor de commodis et privilegiis, quae plebi prae optimatibus erant concessa, mirum rursus est, si a Xenophonte Libellus est scriptus, eum nihil memorasse de poena eorum, qui Atheniensium plebem injuria affecissent (ἐάν τις τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον ἀδικῇ); quae e Canonis decreto severissima fuit, quamque solus memorat Xenophon, Hell. I. 7. 21.; neque etiam de proditorum poena, ibidem a Xenophonte memorata, quum tamen §. 15. hujus Cap. crimen illud proditionis non intactum reliquerit.

CAP. III.

„ Καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας κ. τ. λ." — Haec etiam utique suo loco mota videntur; ut initium hujus Cap. multo commodius in fine totius Libelli esset positum.

Quae deinceps in hoc Capite exponuntur, minus mutila fortasse et lacunosa videri possint quam reliqua, attamen, si propius ea inspicimus, aeque sunt luxata et turbata, nec, quod ad ipsam orationem attinet, reliquis dissimilia; praeterquam quod multa item continent, quae Xenophonte merito indigna habentur, et repugnant ejus ingenio.

Primo quidem Auctor denuo digreditur a totius scriptionis consilio, quod modo repetiit his verbis: Καὶ περὶ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας τὸν μὲν τρόπον οὐκ ἐπαινῶ κ. τ. λ. Hac in parte nimirum hujus Cap. illud sibi proposuisse videtur,

tur, non ut plebis jura et privilegia memoraret, eamque contra iniquas criminationes defenderet, ſed ut univerſe vitium quoddam, reipublicae Athenienſium inhaerens, indicaret, cujus tamen cauſae non e democratiae licentia, ſed aliunde repetendae erant. Vitium illud est mora et cunctatio in iis rebus, quae a ſenatu populoque ſunt peragendae; ejusque cauſae, negotiorum multitudo (τῶν πραγμάτων πλῆθος), et festorum celebratio. Videamus an in iis lucidus ordo ſit ſervatus, an ejusmodi quid a Xenophonte esſet exſpectandum. Verbis χρηματίσαι τῇ βουλῇ οὐδὲ τῷ δήμῳ jure ſuspicamur, Auctorem memorare velle ea, quae aguntur in Senatu et apud populum, i. é. in concione et in judiciis: ſequitur enumeratio earum rerum, quae ad munus ſenatorium pertinent; quae, ſi esſet integra, ſine dubio plus luminis adferret ad Graecae antiquitatis ſtudium illustrandum, quam huc usque inde accendere conati ſunt interpretes eruditi. In hac enumeratione, Xenophon, ut mihi videtur, non omiſisſet *curam et examen equitatus* (ἐπιμέλειαν καὶ δοκιμασίαν τοῦ ἱππικοῦ), quam alibi memorat. Vid. Hipp. I. 8. ſqq. et 13. III. 9. Oec. IX. 15. Tum de concione et judiciis, quae ante omnia huc pertinebant, non agit niſi obiter (§. 6 et 7.), et adeo confuſe, ut vix, quid ſibi voluerit, intelligi posſit. Quod vero ad cauſas attinet, prima illa (τὸ πραγμάτων πλῆθος) vera fortasſe esſe potuit; at quomodo fieri potest, ut ejus mentio fiat ab eodem illo auctore, qui, in Libello *de Vectigalibus*, ejusmodi civibus ſuis conſilia impertit, quibus negotiorum illa multitudo necesſa-

rio

rio augeatur? — Altera illa, de festis ab Atheniensibus celebratis, non est quod in dubium vocetur (1); at, si cujusquam, certe Xenophontis non erat eam memorare, qui, aliis in locis, cum universe Deorum cultum festo magni facere ostendisset, tum in primis festa atque pompas, a populo celebrari solitas, summa cura dignas censuisset. (Vid. Vectig. VI. 1. Hipp. II. et III. cf. Anab. V. 3. 9. Oec. V. 10.). Nonne potius, si quid hac in parte reprehendere voluisset, quod ad plebem spectaret, in sacrificiis obeundis partim negligentiam, partim inanem pecuniae publicae profusionem notasset? (Isocr. Areop. c. 11., cf. Schöm. de Com. Ath. p. 302 sq., Boeck. Vol. I. p. 226 sq.) Praesertim quum haec ipsa profusio et publicae inopiae, et neglecti cultus Deorum causa extitisse videatur: (Vect. l. l.) quae tamen omnia, in hoc Libello, potius C. 2. §. 9. locum suum obtinuissent. — At si verum est, (id quod secundo loco observare nobis liceat) Xenophontem ea vitia in republica administranda indicare voluisse, quaenam tandem est causa, cur alio loco (in Libello *de Vectigalibus*) ejusmodi vitium, cujus causa e popularis regiminis indole erat repetenda, rei pecaniariae inopiam, ita ostendat, ut, vituperii loco, medelam proponat, et, rationibus undecumque conquisitis, commendare studeat; hoc loco contra, aliud vitium, quod longe aliis caussis quam democraticae licentiae

(1) δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἑώρταζον οἱ Ἀθηναῖοι καθ' ἑκάστην, πλὴν μιᾶς ἡμέρας. Schol. Thucyd. II. 38. cf. et Plat. Alcib. II. c. 19.

tiae tribuendum erat, adeo acriter perstringat, ac si nullum prorsus ei remedium afferri posset? Etenim fatendum est, multo certe facilius fuisse, sive praemiis propositis, sive novis magistratibus ministrisve creandis, morae et cunctationis vitio subvenire, quam cives ex ignavia ad laborem et alacritatem excitare, et, alieni tributi loco, ejusmodi reditus substituere, quibus omnia ab ipsorum industria essent petenda. Certe si, in Libello *de Vectigalibus*, inde etiam Xenophontis ingenium perspicimus, quod, quo magis civibus suis, in negotiis expediendis, studium et ardorem excitet, praemia proponit, *ὅςις δικαιότατα καὶ τάχιςα διαιροίη τὰ ἀμφίλογα*, (Vectig. III. 3.) non est, profecto, quod hoc loco, in quo aeque hae duae res spectantur, idem agnoscamus; praesertim quum ipse Auctor mox subjungat: (§. 9.) *ὥςε μὲν γὰρ βέλτιον ἔχειν τὴν πολιτείαν, οἷόν τε πόλλα ἐξευρεῖν.* Nonne dicendum, Xenophontem, si utriusque Libelli auctor est, parum sibi constitisse; quum in illo, ut verus disciplinae Socraticae alumnus, se praestiterit *δημοτικὸν καὶ τῶν πολίτων εὐεργέτην*, in hoc, contra, adeo *μισόδημον* sese profiteatur, ut, si servetur popularis regiminis forma, etiam in iis rebus de republica instauranda desperet, quibus, Socratis judicio, non melius remedium excogitari poterat, quam revocata pristina illa Solonis democratia? (Mem. III. 5) Hanc autem ab ipso Xenophonte fuisse comprobatam, ex iis, quae jam attulimus, abunde constat.

Denique, quod ad ordinem et perspicuitatem orationis attinet, haec particula non minus suspecta est, quam reliqua Libri pars.

§. 1.

§. 1.

„ χρηματίσαι " Minus recte in Lexico Xenophonteo exponitur: *agere cum Senatu et populo;* hoc e vulgari Atticorum usu esset χρηματίσασθαι (ut mox §. 3.). E verborum quidem nexu, verisimile est, Auctorem illud significare voluisse; Xenophontis certe scribendi consuetudinem ita tulisse, tuto ex aliis locis colligimus. (Vid. Lex. Xen. in v.). Si verbi medii rationem habemus, haec universe statuenda videtur ejus notio: *negotia peragere s. rem facere in suum usum;* (atque ita Grammatici explicarunt, διαπράττεσθαι, πραγματεύεσθαι. Hesych., Pollux, Lex Seguer.) in primis *colloquendi* significatione ita dictum esse videtur „, απ' ἐλάττονος πρὸς μείζονα," qua notione citat Thomas Mag. Herodoti locum III. 118., quocum cf. et VII. 163. De Magistratibus, iisque qui auctoritate publica agebant, activum χρηματίζειν usitatius fuisse videtur; sicut de legatis dicitur a Thucydide, in loco a Schneid. citato. (Cf. Schol. et Wasse ad Thucyd. I. 87., et Duk. ad V. 61.) In primis autem χρηματίζειν (quo tamen Xenophontem nusquam usum esse jam observat Schneid.) dicitur de Senatu, notatque *deliberare, respondere*, et de Proedris, *proponere s. referre ad populum.* (Vid. Isocr. Paneg. c. 42. ib. Mor., Demosth. Coron. p. 285. Ulp., et contr. Timocr. p. 706., Poll. VIII. 95. ib. Kuhn., Petit. Leg. Att. p. 198., Luzac de Socr. civ. Annot. p. 103., Schöm. de Com. p. 89.). Atque ita mox dicitur χρηματίσαντες et §. 2. χρηματίσαι. Hoc igitur loco aut legendum

χρη-

χρηματίσασθαι, aut jungendum οὐκ ἐστὶν τῇ βουλῇ οὐδὲ τῷ δήμῳ χρηματίσαι, i. e. *respondere*, *jus dicere*, quod sententiae minus aptum videtur. (Idem valet de διαπράττειν et διαπράττεσθαι §. 3. v. Schneid.)

§. 2.

„ὅσας οὐδεμία κ. τ. λ." Quae hîc dicuntur repetit Auctor §. 8., et quidem ita, ac si plane oblitus esset ea, quae dixerat; §. 2. enim est: οὕστινας πρῶτον μὲν δεῖ ἑορτάσαι ἑορτὰς, ὅσας οὐδεμία τῶν Ἑλληνίδων πόλεων, et §. 8. denuo: πρὸς δὲ τούτοις οἴεσθαι χρὴ, καὶ ἑορτὰς ἄγειν χρῆναι Ἀθηναίους, ἐν αἷς οὐχ οἷόν τε δικάζειν. Καὶ ἄγουσι μὲν ἑορτὰς διπλασίους ἢ οἱ ἄλλοι. — Deinde ἐκδικάζειν est verbum, quo nusquam utitur Xenophon. Nisi igitur exquisita ei sit notio, v. c. lites *ad finem perducere*, aut ejusmodi, quae verbo ἐκδικάσασθαι a Lexicographis tribuitur, (Harpocr. Suid. Etymol.) interpretandum erit *dijudicare*, qua tamen notione Xenophontis consuetudo postulat διαδικάζειν, quod mox et saepius sequitur. (Ceterum illam litigandi pruriginem, inter alia Atheniensium vitia, perstringit Socrates ap. Xen. in Mem. III. 5 16.; cf. Arist. Vesp. passim, Schol. Arist. Nub. vs. 208 et 1210.)

§. 3.

„διαπρᾶξαι." Ita recte, ob rationem supra ad χρηματίσαι allatam, correxisse videtur Schneiderus. Quid tamen illud τῶν δεομένων sibi velit, obscu-

ſeurum, niſi mutare liceat in τοῖς δεομένοις.

§. 5.

„ οἴεσθε χρῆναι." En, novum quid exoritur in fine Libelli. Huc usque familiariter, nec tamen ex uſu Xenophontis, dixerat μοι et σοι; jure igitur h. l exſpectasſes οἴει; ſed repente, nova perſonae permutatione, plures (vix tamen ipſos Athenienſes) alloqui videtur. Leunclavii lectio οἴεσθαι χρὴ, ut mox legitur §. 8., hujus loci ſententiae aptari nequit, niſi intelligatur δεῖν, quod durius etiam foret. (§. 6. ipſum illud δεῖν, rectius ut videtur, a Schneidero ſecluditur.)

§. 6.

„ εἰπάτω γάρ τις. κ. τ. λ." Quae in hac §. leguntur, niſi duplici lacuna laborant, prima post διαδικάζεσθαι, altera post δι' ἐνιαυτοῦ, minus ſunt perſpicua, quam ut a Xenophontis manu profecta esſe videantur. Sententia haec esſe videtur: „Dicat fortasſe quispiam," (εἴποι δ' ἄν τις, Schneid.) non necesſe esſe ut lites ſtatim „ (αὐτόθεν) dijudicentur. Hoc vero nihili est; „ nam ſi idem affirmat, omnes esſe dijudicandas, „ per totum annum, nulla mora aut dilatione „ interpoſita, fieri hoc debet: neque hoc ipſum „ ſatis remedii afferre poteſt, quum ne nunc „ quidem, per totum annum jus dicentes, litibus „ dirimendis ſufficiant,"

§. 10.

§. 10.

„ Δοκοῦσι κ. τ. λ. et §11. — Ἀθηναίοις." Haec rursus ab h. l. sunt aliena et pertinent potius ad C. 1. §. 14: praeterea ineptam repetitionem continent eorum, quae habuimus C. 1. §. 4—7; nam quod ibi erat: ἔστι δὲ ἐν πάσῃ γῇ τὸ βέλτιστον κ. τ. λ., hoc loco est: ἐν οὐδεμιᾷ γὰρ πόλει κ. τ. λ., in qua dictione offendit rursus adjectivum εὔνους ter repetitum. Quod ad exempla attinet, quae modo sequuntur, sola quae in hoc Libello adfert Auctor, locus nimis lacunosus et obscurus esse videtur, quam ut, sive de Auctoris mente, sive de ipsa oratione redintegranda, quidquam adferre audeamus.

§. 12.

„ ὑπολάβοι δέ τις ἂν" — et seqq. §. 13. Quid his §§ sibi voluerit Auctor, quum ex ipsis verbis non perspicue pateat, conjiciendum potius est: unde etiam factum esse videtur, ut, in hujus loci interpretatione, tantopere discrepent virorum doctorum sententiae. — Si rursus lacunam suspicere licet, dicendum est, Auctorem fortasse, de plebis insolentia erga honestiores, ejusmodi quid h. l. dixisse, quod C. 1. §. 14. de sociis memoraverat: τοὺς μὲν χρηστοὺς ἀτιμῶσι κ. τ. λ., ad quae deinceps haec referat, ὑπολάβοι δέ τις ἂν εἶναι τι δεινὸν ἀπὸ τῶν ἀτίμων Ἀθήνησιν, ὡς οὐδεὶς ἄρα δικαίως αὐτόθι ἠτίμωται: quam suspicionem deinde refutet his verbis: ἐγὼ δέ φημι κ. τ. λ. Hoc certe ejus fuisse consilium, patet fere e postremis verbis, quippe quibus ea, quae ab initio posuerat, repe-

petere solet. Cf. C. 1. §. 9. 12. et 18. Attamen h. l. non solum apta verborum structura desideratur, sed et ipsa verba, quae Auctoris sententiam aperire debuerant, obscuriorem eam reddunt: quas tenebras dispellere, post Weiskii et Schneideri de hujus loci sententia conjecturas, nostrum non ducimus.

Extremis verbis, πῶς ἂν οὖν ἀδίκως κ. τ. λ, fieri potest ut ironia contineatur, at certe non est Socratica aut Xenophontea. Ea, nisi vehementer fallor, est ex illo urbanae dissimulationis genere, non quo uno loco contraria veris dicas, sed quum toto genere orationis severe ludas, quum aliter sentias ac loquare. (Cic. Or. II. 67.) Hoc igitur dissimulationis genus, quod perelegans dixit Cicero, et cum gravitate salsum, cujusque exemplum luculentissimum praebent libri Socratici a Xenophonte conscripti, in hoc Libello deprehendere haud possum. Quod vero ad hunc ipsum locum attinet, liceat mihi rursus Xenophontem Socraticum ab hujusmodi ineptiis defendere. Sine dubio enim is in demonstrando atque argumentando ineptus est dicendus, qui et falsa proponit, et ejusmodi quid concludit, quod ex propositis non efficitur, quique insuper sibi ipse obloquitur. Argumentatio autem hunc in modum sese habet: „Fieri non potest, ut multi injuste infamia noten„tur Athenis: plebs enim ibi magistratus gerit, „et infamia afficiuntur ii, qui magistratu non „honeste funguntur (ἐκ τοῦ μὴ δικαίως ἄρχειν). Atqui aliunde constat, infamiam Athenis non solum poenam fuisse eorum, qui magistratum male gererent, sed universe, qui civitatis jura vio-

violassent, cujusque ἀτιμίας varii erant gradus. (Vid. Petit Leg. Att. p. 469. Schöm. de Com. Ath. p. 74 sqq., Meier et Schöm. das Attische Proces, p. 563.) Haec ratio utique falsa dici meretur, si sola proponitur; inepta fit iis quae sequuntur: μηδὲ λέγειν τὰ δίκαια ἢ πράττειν; haec enim aliena sunt ab hoc loco, et totum argumentum evanidum reddunt. — Quod deinde proponitur: *plebs gerit magistratus* (ὁ δῆμός ἐστιν ὁ ἄρχων τὰς ἀρχὰς), hoc item sine dubio falsum est; nam Athenis plebs non dici poterat magistratus gerere *majores*, de quo vulgo dicitur ἄρχειν. Vid. Plat. Menex. c. 8. Gottleb., Plut. Phoc. c. 8., et ipse Xenoph. Anab. IV. 6. 16., ubi Chirisophus: εἴπερ ὑμῖν (Ἀθηναίοις) οἱ κράτιστοι ἄρχειν ἀξιοῦνται. In quo simul sibi ipse repugnat Auctor, quum C. 1. §. 3. dicat, plebem magistratus majores potentioribus permittere (ἐᾷν τοὺς δυνατωτάτους ἄρχειν). Cf. Tittm. Gr. Staatsverf. p. 555 sqq. Quid igitur dicendum de ironia, cujus argumentatio et inepta est, et falsis nititur propositis? Et tamen vere Socraticam eam dicere ausus est Weiskius, qui, post varia somnia de Libelli auctore Xenophonte, *deque ejus scopo*, tandem annotationem ad hunc locum his verbis absolvit: „Tenendum autem est, Xenophontem hic germanum Socratis discipulum agere!" Equidem, nisi plane hebes sum, nihil hoc in loco deprehendo, quod vel umbram acuminis Socratici referat.

Quod si quis fortasse in reliquis Libelli partibus ironiam illam inesse censeat, nec hujus sententiae probabilem video rationem; praesertim si an-

ante omnia, quid sit ironia Socratica, quae sit ejus natura, quod consilium, cum ex definitione Ciceronis, tum ex ipsis libris Xenophonteis efficere mihi licet. Nam si in primis eo tendit illa, ut dissimulando acrius etiam quam aperte fatendo, veritatis quasi aculeos admoveamus, quaerimus in his, ubinam hoc dissimulationis telo usus sit Auctor. An in ipso scriptionis consilio aperiundo? At inde ab initio manifeste et absque ulla ironiae nota, quid sibi velit exponit; et, quamquam merito dubitare posse videmur, num semper propositi sui memor fuerit, (ut suis locis ostendimus) hac certe in parte bona fide fuisse est dicendus, quum ipsum illud consilium saepius ita repetat, ut nemo facile ironiam subesse suspicetur. — An vero in eo fortasse dissimulavit, quod dicit, plebem sibi suoque imperio consulere, (C. 1. §. 1.) quum tamen deinceps omnia fere vitia percenseat, quae ex ipsius plebis licentia et libidine civitati oriuntur? At ne in eo quidem quidquam dissimulationis inesse video. Fieri hoc posset, si e. gr. dixisset: „Democratiam civitatis saluti et incolumitati „magis conducere arbitror quam monarchiam „aut oligarchiam," atque ita deinde omnia ea enumerasset, quae manifesto in vitiis democratiae censenda essent. Sed contra, quid dicit? „Ipsam democratiam vitupero; et quidem hanc „ob caussam, quod, in eo civitatis statu, impro„bi meliore sunt conditione quam honestiores „cives." Hoc autem quovis loco, absque ulla dissimulatione, ostendere conatur; plebi enim illud tribuit, quod in omnibus rebus suo commodo servit, cetera non curat. Quod si in eo ipso si-

εἴρωνα agere voluisset, quidni, quum dixisset, ὡς εὖ διασώζονται τὴν πολιτείαν, plenius ostendit, exemplisque probavit, ipsam hanc insolentiam, ignaviam et avaritiam plebis reipublicae maximarum calamitatum caussam fuisse? Sed et hujus consilii ne minimum quidem vestigium apparet, et, quatenus ipsa oratio non prorsus omni nexu est destituta, illud certe est perspicuum, Auctorem quodammodo plebis patrocinium suscepisse, cui nullo modo quis vitio vertere possit, si suis rationibus prospiciat, (αὑτὸν μὲν γὰρ εὖ ποιεῖν παντὶ συγγνώμη) omnem vero mali caussam ex ipsa reipublicae forma atque institutione repetere. In his omnibus facile vituperandi consilium quivis deprehendet, *ironiae*, inprimis *Socraticae*, specimina frustra indicare conabitur.

Epilogus.

Haec habui quae ad Libellum istum *de Republica Atheniensium* annotarem. Scio quidem quam parum universe valeant argumenta ex orationis forma ducta; „ sunt ea plerumque subtiliora et „ incerta, notasque obscuriores habent, quam „ ut inde judicare possis." Bentley Op. p. 8. Quod si verum est in scriptis dijudicandis, quae, quamcumque ceterum sibi auctoritatem vindicent, integritatis notam servarunt, multo magis valere debet in iis, quae, etiamsi auctoris nullam habeamus rationem, multis locis corrupta

ta et vitiata esse videntur. At in his primo illud animadvertatur, ea, quae attulimus, argumenta, si singula parum efficiunt, universa magnam vim habere ad controversiam hujus generis dirimendam. Facile enim suspicari posses, (et equidem dudum rem ita se habere arbitrabar) hanc Atheniensium Πολιτείαν a Xenophonte conscriptam quidem fuisse, (praesertim quum hujus Libelli titulus apud Diogenem Laertium in scripeis Xenophontis memoretur) sed ab aliquo grammatista male habitum, mutilatum, discerptum, atque ita prorsus degeneratum ad nos pervenisse. Attamen causae sunt satis justae, quae ad hanc opinionem refellendam adferri possint. Unam jam attigimus. Si enim ipse Libellus a Xenophonte fuit conscriptus, unde fit, ut in partibus, quae inde, quocunque modo excerptae, hodie supersunt, omnis elegantia, perspicuitas, et concinnitas orationis Xenophonteae perierit, nec ullum vestigium ejus ingenii remanserit? Deinde, si ipsa jam sermonis scabrities in hac causa dubitationem justam excitat, nonne et alia accedunt argumenta, quae a Xenophontis ingenio, atque ex indole philosophiae Socraticae sunt petita? Si orationis formam vitiare potuit grammatista, ita ut, hac in parte, nullo loco agnoscatur Xenophontis manus, quidni usquam vestigium apparet, auctorem fuisse Socraticum? Quid est, quod non solum verba, sed et sententiae a pristina forma ita sint detortae, ut, quidquid, cum ad argumentandi subtilitatem, tum ad judicii acumen, e Socratica Xenophontis disciplina manare debuit, in isto opusculo sit deletum plane-

ne-

ma et exſtinctum? Tum in primis etiam dubitationi nostrae haud levisſimum pondus accedit ex eo, quod illae Libelli partes, quibus ipſius ſcriptionis conſilium continetur, quaeque omnium maxime perſpicuae ſunt atque incorruptae, omnium maxime repugnant iis ſententiis, quae alibi ab ipſo Xenophonte ſunt proditae? — Denique, ſi ipſe Xenophon Libellum istum conſcripſit, quo tandem tempore eum hoc feciſſe ſtatuendum est? Num ante expeditionem in Aſiam? Etenim, praeterquam quod jam ostendimus ex ipſo Libello recte colligi, eum postea ſcriptum eſſe, ſi jam haud veriſimile est, Xenophontem ante illud tempus ullum librum conſcripſiſſe, minime omnium cogitare potuit de ejusmodi libro, quo patriis legibus ſe inimicum ostenderet, ſibique, praeſertim eo tempore, quo maxime ſeſe jactabat plebis et demagogorum licentia, plurimorum odium atque invidiam concitasſet. De eo tamen non est quod diu dubitemus, quum manifestisſimum ſit, Libellum eſſe ſcriptum ab eo, qui, ſi ipſe esſet Athenienſis, extra patriam degeret; alioquin enim abſurdum fuisſet, Auctorem, quisquis esſet, ita dicere: *ὅςις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου εἵλετο ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ, ἀδικεῖν παρεσκευάσατο, καὶ ἔγνω ὅτι μᾶλλον οἷόν τε διαλαθεῖν κακῷ ὄντι ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ.* (C. 2. §. 20.). Attamen haec ipſa verba a quibusdam, et in primis a Weiskio, ita ſunt accepta, ac ſi et Xenophontem auctorem et tempus ſcriptionis fere indicarent. Eam opinionem, quam ceterum multis verbis exponit Weis-

kius. (Prol. p. 64) quatenus ad ipsum Xenophontis ingenium attinet, recte refutasse videtur Schneiderus, qui observat, omnem hanc viri docti orationem eo pertinere, „ ut demonstret „ Xenophontis animum minime aequum et magnum; sed pusillum, iniquum, et Socratis disciplina plane indignum. (Schneid. Prol. p. 89.). Si vero etiam temporis rationem subducimus, dicendum est, Xenophontem illud doloris et indignationis specimen, quod in nostro Libello vidit Weiskius, edere debuisse statim postquam ex Asia reversus esset, aut jam statim post nuntium de exilio acceptum, i. e. haud ita multo post annum A. C. 400.; quo tempore constat, Athenienses imperium illud maritimum, quod ipsis ab Auctore tribuitur, nondum recuperasse. Hanc solam ob causam intercidat oportet Weiskii conjectura. Sed et illud quaerimus. Etiamsi a Xenophontis ingenio non abhorrere existimaremus, quod propter exilium iram contra patriam effudisset, an ipse Libellus, cujus consilium inde ab initio apertis verbis est expositum, probabile hujus rei indicium praebet? An credendum est, Xenophontem ira atque indignatione commotum ita scripsisse: „ Atheniensium democratiam non laudo; sed, „ quandoquidem sibi hanc reipublicae formam elegerunt, demonstrare volo, illos in commodum „ suum recte eam tueri, et in ceteris etiam rebus, „ in quibus vulgo reprehenduntur, non ita male „ sibi consulere." Quis, quaeso, in his verbis (nam de ironia hic non esse cogitandum quivis videt) indignationem agnoscat? Nonne in omnibus, quantumvis cetera sint ob-

scu-

scura et turbata, illud est perspicuum, Auctorem *democratiae* non *plebis* vitia perstringere? Nonne contra, si ex indignatione profecta esset illa vituperatio, ita potius dixisset? „ Democraticam reipublicae formam non reprehen„ do, eam nimirum, qua usi sunt majores nos„ tri; sed demagogorum licentiam, et plebis „ libidinem, quae huc usque maximarum cala„ mitatum causa exstitit, et civitati, sine du„ bio, olim perniciem est allatura, maximo„ pere vituperandam esse duco." — Certe, si et Xenophontis ingenii et Socraticae philosophiae rationem habemus, ejusmodi oratio aliquam veri speciem prae se ferret; in ea ratione, quam excogitavit Weiskius, me nullum probabilitatis indicium invenire, ingenue fateor. — Quod si eo est progrediendum, ut dicamus, Xenophontem in exilio, dum Scillunte degeret, hanc scriptiunculam exarasse (ita Weiskius), et eo quidem tempore, quo Athenienses denuo imperium in focios susceperant, (itaque post a. A C. 378.) inde profecto magis etiam laborabit verisimilitudo. Num enim per omne illud tempus, num per 20 aut 30 annos patriae iratus fuisse est dicendus? Num quod vestigium hujus irae in reliquis ejus scriptis exstat? Num verisimile est, Xenophontem, etiamsi illam indignationem deposuerit, eo tempore librum conscripsisse, quo necessario odium omnium eorum sibi conflaret, qui reipublicae praeessent, quique auctoritate apud populum valerent? Eo tempore, inquam, quum spem reditus in patriam nondum deposuerat non solum, sed et brevi postea, ante suum reditum, quum filios militatum Athenas

Q 2 mit-

mitteret, exemplo suo ostendit, quo animo esset erga civitatem suam? [Quis credat, Xenophontem adeo parum sibi constitisse, ut, paucis annis ante reditum, consilium aperuerit numquam in patriam redeundi? (Conjiciendum hoc est e C. 2. §. 20.)] Quis credat, Xenophontem eo processisse levitatis, ut ipso hoc reditu, suo sibi judicio *injustitiae* labem adspergeret, quum perspicuis verbis dixisset: ὅστις δὲ μὴ ὢν τοῦ δήμου εἵλετο ἐν δημοκρατουμένῃ πόλει οἰκεῖν μᾶλλον ἢ ἐν ὀλιγαρχουμένῃ, ἀδικεῖν παρεσκευάσατο? Quis denique sibi persuadeat, Xenophontem, qui paulo antea in ipsam democratiam invectus esset, atque adeo aperte declarasset, nisi ipsa reipublicae gubernandae ratio prorsus mutaretur, nullum malo remedium apte adhiberi posse, non solum, vigente eadem illa democratia, sponte in patriam rediisse, sed et scriptis suis (Libello *de Vectigalibus* et *Hipparchico*) omnem operam dedisse, ut, *servata eadem reipublicae forma*, iis vitiis medelam adferret, quae primo et praecipuo loco e democratiae abusu fluxerant? — Hae solae rationes, fateor, satis apud me valent ut statuam, nequaquam verisimile esse, Xenophontem ejusmodi libellum conscripsisse, cujus consilium etiam nunc in Libello nostro de *Republica Atheniensium* perspicitur.

His vero dubitandi causis accedunt argumenta, quae passim in Annotatione ad ipsum Libellum exposui, et quae potissimum ad quatuor capita referri possunt:

I. Ad formam Libelli.

II. Ad ipsam orationem s. stilum.

III. Ad argumentandi et disserendi rationem.

IV.

IV. Ad sententias, quas Auctor passim prodidit.

I. Et primo quidem loco quivis videbit, ipsum illud opusculum, quod ad formam universe attinet, a Xenophontis consuetudine plane abhorrere, quum nullum in ejus libris exstet scriptum, quod cum hoc nostro comparari possit, imo, hac in parte, Libellum nostrum tam longe a chartis Socraticis distare, ut, missis ceteris, quae jam modo singillatim attigimus, ne quid sibi revera proposuerit quidem Auctor, laudem an vituperium, plane agnoscere possimus. At, qualecumque de scriptionis genere sit judicum, ordo certe et perspicuitas, quae in omnibus Xenophontis scriptis familiam ducunt, in hoc Libello prorsus desiderantur. Tum vero etiam hoc loco sponte nobis in mentem veniunt urbanitas illa atque lepos, quae, hac in parte, inter insignes notas scriptionis Xenophonteae referri possunt, ut ejus modestiam, candorem inque patriam amorem omittamus. Ubinam, quaeso, harum virtutum vestigia, in Libello *de Republica Atheniensium*, Xenophontem Socraticum produnt?

II. Quod autem ad ipsius orationis formam et proprietatem attinet, si nobis, cum ex ipsius Xenophontis scriptis, tum ex iis, quae statuerunt gravissimi, ex ipsis veteribus, in hac causa judices, normam quasi orationis Xenophonteae ante oculos ponimus, si praecipue ad perspicuitatem, elegantiam, et concinnitatem attendimus, quae ubique in ea elucent; si animadvertimus, quaenam, et universe,

se, et in Xenophonte, singularum harum virtutum sit indoles: quid est dicendum de ejusmodi Libello, in quo, prout passim in Annotatione nostra vidimus, omnes hae dotes plane desiderantur, et quidem ita, ut saepius, ipsa orationis obscuritate et scabritie, quid Auctor sibi voluerit, lateat; ut ea, quarum expositio simplicissima esset, aut quae vel ipsa tersissima Xenophontis manus in aliis libris perspicue atque eleganter exposuerat, tricis tenebrisque obvoluta sint, et, tam in delectu quam in collocatione verborum, prorsus a *Xenophonteis* abhorreant?

III. Si universi opusculi hujus descriptionem atque dispositionem ordinis et perspicuitatis neglectu laborare, jure contendimus, in singulis partibus vidimus, non melius sese habere disserendi et argumentandi diligentiam. Haec autem in scriptis Xenophonteis, quae a vero fonte fluxerunt, nusquam desideratur; nisi forte censeas, hanc primariam scriptionis Xenophonteae virtutem jure et de industria ab ipso esse neglectam, et quidem in ejusmodi scripto, in quo democratiae Atheniensium sive vitia sive virtutes exponeret, additisque rationibus eorum reipublicae indolem explicaret. Quid? Quum ne alibi quidem a patriae institutis dijudicandis prorsus abstinuerit, nonne, et in hac materia tractanda, eo judicii acumine, eaque disputandi diligentia esset usus, quae verum Socraticum proderent? Num eum, qui, Socratis disciplina, ad veram sapientiam prudentiamque civilem informatus erat, jure ac data opera id neglexisse dicemus, quo omnis disputatio tamquam fundamento nititur? Quid multa? Num a Xenophonte illud, in ejusmodi libro, in quo de *Athenien-*

niensium republica disputet, neglectum esse contendemus? — At, quantopere, etiam hac in parte, laboret Auctoris nostri opusculum, suis locis ostendere conati sumus.

IV. Quod denique ad ipsas sententias attinet, quas variis locis protulit Auctor hujus Libelli, non minor est: in iis cum Xenophonteis discrepantia. Etenim, ut hoc loco omittamus id, quod jam suo loco monuimus de diverso utriusque Libelli, *de Vectigalibus*, et *de Republica Atheniensium*, consilio, nonne variae, de multis rebus, sententiae, quas in hoc Libello exposuit Auctor noster, atque in primis ea qua se oligarchici regiminis fautorem profitetur, a Xenophontis mente atque ingenio prorsus alienae sunt? Nonne saepe manifesto pugnant cum iis, quae in Xenophonteis libris legimus? Num vero Xenophon, qui in scriptis suis ubique sui similis est, in hoc Libello conscribendo tam parum sibi constitisse censendus est, ut, quidquid de ejus moribus atque ingenio nobis animo informaverimus, uno hoc *de Republica Atheniensium* loco evanescat?

Hae igitur rationes, junctae iis, quas in priore parte hujus Epilogi exposuimus, efficiunt, ut *Libellum de Republica Atheniensium*, prout in editis libris Xenophontis vulgatur, *Xenophonte indignum esse, eique merito abjudicari, statuam.*

Undenam ortus sit, utrum totus Grammatico alicui debeatur, an vero aliunde excerptus, an denique, ob meram illam Laconismi suspicionem, Xenophonti tributus sit, nunc statuere nostrum non est. Ea disquisitio fortasse me-

melius, aut in aliud tempus differatur, aut peritiori relinquatur.

Quidquid sit, hanc meam Commentationem libenter eruditorum judicio permitto, a quorum singulis, aut, si perperam statuerim, veniam mihi expeto, aut, si erraverim, etiam illud efflagito, quod dixit Horatius:

. . . . . *Si quid novisti rectius istis,*
Candidus imperti.

Utut res dijudicatur, si aliis nihil lucis attuli, mihi propositam quaestionem usui fuisse, satis erit praemii; nam et in literarum disciplina valet illud, quod alicubi, apud Xenophontem, dicit Socrates:

ἡ ἐρώτησις διδασκαλία ἐστί.

E R R A T A.

In *Parte priore* aliquoties perperam legitur *veroſimilis, e*, pro *veriſimilis, e.*

Pag.	lin.	leg.	pro
17	14	*eſſe ſcriptam*	ſcriptam videri
33	3	certe	certi
35	15	*εἰ*,	*εἰ γένοιντο*,
—	17	tum habuiſſe	tum eum habuiſſe
36	2	dicunter	dicuntur
39	5	ea loca	eos locos
54	25 ſeq.	Si ſane — magnum	Si — magnum ſane
64	19	ab oculos	ob oculos
76	2	reipublica	reipublicae
90	20	pro vario ſenſu	pro varia ſententia
95	30	ut hoc	ut hac
107	17	rei quod ratio	quod rei ratio
114	12	oboriatur	oriatur
136	9	conjungite	conjungit
146	29	*τοῦ τον*	*τοῦτον*
152	1	hoc voci	huic voci
172	1	*σοτέλεια*	*ἰσοτέλεια*
181	13	*'Αθεναίων*	*'Αθηναίων*
—	14	*χρόνφ*	*χρόνῳ*
183	3	ineunti	ineunte
—	—	ipſis	ipſos
186	11	*κατέςηςαν*	*κατέςησαν*
189	4	ferri (*quod delendum est.*)	
194	21	dictionis	dictiones
—	30	poſſet	poſſit
205	26	*πουνῶ*	*πονῶν*
207	16	*ὑτηρχανται*	*ὑπέρχονται*
208	5	*τέlφη*	*τείχη*
231	22	aliumnus	alumnus

Minoribus vitiis typographicis, et si qua ſunt alia, quae *humana parum cavit natura*, ignoscat benevolus Lector.

